SCRIPTORVM CLASSICORVM BIBLIOTHECA OXONIENSIS



OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

Oxford University Press, Amen House, London E.C.4

GLASGOW NEW YORK TORONTO MELBOURNE WELLINGTON
BOMBAY CALCUTTA MADRAS KARACHI LAHORE DACCA
CAPE TOWN SALISBURY NAIROBI IBADAN ACCRA
KUALA LUMPUR HONG KONG

TITI LIVI

AB VRBE CONDITA

RECOGNOVERVNT
ET ADNOTATIONE CRITICA INSTRVXERVNT

ROBERTVS SEYMOUR CONWAY

ET

STEPHANVS KEYMER JOHNSON

TOMVS IV. LIBRI XXVI–XXX

OXONII
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

OXONII

Excudebat Vivianus Ridler

Architypographus academicus

FIRST EDITION 1935
REPRINTED 1953 (WITH CORRECTIONS), 1957, 1960, 1964

PRINTED IN GREAT BRITAIN

PRAEFATIO AD LECTOREM

§ 82.[1] Tristis mihi sors obtingit ut solus hunc librum emittam, collega inlustrissimo orbatus; nam ut ille ipse in tertio Tomo Waltersium, sic nos Conwaium in hoc quarto summa erga eum pietate deploramus. Quantum uero in his etiam Liui Libris edendis et Waltersio et Conwaio debeatur, tu, lector, facile intellexeris. Ille enim iam inde ab anno 1919 usque ad annum 1925 et in Libris XXVI–XXX codices *PAH* magnam partem perlegerat et quid ipse de nonnullis locis sentiret indicauerat in tabellis:[2] hic interea Florentiae inter annos 1920 et 1927 in codicibus *M* et *N* scrutandis multum elaborauerat.[3] Anno autem 1927 Conwaius post Waltersii mortem cum me sibi adiutorem adsciuisset, mihi quidem munus adsignauit commentarii in hos Libros componendi, ita tamen ut et suo nomine adnotationes suas de *M* et *N* includerem[4] et priusquam adnotationem de obscuriore quolibet loco scriberem (et ubi scrupulus uel minimus adesset), nos una simul rem disputando perpenderemus; conuenitque inter nos ut siue ille me adsentiente siue adsentiente illo ipse quid excogitauissem, uoces 'scripsimus' uel 'nos' adnotationibus subiceremus; sicubi tamen inter nos dissensissemus, ut illius iudicio, sicut par erat, cederem, et ut 'ego' uel 'ipse' Conwaii sententiam, 'Johnson' meam denotaret. Hoc opus et disputandi et commentarii scribendi (necnon codices denuo inspiciendi) iam tandem anno 1932

[1] De paragrapharum numeris uide *Sigla* ad fin.

[2] In huius Tomi commentario Waltersii mentionem inuenies ubicumque quid ille de lectione qualibet sensisset certum nobis erat.

[3] Neque ante annum 1930 insignem hunc laborem (u. § 92 et in Tom. III §§ 60–65) confecit.

[4] Harum postea nonnullas coacti sumus e commentario excidere.

confeceramus; at mense iam Septembri anni 1933 tertia fere pars huius Tomi in primis prelatorum schedis excusa erat cum Conwaium fata interceperunt. Equidem rationem adnotationum nobis descriptam retinui; et si qua sententiam meam mutaui, id egi ut per uoces 'malim ipse' (sc. ipse Conwaius) et similia quid Conwaius (saltem inter annos 1927 et 1932) sensisset lectori semper expromerem.[1]

§ 83. *De Stirpibus P et Σ.* In quinque prioribus Libris huius Decadis summam auctoritatem habet codex Puteanus (*P*): in Libris XXVI–XXX partitam eam habet cum Spirensiana[2] quam uocamus stirpe (Σ). Hanc autem traditionem, non per quemquam unum codicum nunc exstantium seruatam, sed partim per locos ex codice Spirensi (cuius unum manet folium) a Rhenano prolatos, partim per fragmenta Taurinensia, partim per supplementa correctorum in codices *AN* inserta, partim denique per codices Puteani traditione contaminatos, hodie editoribus quomodocumque indagandam esse constat.[3]

In pagina huic aduersa depingitur stemma codicum, quo clariora sint quae sequuntur.[4]

§ 84. *De ultima parte Codicis Puteani.* Librorum XXVI–XXX in Puteano hodie exstant cum omnia[5] usque ad 30. 30. 14 (*creatus cum*; fol. 469 u. ad fin.) tum unum folium, quod praebet ab 30. 37. 3 (*neque domare*[*n*]*t*) usque ad 30. 38. 2

[1] Contra in hac Praefatione (cuius solus rationem reddo) 'ego' = Johnson.

[2] Adiectiuum uix accurate usurpatur ad totam illam traditionem designandam, sed satis, opinor, ad rem conuenit.

[3] Postquam fides Spirensiana ab Heerwagenio, Halmio, Mommsenio certe confirmata ac stabilita est, nemo tantum in hanc rem contulit quantum Augustus Luchs (*T. Liui Ab Vrbe Condita Libri XXVI–XXX*, Berolini 1879); uide praecipue § 91 infra.

[4] Simplicius quidem hoc stemma depictum est quam quod rem totam indicaret; sed satis, spero, et duas stirpes indicat et quomodo oriundi sint codices contaminati (*V*Θ etc.).

[5] Praeter lacunas scilicet quas infra memoro.

(*Carthagi*-[*niensibus*]). Coniecit autem E. K. Rand[1] (ob studia illa quibus de codice Romano (*R*) felicissime se dedit) iam tum ad initium saeculi noni, cum codex ille ex Puteano describeretur, nihil fere amplius Libri XXX quam hodie in *P* exstitisse. Cum tamen idem Rand rem esse incertam



confessus sit,[2] equidem testimonio nostro de codice *C* et de archetypo codicum *BDAN* satis fretus[3] illud adfirmauerim —ne decimo quidem saeculo ad finem Libri XXX Puteanum iam esse mutilatum.

§ 85. *De Puteani lacunis et perturbatione.* In medias paginas codicis *P* incidunt duae satis magnae lacunae, una

[1] *The Vatican Livy and the Script of Tours* (*Mem. of the American Acad.*, vol. i, 1917), Table II (note).

[2] Nam ex partibus illis in quas inter librarios opus codicis *R* describendi diuisum erat non negat ultimam fortasse longiorem fuisse.

[3] Vide § 87 A, B, C.

ab 26. 41. 18 (post *luctu quam*) usque ad finem capitis 43, altera (et multo minor) ab 27. 2. 11 (post *proelia*) usque ad c. 3. 7 (*Atellam*). Harum lacunarum utriusque supplementum praebet traditio Σ, breuius quidem in Libro XXVI quam quod Liuius scripsit,[1] in XXVII tamen integrum. At ex hoc integro demonstrari potest circiter mccxx litteras in *P* deficere; unde ueri simile uidetur unam paginam exemplaris ab ipso Puteano esse praetermissam. Nam ex iis quae infra (§ 97) docentur satis pro certo concludi potest uersibus circiter xv–xxi litteras continentibus exemplar Puteani exaratum esse. Licet igitur conicere et singulis eius foliis quaternas columnas fuisse[2] et singulis columnis non, sicut in *P* ipso, uicenos senos uersus sed uix minus tricenos singulos, uix amplius tricenos quaternos. Quod uero ad alteram illam lacunam (in Libro XXVI) attinet, si eadem computandi ratione utaris, reperias circiter ccxxx uersus Puteano defuisse (i.e. amplius septem columnas); uerum quoniam ne Spirensiana quidem traditio totam hanc lacunam supplet (uide § 89 infra), duo tota folia in exemplari periisse uel a Puteani scriba praetermissa esse iure licet suspicari.

Talia menda unde orta sint fortasse etiam manifestius erit si ponere uelis folia exemplaris tum cum Puteanus inde describeretur iam ab quaternionibus suis (ut fit) soluta esse. Et hoc quidem euenisse admonet perturbatio (uel transpositio) quaedam qua *P* adflictus est in Libris XXVIII et XXIX. Ante enim scripturam ad locum 28. 22. 14 (*primorum*)—28. 37. 9 (*inde*) pertinentem praebetur locus 28. 37. 9 (*conscribtis*)—29. 1. 24 (*imperio*). Nec tamen negauerim id incertum esse quot folia in exemplari suo soluta perperam transponi passus sit librarius.[3]

[1] Vide § 89 infra.

[2] Et litteris uncialibus exscriptum esse hoc exemplar demonstrant nonnulla errorum Puteaneorum genera.

[3] Inter 28. 22. 14 et 28. 37. 9 praebet *P* mdccxxxvi uersus, inter 28.

§ 86. *De stirpe Puteani.* Codices illos de quibus in prioris Tomi Praefatione iam egit Conwaius—Colbertinum (*C*)[1], Romanum (*R*), Mediceum (*M*), Bambergensem (*B*), Cantabrigiensem (*D*), Agennensem (*A*), Laurentianum (*N*)—non erat cur iterum describerem. Cum uero hi omnes eadem qua Puteanus in Libris XXVIII–XXIX perturbatione, eisdem lacunis et maioribus et breuioribus laborent, nec dubitari possit quin a *P* omnes deriuati sint, oportet me illud paucis explicare cur etiam praesentibus et *P* ipso et indiciis nonnullis traditionis Σ operae tamen pretium nobis uisum sit horum ab Puteano uelut apographorum lectiones perscrutari atque in adnotationibus proferre.

(i) In primis ita usui sunt *CMBDAN* ut ubicumque *P* hodie deficit quid in illo scriptum sit eorum ab testimonio conicere possimus. Hoc tamen ipsum opus si diligenter ac religiose adgredimur, non satis est ad initium aut ad finem Decadis eorum qui ibi exstant testimoniis uti, sed id etiam agendum est ut quanta fide, quibus interpretibus usus unusquisque eorum (necnon etiam Romanus) Puteani auctoritatem secutus sit per totam Decadem inquiramus.

(ii) Quod et ad codicem *C* et ad codices *MBD* attinet, quamuis ab stirpe Puteani omnes ortos esse manifestum sit,[2] scribae tamen horum codicum uel ipsi uel correctores 'nescio quomodo, . . . nescio cuius collegae adnotatione ex hoc uel illo fonte deriuata' (ut id iterem quod in § 65 praecipue de M^1 et M^3 scripsit Conwaius) nonnunquam ubi *P* errauerat ueras lectiones in codices suos intulerunt, quarum aliquas

37. 9 et 29. 1. 24 mdcxcii tantum ; sed ueri simillimum est exemplari tot folia fuisse in hac parte quot in illa, quippe ubi ad finem Libri XXVIII spatium aliquod uacuum certe relicturus erat scriba. Quodsi columnas xxxi uersuum fuisse statuas (quod ex § 89 haud improbabile esse uidebitur), conicias xiv folia (i.e. lvi columnas) in locum xiv aliorum transposita esse ; nam quamquam haud minus xvii uersus inter 28. 22. 14 et 28. 37. 9 Puteanus ultro uidetur omisisse, fieri tamen potest ut paulo diffusius quam exemplar suum noster descriptus sit.

[1] Quamquam antiquior est *R* quam *C*, hunc ordinem in adnotationibus retinemus quo clarior sit inter *R* et *MBDAN* cognatio.

[2] Nisi quod ad fin. Libri XXX scriba codicis *B* ex alio fonte hauriebat (uide § 87 c, et cf. Luchs, *Prolegomena*, ed. 1879, pp. lviii–lix).

saltem librariis saec. x, xi, xii suo tantum ingenio fretis tribuere difficile est. Quaerere igitur non frustra erit num qua hic alterue de Spirensiano aliquo fonte aliquid libauerit. Sane confitendum est nos hoc pro certo statuere nequiisse; sed ad rem statuendam forsitan aliis usui sit si qualem propinquitatem hi codices inter se habeant nos per adnotationes nostras demonstrare conati erimus. (Nec uero sine testimonio codicis *R* poterit stirps horum codicum enucleari.)

(iii) Codicum *AN* testimonium his duobus de causis usui est adhibere. (a) Horum communis archetypi scriba nonnullas lectiones suo Marte, ut uidetur, in contextum induxit, quae cum nullius sint auctoritatis eo tamen memorandae sunt quod earum subsidiis illud saepe de codicibus contaminatis (e.g. θ) iudicare licet utrum haec uel illa lectio ex illo quem r^b in stemmate nomino an ex Σ potius (uel Σ^a uel Σ^b, etc.) extracta sit. Quod, credo, uix satis perceperunt uiri docti. (b) Summi momenti sunt ea quae ex fontibus Spirensianis in hos duos codices saeculis xiii et xiv inlata sunt.[1] Quid autem correctores illi legere uoluerint perspici non potest, nisi lectiones non solum correctorum sed et ipsorum codicum lectoribus positae erunt ante oculos. Hanc rem ne Luchsio quidem satis perspicuam fuisse iam demonstrauit Conwaius.[2]

§ 87 A. *De Codice Colbertino.* Colbertinum non ex codice *R* descriptum esse sed aut ex Puteano ipso (iam a P^2 et P^3 correcto) aut ex Puteani apographo hodie non exstante sed codicum *RM* satis dissimili licet pro certo adfirmare per haec pauca exempla[3] quae profero ex multitudine:

26. 24. 7 *auctoritate sua PC* : *auctoritatem sua* (*suam* M^1*A*) *RM*(*BD*)
26. 27. 4 *aedis PC* : *aedes RM*(*BA*)
26. 32. 6 *relicum* P^1*C* : *relictum PRM* (*reliquum BDA*)
26. 50. 4 *tua capta PC* : *tua cata R* : *uacata* R^2*M* (*uoc-* M^2*BDAN*)
27. 6. 8 *in eam rem PC* : *eam rem RM*(*BDAN*)
27. 12. 2 *ut PC* : *om. RM*(*BDAN*)
27. 51. 5 *inde traducti PC* : *intraducti RM* (*introd- BDAN*)
28. 9. 4 *cōs PC* : *quos RM*(*BDAN*)
29. 1. 13 *paruum PC* : *eum R* : *reum* R^2*M*(*BD*)

---

1 Vide § 92.

2 *The Laurentian Manuscript of Livy's Third Decade* (*Classical Quarterly*, vol. xxvii, p. 183.)

3 Ex eisdem exemplis satis liquet *M* (cum *BDAN*) ab *R* et R^2 in his saltem Libris deriuatum esse, quod infra doceo.

29. 31. 4 *coalescens PC* : *coalescent RM*(*BDAN*)
30. 13. 10 *cepisset PC* : *recepisset M*(*BDAN*, et olim *R ?*)

At ne quis forte credat aliunde quam ex Puteano has ueras lectiones in Colbertinum inrepsisse, eos locos respiciat ubi idem praua praebet, quae et ab lectionibus scribarum R^2M discrepant et a *P* uel P^2 manifeste sunt orta: e.g.

26. 6. 11 (pro *immissis*) *inuissis PCR* : *inuisis* R^2M
26. 36. 6 (pro *salinum*) *alinum P* : *alignum* P^2CR : *lignum* R^2M
27. 1. 15 (pro *semermes*) *semerses P* : *semersis* $P^1?C$: *semersi* P^2R : *emersi* $R^x(R^2?)M$
27. 2. 6 (pro *et funditores*) *effunditor PR* : *et funditor C* : *effunditur* R^2M
27. 6. 19 (pro *ad Cereris*) *ad ceteris PR* : *a ceteris C* : *ad ceteros* R^2M
28. 14. 5 (pro *iam*) *am P* : *nam C* : *tām* R^2M
28. 27. 5 (pro *Vmbrum*) *umbrium PC* : *ubrium RM*
28. 35. 13 (pro *continentem*) *contionemtem PCR* : *contionantem* R^2M
28. 38. 3 (pro *terris*) *terroris PC* : *terroribus RM*
29. 22. 8 (pro *fauorem*) *fatiorem P* : *faciliiorem* P^2C : *facillionis RM*

His et aliis locis diligentissime inspectis haud scio an non solum per *R* sed ne per alium quidem codicem interpositum a Puteano Colbertinum oriundum esse iure credamus; et eo fortasse confirmabimur quod Puteani sigla (praecipue ∞ pro *mille*) quae a scribis Romani plerumque perperam intellegebantur, nusquam, quantum adhuc scio, in *C* (magis scilicet quam in *P* ipso) corrupta apparent; quod si ab exemplari alio a *P* deriuato descriptus esset *C*, haec aliqua saltem ex parte corrupta esse inuenturi eramus.

Quanto autem et feliciores et eruditiores fuerint huius codicis scribae quam illi qui ad initium saeculi noni ex Puteano descripserant codicem *R*, et passim per totam Decadem testari possis et praecipue in his Libris. Saepissime ubi *P* errauerat, nec quicquam subsidii a P^2 inlatum erat, genuinam uel saltem optimam lectionem proferebat *C*, modo

solus (uel solus exceptis illis quos ex Σ haurire constat), modo cum correctoribus M^2 uel M^3 uel M^4 uel M^7, saepe etiam in Libris XXVIII–XXX cum P^4 uel P^5 communem felicitatem praebens. De hac re melius tu, lector, iudicare possis si in his locis (et permulta alia exempla sunt) adnotationes nostras scruteris:

26. 3. 8 (*more*); 26. 12. 16 (*Numidas*); 26. 13. 8 (*et*); 26. 31. 4 (*sum*); 26. 31. 11 (*dimissi Siculi*); 26. 33. 5 (*adfuerant*); 26. 35. 5 (*imperandc*); 26. 36. 4 (*habere atque*); 26. 39. 21 (*qui* pro *aui*); 26. 40. 11 (*comite Epicyde*); 26. 40. 18 (*nouandis*); 26. 41. 6 (*paremus: parem P: patrem RMBD*); 26. 41. 12 (*defectionem*); 26. 44. 4 (*impares*); 26. 45. 1 (*copia*); 27. 10. 4 (*deesse*); 27. 12. 3 (*nec ubi*); 27. 14. 7 (*dissipatis*); 27. 16. 9 (*deditionem*); 27. 19. 9 (*Massiuam*); 27. 24. 5 (*bonaque*); 27. 28. 7 (*arbitro*); 27. 30. 5 (*graue*); 27. 33. 10 (*nimia*); 27. 37. 8 (*ad*); 27. 44. 10 (*hostium*); 27. 49. 2 (*inuenta* et *dux*); 28. 10. 16 (*cetera*); 28. 11. 6 (*flagro*); 28. 12. 3 (*ciuili*); 28. 15. 4 (*sole*); 28. 19. 1 (*quietae*); 28. 22. 12 (*egredi*); 28. 41. 10 (*uicto*); 28. 46. 1 (*uoluntariorum*); 29. 3. 9 (*nec quot* pro *ne quod P*); 29. 3. 10 (*stratisque tot*); 29. 3. 13 (*suam*); 29. 5. 5 (*armanda*); 29. 10. 6 (*decemuiris*); 29. 21. 1 (*Romae*); 29. 21. 10 (*sed aut*); 29. 27. 7 (*discussa*); 29. 31. 3 (*incendio*); 29. 32. 4 (*oppositis*); 29. 34. 10 (*composito*); 29. 36. 7 (*consuli*); 29. 37. 4 (*iniquo*); 30. 3. 7 (*ut*); 30. 4. 11 (*animos*); 30. 6. 3 (*nihil*); 30. 7. 9 (*ne*); 30. 8. 7 (*utraque cornua*); 30. 10. 20 (*adsiduas*); 30. 11. 9 (*suas uiam*); 30. 14. 6 (*nostrae*); 30. 18. 14 (*amissi*); 30. 18. 15 (*ducis*); 30. 19. 10 (*defecere*); 30. 23. 5 (*Italia*); 30. 26. 2 (*questi essent*); 30. 30. 12 (*fortuna*); 30. 30. 13 (*patrui*).

At si librario codicis *C* nonnihil eruditionis tribuas, uix fortasse causa erit cur talia ab eo ipso neges ultro esse excogitata. Cum tamen in 28. 43. 14, ubi *post et urbes* praebet *P*, recte et rhetorice (cum Σ) sensum expediat Colbertinus *post tot urbes* scribendo, cum in 29. 2. 3 pro Puteani lectione (*perlatos*) idem (cum et Σ et P^4) *per legatos* praebeat, haec suo Marte per coniecturam eum attigisse fortasse difficilius erit credere. Quae utcumque se habent, argumenta quaedam—ab re, opinor, non aliena—paucis memoranda sunt:

(i) Scriba Colbertini quasi qui grammaticae haud imperitus esset

sed Liui orationem difficilem intellectu esse inueniret, nonnunquam prauas Puteani lectiones emendare ausus, infeliciores quasdam coniecturas in codicem suum intulit, nonnunquam (sed satis raro) quae recta in Puteano fuerant uelut consulto ipse deprauauit. Quodsi quotiens de sensu dubitarat ad aliud exemplar—a *P* distans et ad Σ propius accedens—semper confugere potuit, cur, quaeso, excudit lectiones quales e.g. 26. 12. 11 *omne quoque* (pro *se quoque et* Σ : *ne quoque P*), 26. 44. 2 *rem* (pro *res*) *intentam*, 29. 31. 11 *delatam* (*deuectam* Σ : *delectam P*)? His et aliis de causis, etiam si rectarum illarum Colbertini lectionum quasdam felici scribae eruditioni tribuere dubites, id tamen confiteri cogaris—exemplar illud, ad quod in locis quibusdam (non continuis, sed in hac uel illa Liui sententia, et praecipue in Libris XXVII–XXX) confugisse eum ponas, non ab Σ deriuatum esse sed ipsum quoque a Puteano primum fluxisse, deinde ex alio nescioquo esse correctum.

(ii) Correctores illi, quos P^4 et P^5 nominauimus, in Libris XXII–XXVI raro Puteanum emendauerunt, in Libris XXVII–XXX multo saepius. Cum uero syllabarum mutationes ab iis factae plerumque tam paruae sint ut ipsorum ingenio liceat saepius eas attribuere, sunt tamen lectiones quaedam de quibus uix dubium esse possit quin ex codice aliquo deperdito et fortasse stirpi Σ cognato haustae sint; quod ideo magis certum uidetur esse quia perturbatio illa Puteani (u. § 85) a P^4 notata est.

Consentiunt quidem satis crebro P^4 et P^5 cum Colbertino ipso (uide e.g. ex Libro XXIX adnn. ad cc. 2. 3; 3. 10 (bis); 3. 13; 4. 7; 5. 5; 7. 3; 8. 11; 21. 11; 22. 1; 27. 10; 27. 11; 31. 3; 32. 4; 34. 10; 35. 1; 35. 11 (bis); 37. 1; 37. 4; 37. 14). Saepe tamen ubi P^4 P^5 aliquid correxerunt, silet *C* (uide ex eodem Libro cc. 1. 8; 2. 13; 3. 11; 4. 5; 5. 6; 22. 6; 22. 12; 24. 4; 26. 8; 28. 11; 31. 11; 31. 12; 32. 2), et ex bonis lectionibus a *C* restitutis multas inuenies de quibus silent P^4 et P^5. Neque enim hi ab illo uidentur hausisse, et *C* certe, opinor, ante exscriptus erat quam *P* de P^4 et P^5 correctus est. Horum igitur communis felicitas, qualiscumque est, aut casu euenit aut inde orta est quod ex eodem illo ‘nescioquo’ quem supra finximus et P^4 et P^5 aliquid hic illic libauerunt.

(iii) Quod ad correctores codicis *M* attinet (de quibus uide sis Tom. III Praef. § 63(*f, g*)) uix satis esse indicii iudicauerim cur eos quoque ab talibus fontibus ignotis hausisse credas; quamquam suspicabatur Conwaius (fortasse recte) genuinas quasdam lectiones scribae M^7 ab exemplari nescioquo Spirensiano esse deriuatas.

Haec aenigmata cum fortasse uix soluenda sint, illud pro

certo adfirmari potest: ne unam quidem Puteani lacunam aut ab *C* aut ab P^4 P^5 aut ab Medicei correctoribus suppletam esse. Si qua hic uel ille scriba lectionem ab Σ deriuatam e nescioquo alio codice adsumpsit (quod de *C* saltem et M^x prorsus incertum est), menda satis perspicua semper corrigebat.

§ 87 B. *De Codicibus ab Romano deriuatis.* In hac saltem parte Decadis codex Mediceus non a Puteano ipso sed ab Romano (iam ab R^2 correcto) deriuatus est. Quamquam enim in Libris XXI–XXV indicia quaedam inuenit Conwaius quibus codicem *M* ex *P* ipso descriptum esse monstraret, in his tamen Libris non est dubium quin ibi solum ab *R* uel R^2 distet Mediceus ubi ultro nouum aliquid intulit, quod ipsum semper Romani magis quam Puteani lectionem redolet. (Respuit quidem aliquando Medicei scriba coniecturas ab R^2 profectas (ut e.g. in 26. 39. 5), sed plerumque si quid hic temptauit inuenitur etiam in *M*.) Et iam satis protuli exempla (87 A) unde Mediceum ab *R* oriundum esse adgnoscas; et ex eisdem et sescentis aliis[1] id quoque pro certo statui potest, *BDAN* omnes ab RR^2 esse deriuatos.[2]

Nouem tantum locos in his Libris adhuc inueni unde colligat fortasse aliquis scribam codicis *M* (M^1) a Puteano ipso potius quam ab *R* pendere: 26. 3. 1 (*aeq' P*: *aequę CR*: *aeq*: *M* (sic)); 26. 6. 15 (ubi medelam scribae R^2 recte neglexit *M noe tu* scribendo, et casu cum R^2 consentit *C*); 26. 28. 11 (*pr. PC*: *per RBD*: *p. M*, qui sensum expedire conatus est); 27. 5. 18 (ubi *quemque* facilis lapsus erat); 27. 7. 7 (ubi M^1 ipse recte *que* mutauit); 27. 29. 7 (ubi casu scripserat

[1] Vide § 87 A (de Colbertino); cf. etiam e.g. ex Libro XXVI cc. 31. 10; 34. 7; 39. 8; 41. 6; ex Libro XXVII cc. 8. 17; 13. 6; 15. 14; ex Libro XXIX cc. 2. 2; 12. 8; 37. 12. Optime denique ex 30. 3. 2 haec res demonstrari potest.

[2] Hoc iam de codd. *B* et *N* (in paucis tantum locis e Luchsii editione prolatis testimonia eorum expertus) optime coniecerat F. W. Shipley, *Studies in the MSS. of the Third Decade of Livy* (*Classical Philology*, vol. iv, no. 4, October, 1909).

aestatem M); 27.47.6 (*poterat tantae M*[1] (cum *C*) : *poterat ante R* : *poterat antae P*, quod casu, credo, praebebat primum *M*) ; 28. 5. 12 (res orthographica) ; 29. 36. 9 (∞ ∞ ∞ ∞ *P* : *xxxx R* : $\overline{xl}$ *M*, sed quamquam multo maiorem praebet numerum, ex *R* potius quam ex *P* extraxisse eum satis certum est). Tales propinquitates (de leuissimis sane rebus) uidentur casu solum accidisse.

Vnus tantum locus (26. 46. 9) inuenitur unde admodum credibile sit codices *BDAN* non per Romanum interpositum a *P* oriundos esse, sed non est cur miremur etiam ex uoce *plebs* ueram lectionem potuisse conici. Nec desunt loci qualis 26. 41. 12, ubi unius uel alterius horum recentiorum cum *P* consensus manifeste fortuitus est.

Codicum *BDAN* communis fuit archetypus, qui nec ipse Romanus erat nec Mediceus sed alius quidam, ab Romano scilicet oriundus.

Hoc satis ex his locis conici potest : 26. 33. 2 (*conferrent PCRM* : *deferrent BDAN*) ; 27. 45. 9 (*ouantibus PCRM* : om. *BDAN*) ; 27. 48. 10 (om. sex uoces *BDAN*) ; 29. 31. 8 (pro *suis ea* praebent *uisa PCRM*, *uisarum BDAN*) ; 30. 30. 20 (*ferrum utrimque C* : om. *BDAN*).

Hunc archetypum, quem in stemmate nominaui *r*, ab Romano ipso potius quam ab Mediceo descriptum esse conicere licet per exempla[1] quale est 27. 30. 4, ubi *Rhodiisque et Atheniensibus Rhodiisque* praebent P^2*RBDAN*, *Atheniensibus Rhodiisque M*. Sunt tamen nonnulla indicia unde fortasse sumas hanc traditionem codicis *r* et ad Mediceum et ad correctorem M^2 aliquando respicere. Id, opinor, uix facilius explicari poterit quam si coniciamus codicem *r* a scriba aliquo (r^2) ex MM^2 hauriente aliquam partem correctum fuisse. Quae uero corrector hic (ex *M* uel M^2 extrahens) in codicem *r* intulit, illa nonnunquam in codicibus *BDAN* exscripta sunt, sed interdum tamen ab hoc alteroue sunt neglecta; ita ut color ille Mediceanus quo *r* quasi fucatus erat

[1] Cf. etiam adnn. ad 26. 28. 11 (*praetori*) ; 26. 40. 9 (*Hanno non*) ; 26. 41. 4 (*meum*) ; 26. 46. 7 (*usque in*) ; 26. 48. 14 (*cuiusque*) ; 27. 9. 5 (*perueniant*) ; 27. 18. 20 (*porta . . . clausa erat*) ; 27. 32. 9 (*praesidiique*) ; 28. 23. 1 (*edebantur*) ; 28. 24. 1 (*audierat*) ; 28. 27. 11 (*uenti*) ; 28. 36. 3 (*eorum*) ; 30. 7. 7 (*censebat*).

modo in *BD* retentus, in *AN* amissus sit, modo in *DAN* amissus, in *B* retentus, aliquando etiam (sed rarius) in *B* solo uel in *D* solo amissus.[1]

Codices *B* et *D* non multum inter se discrepant, sed hunc ex illo non exscriptum esse satis demonstrabunt adnotationes nostrae :

cf. e.g. 26. 17. 15 (*sequi*) ; 26. 21. 14 (*et ign.*) ; 26. 34. 5 (*dominis*) ; 26. 45. 8 (*aestu*) ; 27. 4. 7 (*sed et*) ; 27. 50. 11 (*aliis iam*) ; 29. 20. 11 (*Locros*). Quod uero B^2 propior codici *D* quam ipse Bambergensis uidetur esse (cf. e.g. 26. 47. 5 et 8), id inde ortum esse crediderim quod ex *r* denuo inspecto codicem suum correxit B^2. Videtur tamen ipse *r* codicum *B* et *D* fuisse parens ; neque enim per ullos codices interpositos aut hic aut ille deriuatus est, ut conicio ; quod fortasse ex 28. 21. 1 (*Marcius*) concludi possit, necnon ex illis locis ubi color Mediceanus scribae r^2 magis in *D* quam in *B* retentus est (sed confiteor hoc incertum esse). Qua de causa, ubi (28. 9. 15) legitur in *BD* uel *preto* uel *prȩto* (*spreto* P^2*RMAN*), crediderim litteram *s-* iam in *r* (siue a scriba ipso siue ab r^2) deletam esse, et quamuis *spreto* praebeant *AN*, id ingenio scribae r^a uel r^b (u. stemma) tribuendum esse.[2]

Restat ut de codice *D* quaeramus num alio etiam e fonte aliquando hauserit. Is enim et in 28. 2. 16 eundem quam *Sp* errorem ultro praebet et in 30. 16. 12 idem omittit quod *HVθ*. Sed hi quidem faciles lapsus. Fortasse dignius est memoratu aliquando[3] eum cum *C* bonam lectionem praebere[4], aliquando etiam cum Σ (uide adnn. ad 28. 40. 10 et 13 ; 28. 45. 12 (bis) ; 29. 3. 12 ; 30. 30. 30 ; 30. 31. 9). Haec tamen fortasse ea sunt ut a scriba ipso excogitata esse uideantur.

Codices *A* et *N* ipsi gemelli sunt—quamquam a librariis

[1] De hac re consule sis adnn. (e.g.) ad 26. 22. 7 (*uideretur ei*) ; 26. 46. 2 (*eo ferendam*) ; 26. 47. 8 (*quadringenta*) ; 27. 33. 10 (*in necopinatam*) ; 28. 21. 1 (*Marcius inde in*) ; 29. 33. 1 (*praefectos*) ; tum eos locos ubi lectio scribae r^2 omnibus (*BDAN*) probata est : e.g. 26. 27. 5 ; 27. 18. 15 (bis) ; 27. 31. 2 ; 29. 33. 4.

[2] Simili modo explicari poterunt loci qualis 30. 9. 12.

[3] Cf. e.g. 26. 40. 18 ; 27. 49. 2 ; 28. 27. 11 ; 28. 42. 17.

[4] Nullus codex exstat (quantum scimus) qui ab *C* deriuatus sit. Nullum nostrorum inde oriundum esse docent et sescentae aliae res et mendum illud uerba ultro omittendi quo *C* (quamquam satis raro) laborat (cf. 29. 18. 19–20).

inter se disparibus et ab aliis ex alio fonte haurientibus uterque correctus est (uide § 92). Neque enim alterum ex altero descriptum esse doceant haec exempla:

Codicem *A* non ab *N* ortum esse possis concludere ex 27. 10. 8 (*Cosani*): 27. 30. 11 (*indutiarum*); 28. 3. 11 (om. *N*); 28. 31. 6 (om. *N*); 29. 2. 15 (om. *N*); 30. 34. 8 (*uolneribusque*). Codicem *N* non ab *A* oriundum conicere fortasse licet ex 26. 49. 11 (*indebilis*); 27. 1. 14 (*qui*); 27. 10. 2 (*cum esset*); 27. 19. 2 (*ex his*); 28. 7. 18 (*Oxeas*); 28. 15. 7 (*facile*); 29. 14. 14 (*Megal. appell.*).

Horum codicum alter alterius tam similis est ut nobis non operae pretium uisum sit lectiones codicis *N* in Libro XXVI proferre—ante scilicet eum locum ubi correctores Spirensiani sua addere incipiunt.[1] Qua de causa, ut eodem siglo idem per totum hunc Tomum significetur, nos (in adnotationibus) codicem *N* non includimus in numero eorum qui (quotiens cum *P* omnes consentiunt) siglo Π designantur. Codicis uero illius unde *A* et *N* descripti sunt proprietates quaedam facile distingui possunt:

(i) Saepe unam uel plures uoces omisit; cf. e.g. 27. 5. 16; 27. 16. 5 et 6; 27. 19. 3 et 10; 27. 46. 3; 29. 2. 11; 30. 24. 12.

(ii) Saepe glossemata ac mutationes consulto factas in contextum inseruit; uide exempla quaedam ad 28. 12. 13 adn. collecta et adde e.g. 27. 20. 9; 28. 24. 10; 30. 27. 11; 30. 30. 23.

(iii) Saepissime uerborum ordinem mutauit; cf. 29. 3. 10 adn., ubi huius rei exempla aliqua collecta sunt.[2]

At glossemata illa inlata et (seu uerborum ordinis seu maioris rei) mutationes plerumque consulto factas praebent non solum codices *AN* sed etiam satis crebro codices illi quos siglis *V* et *θ* designamus. Vide e.g. 27. 8. 2 et 27. 12. 10 (*praegressum eum*) et, quod ad uerborum ordinem attinet, 26. 5. 17 adn. Haec inter codices *AN* et *Vθ* communitas quare in Liuio edendo usui sit iam supra (§ 86 iii a) explicaui. Archetypum uero codicum *AN* non ex *r* ipso ortum esse

---

[1] Post quem locum prorsus necesse erat codicis ipsius lectiones proferre; uide § 86 iii (b).

[2] Cum identidem per totam Decadem uerborum ordo in codicibus *A* et *N* mutatus sit, saepissime de hac re adnotationes ex commentario nostro nos eicere coacti sumus.

crediderim—tantum enim ab *r* discrepant codices *AN*—sed ex alio potius interposito. (Vide sis stemma in p. vii supra depictum.)

§ 87 c. *De stirpe Puteanea ad finem Libri XXX.* Quoniam et post 30. 5. 7 codex Romanus periit, et desinit Mediceus post 30. 26. 10, magni interest ut de codicibus *CBDAN* id statuere conemur, qua auctoritate nixi uel totum Librum XXX uel plerumque eius Libri praebeant. Colbertinus quidem, qui usque ad finem pergit, neque ea parte Libri ubi *P* exstat neque ubi ille deficit mores suos uidetur mutauisse. In codice enim ipso nullum est indicium aut nouae in extrema parte Libri manus aut scribarum perturbationis. Nec uero desistit *C* tales lectiones praebere quales in Puteano fuisse licet conicere uel quales scriba ipse, dum codicem ex *P* describit, potuit excogitare (uide § 87 A). Codicum autem *BDAN* (quamquam unum folium ex *D* exsectum est) similem se sui unus quisque praebet usque ad c. 41. 3, ubi *D* desinit; neque *AN* ipsi multum addunt; in quibus quidquid post c. 41. 5 exstat id a scribis $A^z N^z$ (saec. XIV) de Spirensiano fonte, ut uidetur, haurientibus omne additum est. Pergit quidem *B* usque ad c. 42. 21 (*ante*), sed post hunc locum quae sequuntur a duabus nouis manibus scripta sunt[1]; et post eundem locum ab Colbertino multum discrepat, cum $A^z N^z \theta$ saepissime consentit. Adde quod qui ante c. 42. 21 crebro uerbis omissis spatia uacua praebet, ubi exemplaris scripturam scriba legere non poterat (et hoc praesertim factum est in capitibus 41 et 42 postquam deficiunt *DAN*), idem contra codex inde ab c. 42. 21 spatia uacua nunquam praebet. Aut igitur opus codicis Romani exscribendi post c. 42 non perductum erat ad finem, aut—quod multo magis probabile crediderim, Puteanum saeculo

[1] Duarum manuum (saec. XI ut uid.) una incipit ad c. 42. 21 et pergit usque ad c. 44. 3, altera ab c. 44. 4 (Carthagini) usque ad finem Libri tendit. Hoc, quod primus indicauerat Luchs, confirmauit Douglas L. Drew, qui et totum codicem perlegit et eum cum editionibus hodiernis in Libro XXX (post c. 29) accuratissime contulit.

nono nondum defecisse ratus [1]—extrema illa capita (43–45) exciderant e Romano iam antequam inde codex *r* descriptus est; cuius ipsius codicis extremum folium iam saeculo XI male habitum, saeculo XII peius mutilatum erat.[2] Certe quaerenti quid (praeter id quod in cc. 37–38 exstat) post c. 30 praebuerit Puteanus adest usque ad c. 42 testimonium non solum Colbertini sed etiam Romani, per *r* scilicet traditum: post c. 42 Puteani personam solus gerit Colbertinus.

§ 88. *De Codice Spirensi ab Rhenano adhibito* (*Sp*). Ex codice Spirensi nunc (praeter unum folium) deperdito ea quae Beatus Rhenanus excerpsit praefixa sunt Frobenianae alteri, anno 1535 a Sigismundo Gelenio editae; atque indidem lectiones quasdam silente etiam Rhenano in eadem editione uidetur complexus esse Gelenius. Ad initium autem adnotationum suarum (ad Libros XXVI–XXX pertinentium) haec Rhenanus praefatur: '*Quod nos nacti fuimus e Spira Liuianum exemplar ex fragmentis uetustissimorum codicum saltuatim descriptum uidebatur praesertim in hoc libro sexto Decadis tertiae. Nam initium uoluminis fecerat librarius a particula quam nos uix tandem in medio libro reperimus abruptis uerbis. Cum ea cohaerebat aliquot paginis intermediis libri finis. Deinde cum septimum librum conferre coepissemus, iterum particulam inuenimus quae ad sextum librum pertinebat. Vide miram confusionem. Nos in his adnotationibus excusorum codicum* [3] *ordinem sequimur.*' Et tum quidem adnotationes scribit inde ab 26. 30. 9 usque ad 26. 31. 2 (*defendit*), post quae '*ingentem saltum*' inquit '*hoc loco fecit librarius quemadmodum paulo ante meminimus*'; neque ante c. 41. 18 (*auspiciisque et*) opus suum de integro instaurat, et

[1] Vide § 84.

[2] Quod Mediceus iam in c. 26. 10 desinit, haud scio an id scribarum pigritiae tribuendum sit; sed forsitan conicias recentius quam *r* exscriptum esse *M*, cum iam plura folia ex *R* excidissent.

[3] Cum editione altera Aldina (1521) Spirensem conferebat Rhenanus.

pergit quidem usque ad c. 43. 6 (ad fin.); inde '*hic*' inquit '*deerat pagina aut amplius in exemplari manu scripto*', et sequuntur adnotationes ab c. 46. 2 (*intentis omnibus*) usque ad finem Libri. Et in Libro XXVII post adnotationem ad c. 7. 14 scriptam haec uerba Rhenani inuenies: '*hic unam paginam*[1] *transilire coacti fuimus ob defectum qui erat in exemplari manu scripto*'; neque lectiones denuo excerpit ante finem capitis 9 (§ 14, *idem socios*), unde pergit usque ad Libri XXX c. 16. 1; hic subito desinit, sed num plura in codice fuerint celat silendo. Quamquam igitur non accurate explicat Rhenanus quantum Spirensi infuerit, licet tamen ex adnotationibus eius haec tria concludere:

(i) Si quae Spirensis folia ad priorem partem huius Decadis uel ad initium Libri XXVI olim pertinuerant, ea iam ante saeculum XVI omnia erant deperdita.

(ii) Pars quaedam Libri XXVII—ad octauum saltem et nonum capita pertinens—defecerat in Spirensi, nec dubium potest esse quin in locum eius partis transposita fuerit 'particula' illa altera (circa 26. 41. 18–circa 26. 43. 6) quam Rhenanus in Libro XXVII se repperisse testatur.

(iii) 'Particularum' illarum Libri XXVI neutra in unum folium ipsius Spirensis quadrauit, sed codex et perturbationibus exemplaris et lacunis laborans continua scriptura exaratus est.

§ 89. *De Spirensi plura.* Lacunam Spirensianam in Librum XXVII incidentem aut uno archetypi folio aut duobus potuisse compleri iure credideris; cuius lacunae causa uiris doctis satis iamdudum patet. Ea enim pars Libri XXVI quam (ut supra in § 88 (ii) docui) in locum huius partis Libri XXVII omissae transpositam in Spirensi repperit Rhenanus, ipsa illa est quae Puteani lacunam supplet (uide § 85). Fortasse duo illa folia de compagibus soluta, quae scribam Puteaneum omnino fefellerunt, iam

[1] I.e. paginam (ut uid.) editionis illius Aldinae.

transposita inuenerat uel transponi passus erat scriba codicis Σ; qui ob illam transpositionem se et alia haec ad Librum XXVII pertinentia praetermittere haudquaquam animaduertit. Quantum uero praetermisit? Hoc cum non satis accurate doceat Rhenanus, necesse est ut cognoscere conemur ex aliis codicis Σ testimoniis. Codices quidem Θ et *V* nullum in hac re usum habent, quippe qui ex aquis iam Puteano (uel r^b potius) contaminatis lacunam suppleuerint. Inde[1] tamen aliquid concludi potest quod in hoc loco (i.e. Libri XXVII c. 7 ad fin.–c. 9) silent aliquantum correctores Spirensiani codicum *A* et *N*. Sane scribae A^7 testimonium hic non magni esse confiteor (nam ex illo fonte quem Σ^r nomino potuit is lectiones suas extrahere; uide § 92 infra); sed ob scribae N^4 silentium lacunam in Σ haud longius quam ab c. 7. 17 usque ad c. 9. 9 extendisse (et fortasse etiam minorem fuisse eam) equidem cum Luchsio adfirmauerim.[2] Scriptura autem ea quae ad hoc spatium pertinet in cclx uersibus Puteani includitur; si igitur statuas archetypi columnis singulis uersus xxxi uel xxxii uel xxxiii fuisse,[3] conicias duo eius folia in Σ praetermissa.

Iam uero quae Puteanus in Libro XXVI omisit (uide § 85), ea in Librum XXVII, ut uidimus, transposita in Spirensi Rhenanus repperit;[4] nec dubitare nos debemus

[1] Hoc, quod ad '*L*' suum (= N^4) pertinebat, iam perspexit Luchs (ed. 1879 *Prolegomena*, p. xxii sq.); sed nihil ille de mensura uersuum.

[2] Cum ex uerbis Rhenani nihil pro certo discas quousque Spirensis defecerit, non est cur plura in *S* quam in Σ omissa credas (quamquam et hoc fieri potuisse non negauerim). Vix accurate in adnotatione nostra ad 27. 7. 14 hanc rem tractauimus. Nam et correctori A^7 nimis confidebamus et scribebamus tamquam si ab ipso *S* hausissent A^7 et N^4, quod non crediderim.

[3] Vide supra § 85.

[4] Hanc partem Libri XXVI genuinam esse primus demonstrauit Heerwagen, *Commentatio Critica de T. Liui XXVI, 41. 18–44. 1* (Nürnberg, 1869).

quin non solum usque ad c. 43. 6 (*nudabit*) sed etiam usque ad *imminet Africa* (§ 8) ea ibidem seruata fuerint. At deficit oratio illa Scipionis; nam quae in codicibus contaminatis post c. 43. 8 supplentur sine dubio spuria sunt.[1] Neque enim sensui neque stilo Liuiano sufficiunt; et ex Polybio 10. 11. 6 suspicandum erat alia Liuium orationi adiecturum fuisse. Quae spuria si in Spirensi repperisset Rhenanus, uix tam longe distanti adnotationi (*nudabit* § 6) illud '*hic deerat pagina*' suum adfixisset. Ex duobus igitur illis foliis (in *P* omissis, in Σ transpositis) alterum iam antiquitus uidetur esse mutilatum.

Quem finem habuit Spirensis? Nihil quidem post 30. 16. 1 Rhenanus; sed ad finem Libri XXX non desunt lectiones a Gelenio in Frob. 2 receptae quas codici iure attribuas.[2] Certe codicem Σ usque ad finem Decadis tertiae exaratum esse indicant testimonia codicum Σ^a et Σ^b.

'*Sp*' et '*Sp ?*' et '*Sp ut uid.*'

Maximam partem lectionum a Rhenano commendatarum ex ipso Spirensi excerptam esse apud omnes hodie constat.[3] Quoniam tamen saepissime in adnotationibus suis, nulla codicis mentione facta, '*scripsimus* ille uel '*expunximus*' uel '*legendum est* et alia similia profert, nos, ne lectorem fallamus, quotiens nihil de exemplari suo scribit, siglo *Sp ?* utimur, *Sp* in eis tantum locis ubi disertis uerbis codicis auctoritatem sibi uindicat. Et cum in lemmate ex editione Aldina sumpto saepe plures uel pauciores addit uoces quam quas codici inesse certe testatur, nos, sicubi incerta haec res uisa est, siglum *Sp ut uid.* adhibemus.[4] Id autem prae-

[1] Vide Heerwagen (op. cit.)

[2] Quodsi opus excerpendi perfecisset, num potuit Rhenanus garrulitatem suam continere?

[3] Vide e.g. locos quosdam ubi '*Sp ?*' cum *S* (folio Monacensi) consentit.

[4] E.g., quod ad 28. 40. 2 scripsit Rhenanus *in exemplari scripto tantum est* '*primoribus patrum*', id agit ut lectionem Aldinam *primoribus*

cipue tironi cauendum est ne lemma illud quod Drakenborchius in editione sua Rhenani adnotationibus praefixit, semper unum atque idem esse credat quod lemma ipsius Rhenani.

ald.[1] *Frob.* 1. 2.

Si qua et Rhenanus silet nec lectionem aut editionis Aldinae aut Frobenianae primae mutat in Frob. 2 Gelenius, hanc lectionem non omnino sine pondere esse credendum erit, quippe quae indicet aliquando saltem quid Spirensi infuerit; quamquam non negauerim et silentio Rhenani saepissime non confidendum esse et Gelenium Aldinae uel Frobenianae primae lectiones pro eis quae in codice repperisset re, ut uidetur, perpensa haud raro retinuisse.

§ 90. *De Folio Monacensi* (*Spirensis*). Rhenani et Gelenii fidem insignite confirmauit folium Monachii saeculo XIX inuentum, saeculo XI exaratum, quod aut ipsius codicis Spirensis aut saltem gemelli[2] esse primus demonstrauit inuentor ille eius et editor, Carolus Halm.[3] Hoc folium (*S*), satis integra Libri XXVIII c. 39. 16 (*ita uidetur*)–c. 41. 12 (*periculi*) praebens ab Alexandro Hope Kyd[4] huius editionis causa transcriptum est. Vtrique paginae xxxvii uersus sunt, singulis uersibus raro minus lii raro plus lxv litterae. Inter lectiones quasdam ab Halmio et Luchsio praetermissas haec digna sunt quae memorem : c. 40. 2 *cum placeret* praebet *S* satis clare ; omisit mox idem uocem

patrum conscriptorum corrigat, sed quia uox insequens *cum* deest in Aldina, tu, si Rhenano credas, debeas concludere eam et in codice defuisse : qua de causa *om. 'cum' Sp ut uid.* hic scripsi, quamquam ipsum folium Monacense (*S*) *cum* testatur. In hoc eodem loco lemma Drakenborchii uera detorquet.

[1] De siglis *Aldus* et *ald.* uide p. xxxix.

[2] Neque tamen est cur ipsi Spirensi hoc folium attribuere dubitemus.

[3] *Sitzungsberichte Münch. Akad.* 1869 II, p. 580 sq.

[4] Cf. Praef. Tomi i, p. xx.

mussarent (cum *V*, cuius lectiones in hac parte nos in adnn. non includimus); c. 40. 3 omisit (cum *V* et N^4) *de* (ante *Africa*). Nulla correctorum temptamina in folio apparent nisi quae ab ipso S^1 profecta sunt.[1]

Si cum Rhenani adnotationibus lectiones huius folii contuleris, concludes profecto nonnullos errores, ut minoris momenti, ab illo non esse memoratos. Quod ad meliora attinet, si quando Rhenanus silet, semper fere lectionem codicis in *Frob.* 2 introducit Gelenius. Vide sis adnotationes ad Libri XXVIII cc. 39. 16; 40. 11; 40. 12; 41. 12. Tamen in c. 41. 2 (*isse*), ueram lectionem (et in *P* et in *S* seruatam) ambo illi uiri docti uidentur neglexisse.

§ 91. Ex quo Heerwagen inlustria sua studia uolgauit,[2] id in primis huius partis Decadis editorum interesse constat ut per testimonia codicum uel interpolatorum uel mixta traditione contaminatorum quid ipsi codici Σ infuerit, quid stirpi inde deriuatae adscribi possit pro uirili parte exquirere conentur. Et hoc quidem opus cum laboriosum tum in Liui uerbis inlustrandis maxime fructuosum praeclare adgressus est Augustus Luchs;[3] qui non solum codices *HVΘF* et lectiones correctorum codicis *N* contulit, sed etiam de stirpe eorum tam acute disseruit ut (praeterquam quod et falsa quaedam de '*L*' suo tradidit et correctoribus $A^7 A^8$ neglectis traditioni *VΘ* parum diffidebat) illud quod descripsit huius stirpis stemma ne hodie quidem obsoleuerit.

§ 92. *De Correctoribus Spirensianis Codicum A et N.*

Post fragmenta ipsa Monacensia et Taurinensia[4] et ea quae excerpsit Rhenanus, praestantissimi testes traditionis Σ sunt correctores illi codicis *N*, qui saeculo XIII e fonte quodam Spirensiano hauriebant. Erant autem, ut demon-

[1] E.g. c. 41. 2, que te *S*: qui te S^1.

[2] *Commentatio Critica de T. Liui XXVI, 41. 18–44. 1* (Nürnberg, 1869).

[3] Op. cit.

[4] Vide § 95.

strauit Conwaius,[1] et alii librarii qui siue antea (ut N^2) siue postea (ut N^5, N^6, N^7, N^8) nulla uel minima, ut uidetur, auctoritate freti lectiones suas codici insinuauere. Haec inter correctores discrepantia prorsus fefellerat Luchsium; qui si quid in codice correctum uel mutatum uidebat id, omni manuum discrimine neglecto, tamquam a fonte Spirensiano ortum uni tantum correctori (siglo '*L*' usus) attribuere ausus est. Quoniam igitur summi momenti erat codicem iterum perscrutari, hoc opus Conwaius iam anno 1920 susceptum per sat magnas partes decem annorum exsecutus est diligentissime. Distinxit ille haud minus octo uel nouem correctorum manus, quorum tres[2] tantum (N^3, N^n, N^4, saeculo XIII omnes) de auctoritate Spirensiana, quantum scire possumus, pendebant. Horum N^3 rarius, N^n in uno tantum loco sed satis longo,[3] N^4 saepissime mendis uolneribusque medelas adhibuit. De proprietatibus autem et moribus horum consule, sis, ea quae Conwaius ipse exposuit.[1] Iam pauca hic addenda sunt de illo fonte unde hauserunt. Optime quidem demonstrauit Luchsius[4] neque ex ipso Spirensi neque ex ipso Spirensis exemplari (Σ^a) aut hos correctores Laurentiani aut codicem Harleianum (scilicet in Libris XXIX, XXX, uide § 94) haurire potuisse. Quot uero inter hos et Σ^a intermedii fuerint quis audebit adfirmare? Id tantum ex nouo illo testimonio per Conwaium prolato satis, ut opinor, patet: proximi sunt (quod ad bonas lectiones attinet) scribae N^3 et N^4 in Libris XXIX, XXX codici *H*; et Luchsius, cum crederet eos ex libro iam magis corrupto quam Harleiani exemplari sua excerpsisse, ideo deceptus est quod correctori

[1] *The Laurentian Manuscript of Livy's Third Decade* (*Classical Quarterly*, vol. xxvii, p. 182 sq.).

[2] Erat, ut uidetur, quartus etiam (aequalis fortasse scribae N^3) qui ad finem Decadis aliqua correxit. Hic in adnn. siglo N^r designatus est.

[3] I.e. in magna parte supplementi Spirensiani quod ad 27. 2. 12 sqq. inuenitur.

[4] *Prolegomena* ad ed. 1879, p. xxviii sq.

'*L*' tribuerat multos errores re uera minime ab Spirensiana traditione ortos.[1] Contra plurima alia praua sunt in *H*, de quibus N^4 (cum N^3) solebat silere, non quia in exemplari non fuissent ea, sed quod librarius meliorem esse Laurentiani quam exemplaris sui lectionem saepe duxerat. (Saepe etiam lectionem Spirensianam praebuit quidem N^4, sed uelut de re dubitans notas delendi[2] sub uocibus in *N* stantibus non ausus est subscribere; i.e., ut coniecit Conwaius, praebuit Spirensianam 'ut secundam lectionem'.) Nihil igitur obstat quin ad auctoritatem haud longius ab Σ distantem quam (in Libris XXIX, XXX) Harleiani exemplar respexisse scribam N^4 credamus; quem eodem e fonte (Σ^b) atque *H* hausisse in stemmate indicaui. Quanto autem minus corrupta sit haec auctoritas quam fontes illi unde et codices contaminatos et correctores codicis *A* hausisse conicio, tu, lector, ex illis locis cognoscere poteris ubi omnium solus N^4 (uel N^3) cum *Sp* uel *Frob.* 2 consentit, neglectis illis deprauationibus quae in Σ^c et Σ^r, ut suspicor, primum inductae sunt. Vide e.g. adnn. ad 26. 46. 2; 26. 49. 13; 27. 14. 10; 27. 15. 17; 27. 16. 8; 27. 18. 9; 28. 7. 15; 28. 23. 4 (*ab tergo*); 28. 28. 11. Nec uero desunt loci ubi, ut credimus, silente etiam Rhenano, hic scriba solus lectionem codicis Σ repraesentet (uide e.g. 30. 36. 11).

Defecerat, ut uidetur, in Libro XXVI codex Σ^b uix minus quam ipse Spirensis et eandem perturbationem (uide § 89) praebuerat; neque enim N^3 neque N^4 partem eius Libri in *N* omissam (uide § 85) supplere potuerunt (i.e. non perceperunt eam ad Librum XXVI pertinere). Fragmenta tamen quaedam huius Libri exstitisse in Σ^b uidentur: nam ab eodem codice extractum esse supplementum illud *occupauit Hasdrubal ne* (in 26. 17. 5) licebit fortasse conicere. Et

[1] In commentario nostro, ne nimis longi essemus, necesse erat saepe de lectionibus ab N^5 et N^6 (etc.) profectis silere.

[2] Vide Conwaii op. cit.

finis Libri XXX (quamquam saeculo XI scriba codicis *B* (uide § 87 c) uel ab Σ^a ipso uel aliunde potuit hanc partem supplere) saeculo XIII librarios Laurentianos, fortasse iam opere defessos, fefellerat. Quam partem saeculo XIV suppleuit scriba N^z, eodem exemplari quo A^z usus.

Multo deterior quam Σ^b fuit auctoritas illa qua saeculo XIV usi sunt correctores codicis Agennensis, quos A^7 et A^8 nominauimus.[1] Nihil de his Luchsius, qui ibi solum Agennensi usus est ubi supplementa in Libris XXVI et XXX ab A^z (Luchsii '*E*') addita sunt. Percepit tamen Waltersius[2] duos uel tres (rarissime enim medelae et ab A^9 additae sunt) correctores ab fonte aliquo Spirensiano per totos hos Libros hausisse; quorum unus uel alter fortasse idem fuit atque ipse A^z. Quae res utcumque se habuit, non difficile tamen erit perspicere qualis fuerit ille liber uel libri unde lectiones suas hi extraxerunt. Iam enim compluribus in locis is lectiones magis corruptas uel magis ab Σ distantes certe praebuerat. In parte illa Libri XXVIII ubi folium Monacense exstat, duae nouae lectiones, in *S* ipso non praebitae, ab $A^7 A^8$ (cum θ) additae sunt (uide c. 41. 2 *ire* pro *isse* et § 8 *peracti* pro *patrati*). Et passim quidem sunt indicia per quae confiteri necesse erit hanc auctoritatem propius ad codices contaminatos accedere quam ad Σ^b. In Libro XXVI multa addit A^7; quamquam si quid eius Libri in Σ^b (uel Σ^c) exstabat fragmenta tantum ibi fuerunt (u. supra). Multi autem loci sunt ubi contra meliores Spirensianos conspirant A^7 θ corrupta praebendo (uide e.g. 29. 27. 3). Atqui horum correctorum lectiones perscrutari certe operae pretium erat. Nam exemplar eorum, quamquam magis corruptum erat quam Σ^b, non tantum ab Σ degenerauerat quantum exemplaria codicum recentiorum. Hoc concludi poterit non solum ex locis illis ubi meliora praebuit A^z quam $V\Theta$ (uide adnn. ad 26. 42. 5; 42. 7; 42. 8), sed etiam inde quod saepissime de prauiore codicum $V\Theta$ lectione silent A^7A^8. Sane hoc silentium potuit nulla alia de causa saepe oriri quam quod meliorem esse Agennensis quam exemplaris sui lectionem librarius crediderat (uide supra de *N*); sed quoniam in parte Libri XXVIII in *S* seruata multae aliae et nouae uariationes in codicibus Θ praebentur silentibus correctoribus A^7A^8 (e.g. in c.

---

[1] Hi correctores per Libros XXVI–XXX saepissime in una quaque pagina Agennensis sua addiderunt. Priores quidem erant quam correctores A^v, A^5, A^6, sed quare sic nobis nominandi fuerint, disces per adnotationem narrationi meae (*A Test of Spirensian Sources*, *Class. Quart.* xxvii, p. 195) adfixam.

[2] Vide *Classical Quarterly*, xi. 3, p. 155 sq.

40. 1 *diffiniendum* pro *fin.*; in c. 40. 3 *hodierna*; in c. 41. 4 *hoc* pro *haec*),[1] crediderim exemplar quo correctores Agennensis utebantur nondum tantis deprauationibus esse corruptum. Sunt etiam loci ubi A^7 A^8 soli codicis Σ testimonium (casu fortasse) uidentur repraesentare (cf. e.g. 28. 7. 17; 30. 28. 1 *transisset*). Equidem in re dubia eos partim ab Σ^r (certe in Libro XXVI), partim ab Σ^c hausisse in stemmate indicaui.[2]

§ 93. *De Codicibus partim ab Σ partim ab P deriuatis.* De codicibus recentioribus quidquid scire conducit iam demonstrauit Luchsius.[3] Restat tantum ut hoc addam. Stirps illa Puteani unde hi codices partim deriuati sunt eadem est atque ipse archetypus codicum *A* et *N* (r^b); id quod uix in dubium uocabis si glossemata (uelut e.g. in 27. 8. 2) et in hos et in illos recepta respexeris (cf. § 87 B).

E codicibus uero illis qui omnes ab archetypo Θ (i.e. Luchsii '*R*') pendent, duos tantum per totam hanc partem tertiae Decadis denuo perlegendos esse nos censuimus. Codices enim *J* (Lond. Burney 198) et *K* (Harl. 2781), quos huius editionis causa diligentissime contulit Clara M. Knight,[4] satis archetypi lectiones repraesentant. Ceterum in eis partibus Librorum XXVI et XXVII ubi *P* deficit etiam eiusdem stirpis tres alios (*X Y Z*, uide *Sigla*) citamus, siue ibi a Conwaio siue ab aliquo eius adiutorum inspecti sunt. Tum *Vat. Pal.* 879 (*W*) ab Luchsio non adhibitum in sat multis locis pro nobis legit Nan Holley.[5] Hic codex non ex ipso Θ sed ex alio ei cognato uidetur exscriptus esse.

Codices *V* et *F* (uide *Sigla*) nonnihil ab Θ distant et in lectionibus quas praebent et quod lacunam Puteani in Libro XXVI non cum Θ *W* supplent, sed nihil ibi praebent nisi spuria illa (uide § 89) supplemento Spirensiano in Θ *W*

[1] Tales codicum θ uariationes saepissime in adnotationibus nostris necesse erat praetermittere.

[2] In commentario nostro stant sigla A^7 et A^8 ante sigla N^3 et N^4. Hoc ideo factum est quod *A* ipse aliquanto antiquior quam *N* uidetur fuisse.

[3] Op. cit.

[4] Vide Praef. Tom. iii, p. xii.

[5] Vide Praef. Tom. iii, p. xiii.

adhaerentia. Haec uero discrepantia ideo (aliqua saltem ex parte) orta est quod hi codices (ut demonstrauit Luchsius) non solum ex eo fonte quem Σ^r nomino oriundi sunt sed etiam e codice *N* ipso iam a correctoribus (nec Spirensianis solum) tractato. At *F* quidem in Liuio edendo nulli omnino usui est. Codex *V* Spirensianae auctoritatis uidetur aliquid habere, non quo erroribus immunis sit—immo sescenties nouas corruptelas induxit—sed quia haud ita raro errorem Spirensianum retinuit qui in Θ correctus est (nota e.g. ad 30. 10. 3 nonnulla cum *Sp* et *H* omissa). Hunc codicem in duobus uel tribus Libris denuo huius editionis causa perlegit eadem illa Nan Holley quam supra nominaui. Verum quoniam adnotationes nostrae iam nimis longae erant, lectiones eius solum in Libro XXX[1] protulimus, rati proprietates quas habet satis ibi fore perspicuas.

At non spernendi sunt recentiores. Per eos enim solos interdum uera ac genuina lectio nobis tradita est, quae ipsius Σ auctoritatem repraesentat. Hoc qui dubitat, inspiciat locum 27. 13. 7, ubi cum *Ta* praebent *θ ademisset* (et sic *V*, quem hic non citamus: *abstulisset P*). Sequitur ut quotiens de Σ silent et Rhenanus et N^4 et A^7 et Harleianus, etiam codicum *Vθ* lectio editoribus perpendenda sit.

§ 54. *De Codice Harleiano* (*H*). In una tantum parte (29. 3. 15—30. 21. 12; i.e. fol. 181 r. init. usque ad fol. 204 u. med.) hic codex, saeculo xv exaratus, nobis usui est; qui alibi manifeste ab Σ^r (uel ab codice ei cognato), ibi tamen ab antiquiore quodam libro et ipsi Σ propiore deriuatus est. Hoc ab Luchsio iam perspectum confirmauit Waltersius, qui codicem denuo in hac parte perlegit. Mendis quidem ibi abundat *H*, sed qualia exemplari male lecto potuit scriba ipse contrahere. De his nos plerumque silere coacti sumus; sed quantum obseruaui uix quicquam erat in hac parte codicis quod ad Puteani traditionem attribui posset. Immo

[1] Sed et ibi de multis uariationibus silere coacti sumus.

codicis Σ lectiones aut integras aut aliquantulum corruptas cum *Sp* et N^4 satis constanter praebet.

§ 95. *De Codice Taurinensi* (*Ta*). Postremus in stirpe codicis Σ nominandus est codex palimpsestus Taurinensis, saeculo v exaratus et a librario aequali, ut uidetur, correctus. Huius fragmenta, quae in bibliotheca Athenaei Taurinensis olim exstabant, diligenter transcripsit atque edidit Gulielmus Studemund.[1] Septem folia is rimatus est, quorum ex uno quidem nihil certum erui poterat, sed quattuor ad Librum XXVII pertinebant, duo ad Librum XXIX. Ex fragmentis[2] pessime habitis hic illic, ubi eius quod in *Ta* scriptum erat ne uestigium quidem manebat, scripturae quaedam ab correctore (*Ta*²) profectae poterant satis clare distingui.

In primo folio (47) nihil apparebat nisi uoces (27. 11. 15) *qui equo merere deberent* et (27. 12. 5) *Bruttiorum* a *Ta*² additae[3] (i.e. ut uidetur, in *Ta* omissae). Plura erant in altero (52). Nam et ex 27. 12. 10 uoces *instaret Marte* et *castra* legi poterant (atque eiusdem capitis nonnulla ex §§ 11, 14, 15) et iam inde ab § 17 usque ad c. 13. 11 maior pars scripturae manebat. In tertio folio (48) legebantur tantum quae *Ta* omiserat in 27. 33. 3–4 et addiderat *Ta*²; in quarto (51), loci 27. 33. 5–27. 34. 3 umbrae quaedam et ex c. 34. 4–6 plura (omisit *Ta* ex c. 34. 6 *et in senatum uenire*, quod suppleuit[3] *Ta*²), et mox in §§ 8–14 nonnulla. Quintum folium (49) nihil praebebat nisi 29. 12. 6 (*ur*)*bem . . . romano* et id quod in 29. 13. 3 addidit *Ta*². In sexto demum folio (50) nihil aliud legebatur quam quod idem *Ta*² suppleuerat—i.e. 29. 21. 5–7 xxxiii et mox lix litteras (ob ὁμ. omissas) et 29. 23. 2 uoces (*Roman*)*um credidera*(*nt*), xviii litteras non ob ὁμ. omissas.

Hic codex (praesertim postquam ab *Ta*² correctus est) proximus fuit, ut conicere licet, ipsi codici Σ. In stemmate (p. vii) eum ex Σ descriptum esse (cum Luchsio) indicaui. Inspectis enim locis quibusdam (e.g. 27. 34. 12, ubi

[1] Mommsen et Studemund, *Analecta Liuiana*, Lipsiae 1873, pp. 6–31.

[2] Paginis singulis xxxv uersus erant, quorum unus quisque uix amplius xl, uix minus xxxiv litteras uidetur habuisse.

[3] De hoc in adnn. nostris silemus.

tamen incertum est num *Ta* omiserit *offerre*), uix crediderim eum ipsum Σ fuisse. Neque uero ab communi codicum *S* Θ (cum N^4 etc.) archetypo (Σ^a) eum deriuatum esse neque ipsum illum fuisse inde sumendum erit quod in 27. 13. 5 praebet *Ta* uocem *referam*, quam illi omnes omittunt.

Succurrit autem indicium, qualecumque est, per quod de forma exemplaris eius unde *Ta* exscriptus erat aliquid, credo, licet conicere. Nam Taurinensis sicut Puteanus, laborabat uocibus omissis; ceterum Ta^2 (longe alius quam miser ille corrector P^2) eodem, ut uidetur, exemplari quo codicis scriba usus, plerumque omissa restituit. Ex paucis uero illis locis ubi codicis nobis notitia est, ter accidit ut tot litterae omissae sint quot in uersum Puteaneum quadraturae erant (uide 27. 11. 15; 27. 34. 6; 29. 23. 2, locos supra memoratos). At fortasse ad 27. 33. 3–4 lacunae causa merae litterarum similitudini (ὁμ.) adsignanda erit: omissa tamen in 29. 21. 5–7 (ea quoque ob ὁμ.) quinque uersibus (ii + iii) eiusdem mensurae poterant suppleri. Qua de causa, quamquam in tali re nihil pro certo dici potest, haud scio an eadem in Σ atque in *P* fuerit uersuum magnitudo.

§ 96. *De Examine Lectionum et de Glossematibus in P et* Σ. Duarum igitur traditionum (*P* et Σ) lectiones cum iam pro uirili parte conixus sit editor quilibet ut quae utrique fuerint reperiat (nam ad finem Libri XXX ne de *P* quidem hoc facile reperiri potest), restat ut nunc hanc nunc illam, prout cuiusque loci sententia atque loquendi usus suadet, in contextum Liuianum recipiat. Saepe ubi inter se discrepant utriuslibet lectio poterit Liuio attribui. Neutra traditio contemnenda est; neutra mendis sat magnis non est corrupta. At codex Σ fortasse aliquanto curatius et a scriba doctiore descriptus est. Quot enim et quanta fuerint menda Puteani inter omnes constat. Sed talibus si non tantis mendis et codicem Σ laborauisse e folio Monacensi potest concludi—quamquam errores ibi nonnullos ipsi *S* (uel Σ^a)

potius quam parenti illi Σ forsitan adsignare liceat. Depra-uationes uero de industria, ut ita dicam, factas et glossemata in contextu inclusa non solum in Σ (et Σ^a etc.) fuisse sed etiam in *P* nonnulla nemo negare poterit qui et pauca illa ad 27. 26. 10 adn. collecta respexerit et exempla qualia inuenies ad 27. 13. 7; 27. 27. 1 et 3; 27. 39. 13 (?); 27. 45. 12; 27. 49. 1; 28. 18. 7; 28. 32. 9 (?); 28. 37. 5 (?); 28. 39. 3; 28. 40. 5; 29. 16. 7. Sunt etiam nonnulli loci ubi uerborum ordinis inter *P* et Σ uariatio inde, ut credimus, orta est quod glossemata inserta erant in archetypum (uide sis 27. 34. 3 adn.). Et uix dubium est quin mutationes in Puteano repertae archetypi correctoribus tribuendae sint potius quam Puteano ipsi; cuius scriba sententiam Liuianam nihil morabatur, sed glossema uel correctoris medelam hic illic quasi casu recepit (etiam ubi eandem scriba codicis Σ neglexerat). Contra mutationum Spirensianarum siue in Σ siue in alio ab illo deriuato primum factarum permulta sunt exempla (*cf.* e.g. 29. 12. 5 adn.).[1]

§ 97. *De Versibus*[2] *omissis.* Puteani scribae neglegentia nusquam alibi magis patet quam quod crebro cola uel uerborum seriem prorsus praetermisit. Nec uero melius intellegere possumus quantum profuerit traditio Spirensiana quam si recordamur omissa in *P* pleraque per illam in his Libris suppleta esse. Supplementa autem—quod iam pridem perspexerunt uiri docti[3]—totis uersibus Puteani (quorum unus quisque xv–xxi fere[4] litteras praebet), uni uel pluribus, maximam partem sunt paria. Hinc satis probatum est uersibus eandem mensuram habentibus et exemplar quoque

[1] Multo plura sunt quam quae ibi collegi.

[2] In hac Praefatione uocem 'uersus' adhibere malui, quamquam Waltersium (Praef. Tom. ii) secutus in adnn. uoce 'linea' usus sum.

[3] Horum in primis nominandus est Waltersius, u. Praef. Tom. ii, pp. xv–xx.

[4] I.e. nunquam minus xiv, nunquam amplius xxii.

Puteani descriptum esse; id quod uix dubitare poteris cum locorum ubi unum uel plures uersus omisit Puteanus haud minus lxx exempla[1] inueneris, quae ad 26. 51. 8 adn. collegi. Et horum quidem locorum sunt xxiii ubi abest omnis alia omittendi excusatio (i.e. ubi uoces non ob ὁμ. quod uocant omissae sunt). Necnon idem inde concludi potest quod ad 28. 9. 12–13 et 28. 27. 5 (et alibi) bis praebet Puteanus non suos ipsius uersus sed uersus, ut uidetur, exemplaris.

Iam de exemplari Taurinensis idem conici posse monstraui (§ 95). Quid uero de illis quae in traditione Spirensiana omissa, in *P* suppleta sunt? Exempla inuenies ad 28. 2. 16 adn. collecta, quorum in plurimis uix alia causa omittendi erat quam ὁμ.[2] Quod si locos quales 28. 19. 2 et 29. 36. 8 necnon (quamquam ὁμ. adest) 30. 13. 14 et 30. 37. 3 inspexeris, indicia aliqua habebis unde quod de forma et codicis Σ et ipsius codicum *P* et Σ archetypi iam[3] coniecimus confirmari posse uideatur.

§ 98. Postremo monendus est lector ne credat omnes Puteani errores, omnes codicum θ uel ceterorum in adnotationibus criticis nostris inclusos esse. Multa omittenda erant, sed ea tantum omissa quae leuioris momenti esse uidebantur; de *P* et θ qui plura uolt cognoscere, consulat editionem Luchsii. Id potius nos egimus ut ubicumque adnotationem scripsimus ibi proferretur quidquid uariationis erat inter lectiones omnium illorum codicum quos adhibebamus; et aliqua ex parte mores codicum atque usum Liuianum tironis causa exemplis inlustrare conati sumus. Quam ob rem etiam de emendatorum coniecturis quamuis scitis saepe necesse erat silere.

§ 99. Restat iam solum ut et Conwaii et meo nomine

[1] Sunt et alia quae in adnn. poteris comperire.
[2] Sunt etiam quae malis fortasse codici Σ^{a} adsignari.
[3] Vide §§ 85, 89, 95.

gratias plurimas agam illis omnibus quicumque in hac parte huius editonis adiutamenta nobis attulerunt. Iterum commemoranda est insignis illa opera codicum perlegendorum quam nobis et benignissime et impigerrime nauauerunt Clara M. Knight, Florentia Whitehead, Nan Holley, Douglas L. Drew, Iacobus A. Petch. Necnon Bibliothecarum custodibus iam in priore Tomo nominatis grates ex animo deferimus. Huius ipsius Praefationis obscuritatibus quibusdam summa beneuolentia adhibuit scientiam Latinitatis suam Iohannes Wight Duff, Academiae Britannicae Socius. Iterum custodibus Preli Clarendoniani et ipsis prelatoribus multum debemus; qui cum hic Tomus commentario etiam ampliore quam ille tertius oneretur, haudquaquam tamen grauati sunt. Et correctori huius Preli gratiam habeo praecipuam. Is enim neque operae neque eruditioni pepercit dum me sescentis erroribus liberaret.

S. K. JOHNSON.

Dabam Nouis Castris
Kal. Nouembribus, 1934.

ADDENDA

26. 13. 15 *adn. ad* in carcerem] *optime conicit* in crate nem *P. Thoresby Jones, conferendo* 1. 51. 9 (ut . . . ad caput aquae Ferentinae crate superne iniecta . . . mergeretur) *et* 4. 50. 4 (*necnon Tac Germ.* 12. 1 *et fort. Plaut. Poen.* 1025–6); *abrupta haec locutio et ad rem et ad personam accommodata est* (*cf. etiam e.g.* '*dance on air*'); *quodsi Subiunctiuus* nem *rarius inuenitur, fortasse inde orta est corruptela*

27. 9. 14 *Post adnn. adde lemma* idem socios], *et huc transfer adn. primam ad c.* 10. 1

27. 45. 5 *adn.*] *post* '*om. B*' *adde* '*: supplet* B^2'

De rebus quibusdam ad stirpem Spirensianam codicemque Agennensem pertinentibus quas editores aliis explorandas reliquerunt (uide in Tom. III § 68), nunc denique opus proferendum est quod, nondum a parte Liuiana perfectum, multum tamen ad illam traditionem definiendam ualet. Consule sis *Journal of the Warburg and Courtauld Institutes* XIV (1951), pp. 137–208: G. Billanovich, 'Petrarch and the Textual Tradition of Livy'.

Haec sunt praecipue obseruanda :

§ 83. *De Stirpe Spirensiana.* Et Spirensis et ceteri codices qui hanc traditionem repraesentant ab exemplari Carnotensi, ut uidetur, deriuati sunt, quod et ipsum e codice Taurinensi (cf. § 95) per hos libros fortasse exaratum erat.

§ 90. *De Folio Monacensi.* Hoc folium, quod editores codici ipsi Spirensi attribuerunt, gemello Spirensis potius apparet attribuendum esse.

§ 92. *De Correctoribus Spirensianis Codicis Agennensis.* Huius codicis Decas tertia (saeculi XII exeuntis uel XIII ineuntis), ab stirpe Puteana orta, per libros XXVI–XXX e fonte Spirensiano ab ipso Petrarcha suppleta correctaque est. Correctiones autem Spirensianas emendationesque quas Conwaius manibus compluribus (A^2, A^7, A^8, A^9; cf. etiam A^z), attribuit, uni tantum correctori i.e. Petrarchae nunc licet attribuere. Qua ex traditione sic contaminata, postquam per codices recentiores descripta est, Editionem principem deriuatam esse (cf. III § 68a) denique adfirmari potest.

1952 A. H. Mc. D.

SIGLA

P = codex Puteanus, Parisiis (Biblioth. Nat. Cod. Lat. 5730), saec. V; u. *Praef.* §§ 50 sqq. (cf. etiam §§ 84, 85, 96, 97)

P^1 = *P* ipse se corrigens

P^2, P^3 = correctores subsequentes (ambo tamen eo tempore priores quo ex hoc codice descripti sunt *CRM*); u. *Praef.* § 55

P^4, P^5 = correctores recentiores; u. *Praef.* §§ 55 (e) et (f), 87A (ii)

P^x corrector aliqui de quo nihil amplius adhuc nobis comparuit. Similiter et in codd. ceteris (e.g. C^1, C^2, C^x)

C = codex Colbertinus, Parisiis (Biblioth. Nat. Cod. Lat. 5731), saec. X; u. *Praef.* § 57 (cf. etiam § 87A)

R = codex Romanus, Romae (Biblioth. Vaticanae Vat.-Reg. 762), saec. IX: u. *Praef.* § 59 (cf. etiam § 87B)

M = codex Mediceus, Florentiae (Biblioth. Laurentianae Plut. lxiii. 20), saec. X; u. *Praef.* §§ 60 sqq. (cf. etiam § 87B)

B = codex Bambergensis (Biblioth. Publicae M. iv. 9), saec. XI; u. *Praef.* § 66 (cf. etiam § 87B et C)

D = codex Cantabrigiensis (Biblioth. Coll. Trin. R. 4. 4. 214), saec. XII; u. *Praef.* § 67 (cf. etiam § 87B et C)

A = codex Agennensis, Londinii (Mus. Brit. Harl. 2493), saec. XIII; u. *Praef.* § 68 (cf. etiam § 87B et C)

Π = *P* consentientibus *CRMBDA*

Π^1, Π^2 = P^1, P^2 consentientibus *CRMBDA*

π, π^1, π^2 = *P*, P^1, P^2 consentientibus haud minus tribus ex codicibus *CRMBDA*, ubicumque ex ceteris horum unus uel duo uel tres a *P* discrepant; sed in Lib. XXX, ubicumque nulla horum codicum memoratur uariatio, post c. 5. 8 ubi *R* deficit) π = consensus codicum *PCMBDA* et post c. 21. 4 (ubi folium in *D* exsectum est) π = *PCMBA* et post c. 26. 10 (ubi *M* etiam deficit) π = *PCBA*

N = codex Laurentianus Notatus (λ Luchsii), Florentiae (Biblioth. Laurent. Plut. lxiii. 21), saec. XIII; u. *Praef.* § 70 (cf. etiam § 87B et C)

A^7, A^8, A^9, A^z = codicis *A* correctores illi qui e fontibus Spirensianis hauserunt (saec. XIV ut uid. omnes); suppleuit A^z lacunas Puteaneorum XXVI c. 41. 18–c. 44. 1, et

XXVII c. 2. 11–c. 3. 7, et ad finem Lib. XXX (inde ab c. 41. 6); u. *Praef.* §§ 87c, 92

A^v = *A* a Laurentio Valla correctus; u. *Praef.* § 68

A^r = folium in *A* rescriptum

N^3, N^4, N^n, N^r = codicis *N* correctores illi qui e fontibus Spirensianis hauserunt saec. XIII omnes (u. *Praef.* § 92); N^n nihil scripsit nisi partem supplementi ad XXVII c. 2. 11–c. 3. 7; raro (in Lib. XXX) sua addidit N^r

N^z = ille qui ultimum codicis *N* folium (Lib. XXX inde ab c. 41. 6) suppleuit; u. *Praef.* § 87c

S = folium Monacense (*M* Luchsii), Monachii (Biblioth. Mon. Cod. Lat. 23491), saec. XI; u. *Praef.* § 90

Sp = codex Spirensis ab Rhenano in ed. Frob. 1535 disertis uerbis citatus; u. *Praef.* §§ 88, 89

Sp ut uid. = Rhenanus includens in lemmate suo ubi codicem nominat sed ut de alia re testem; u. *Praef.* § 89

Sp? = Rhenanus lectionem probans et fortasse (sed non diserte) codicem suum sequens; u. *Praef.* § 89

Rhen. = Rhenanus suo Marte ut uidetur coniecturam offerens

Ta = codex palimpsestus Taurinensis, saec. V; u. *Praef.* § 95

H = codex Harleianus, Londinii (Mus. Brit. Harl. 2684), saec. XV; u. *Praef.* § 94

V = codex Vaticanus, Romae (Biblioth. Vaticanae Palat. 876), saec. XV; u. *Praef.* § 93

W = codex Vaticanus, Romae (Biblioth. Vaticanae Palat. 879), saec. XV; u. *Praef.* § 93

J = codex Burneianus (*a* Luchsii), Londinii (Mus. Brit. Burney 198), saec. XV; u. *Praef.* § 93

K = codex Harleianus (β Luchsii), Londinii (Mus. Brit. Harl. 2781), saec. XV; u. *Praef.* § 93

θ = consensus codicum *JK*

X = codex Venetus (γ Luchsii), Venetiis (Marc. 364), saec. XIV

Y = codex Mediceus (δ Luchsii), Florentiae (Biblioth. Laurent. Plut. lxiii. 17), saec. XV

Z = codex Mediceus (ε Luchsii), Florentiae (Biblioth. Laurent. olim Abb. Florent. 263), saec. XV

Θ = consensus codicum *JKXYZ* (*R* Luchsii); u. *Praef.* § 93

F = codex Mediceus, Florentiae (Biblioth. Laurent. Plut. lxxxix inf. 1), saec. XV; u. *Praef.* § 93

Codicum *VXYZF* testimonia non in omnibus locis collecta

sunt a nobis aut a sociis nostris; ubi uero ob hanc uel illam causam ii in locis non denuo inspectis nominandi erant, e Luchsii testimonio sic (pluribus litteris secundum normam nostram) citamus:

Vat = *V* e Luchsio citatus (u. supra)
Ven = *X* „ „ „ „ „
Med. 1 = *Y* „ „ „ „ „
Med. 2 = *Z* „ „ „ „ „
Med. 3 = *F* „ „ „ „ „

De Deterioribus aliis ex Drakenborchio citatis (idque rarissime) u. *Sigla* Tom. III huius editionis p. xxx

Aldus = Aldus siue in ed. 1519 siue in ed. 1521 editorum primus lectionem instituens

ald. = Aldus lectionem ab editionibus prioribus accipiens

*Frob.*2 = Gelenius editionis Frobenianae 1535 in contextum lectionem introducens

*ald.Frob.*1.2 = Aldus et editio Frobeniana utraque (1531 et 1535) lectionem iam ab editionibus ueteribus acceptam confirmantes (hinc de Spirensi 'argumentum ex silentio' saepe oritur)

Edd. = editores et priores et posteriores

| indicat finem lineae in codice (e.g. ad 26. 26. 2)

⟨ ⟩ includunt supplementa quae credimus necessaria sed quae omnibus codicibus absunt

[ ] includunt additamenta quae reicienda esse censemus sed quae pluribus uel omnibus codicibus insunt

† indicat locum corruptum cuius de medela nobis non liquet

( ) in adnotationibus ubi lemmati ipsi uoces ex contextu adduntur ut lector locum in pagina facilius reperiat, harum uocum nullam rationem habet adnotatio (e.g. ad 26. 33. 3)

In adnotationibus ut ordo uocum in codicibus uariatus breuiter monstretur stat lemma nonnunquam cum siglo] scriptum, ubi uocis uel uocum locus in hoc uel illo codice per *hic* (i.e. in eo loco quo in contextu nostro stat) et *post* uel *ante* indicatur (e.g. ad 30. 35. 9)

ut s. l. = praebens ut secundam lectionem; cf. *Praef.* § 92

pleniore cal. = pleniore calamo scriptum; cf. *Praef.* § 33 (*b*)

Madv. Em. = Madvig *Emendationes Liuianae* (ed. 2, 1877); editiones Luchsii et Madvigii per *Luchs 1879* tantum et simili modo nominantur

Praef. = Praefatio nostra cuius paragraphae continuis numeris inde a Tom. I denotantur

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

LIBER XXVI

Cn. Fuluius Centumalus P. Sulpicius Galba consules cum I
idibus Martiis magistratum inissent, senatu in Capitolium uo-
cato, de re publica, de administratione belli, de prouinciis
exercitibusque patres consuluerunt. Q. Fuluio Ap. Claudio, 2
prioris anni consulibus, prorogatum imperium est atque exer-
citus quos habebant decreti, adiectumque ne a Capua quam
obsidebant abscederent priusquam expugnassent. Ea tum 3
cura maxime intentos habebat Romanos, non ab ira tantum,
quae in nullam unquam ciuitatem iustior fuit, quam quod 4
urbs tam nobilis ac potens, sicut defectione sua traxerat ali-
quot populos, ita recepta inclinatura rursus animos uidebatur
ad ueteris imperii respectum. Et praetoribus prioris anni 5
M. Iunio in Etruria, P. Sempronio in Gallia cum binis le-
gionibus quas habuerant prorogatum est imperium. Proro- 6
gatum et M. Marcello, ut pro consule in Sicilia reliqua belli
perficeret eo exercitu quem haberet: si supplemento opus 7
esset, suppleret de legionibus quibus P. Cornelius pro praetore
in Sicilia praeesset, dum ne quem militem legeret ex eo nu- 8

I 1 Centumalus *Sigonius*, *cf.* 25. 41. 11 : centimalus Πθ   2 expugnassent *ed. Rom.* 1472 *ald.* : oppugnassent Πθ   3 Ea tum *P* (*qui mox* curan cura *scripsit* : *del.* curan *P*[1] *et P*[2]) *ald.* : eam. tum *CRMBDAθ*   in nullam *R*[1]*MB* : in ullam *PCR*   4 respectum Π[1]θ : respectusm *P cf.* 22. 2. 2 ; 27. 17. 1 ; 27. 40. 7 *adnn. et de dittographia cf.* 27. 34. 5 *adn.*   5 in Etruria *A*[7]*θald.* : n etruria *P* : etruria π[3]*R*[2] : truria *R*   in Gallia *PA*[7]*θald.*: gallia Π[3]   6 reliqua π(*M?etM*[x] *per ras.*) *Gron.* : reliquias *BDAθ Edd. ante Gron.* : reliquia *M*[2](*uel M?*)   7 pro praetore *J*, *cf.* 27. 21. 6 *adn.* : propraetor (*uel* -pret-) *A*[7] *uel A*[v]*K*, *cf. c.* 2. 4 : pro p̄r̄ π : pro p̊. r. *D*

mero quibus senatus missionem reditumque in patriam negas-
9 set ante belli finem. C. Sulpicio cui Sicilia euenerat duae
legiones quas P. Cornelius habuisset decretae et supplemen-
tum de exercitu Cn. Fului, qui priore anno in Apulia foede
10 caesus fugatusque erat. Huic generi militum senatus eundem,
quem Cannensibus, finem statuerat militiae. Additum etiam
utrorumque ignominiae est ne in oppidis hibernarent neue
hiberna propius ullam urbem decem milibus passuum aedi-
11 ficarent. L. Cornelio in Sardinia duae legiones datae quibus
Q. Mucius praefuerat; supplementum si opus esset consules
12 scribere iussi. T. Otacilio et M. Valerio Siciliae Graeciaeque
orae cum legionibus classibusque quibus praeerant decretae;
quinquaginta Graecia cum legione una, centum Sicilia cum
13 duabus legionibus habebat naues. Tribus et uiginti legio-
nibus Romanis eo anno bellum terra marique est gestum.

2 Principio eius anni cum de litteris L. Marci referretur, res
gestae magnificae senatui uisae: titulus honoris, quod imperio
non populi iussu, non ex auctoritate patrum dato 'propraetor
senatui' scripserat, magnam partem hominum offendebat:
2 rem mali exempli esse imperatores legi ab exercitibus et sol-
lemne auspicandorum comitiorum in castra et prouincias
procul ab legibus magistratibusque ad militarem temeritatem
3 transferri. Et cum quidam referendum ad senatum censerent,
melius uisum differri eam consultationem donec proficisce-
4 rentur equites qui ab Marcio litteras attulerant. Rescribi de
frumento et uestimentis exercitus placuit eam utramque rem
curae fore senatui; adscribi autem 'propraetori L. Marcio'

9 Sulpicio A^{v}? *J. Perizonius*, *cf.* 25. 41. 12: pupio (*uel* puppio) $\pi B^{2}\theta$: *om.* *B* 10 ignominiae (*uel* -ie) C^{x} *per ras.* (-nia ē *C*?) M^{2} *uel* M^{7} *BDA*θ*ald.*: ignominia *PRM* 12 orae *Walters*: ora Πθ *ald. Frob.* 1. 2 decretae Π *ald. Frob.* 1. 2: decreta $A^{7}\theta$ Graecia *PR ut uid.*: graeci $\pi^{1}R^{x}\theta$ *ald.* Sicilia *Alschefski*: siculia *A*: siculi $\pi^{2}\theta$ (-cili *P*) *ald.* habebat *Walters*: habebant Πθ, *sc. ex corruptela praec. ortum* 13 uiginti (*i.e.* xx) π *ald.*: xxx *A*θ

2 2 auspicandorum *Madv. Em. p.* 370: auspiciatorum π: auspicatorum *A*θ *ald.* 4 propraetori A^{7} *in ras. ald.*: pro. pr. *P*: prop. r *C*: pro $\overline{\text{pr}}$ $R^{x}MB^{2}$: .pr *B*: pro populo. r. *D*; *cf. c.* 1. 7 *et* 27. 21. 6 *adn.*

non placuit, ne id ipsum quod consultationi reliquerant pro
praeiudicato ferret. Dimissis equitibus, de nulla re prius con- 5
sules rettulerunt, omniumque in unum sententiae congrue-
bant agendum cum tribunis plebis esse, primo quoque tem-
pore ad plebem ferrent quem cum imperio mitti placeret in
Hispaniam ad eum exercitum cui Cn. Scipio imperator prae-
fuisset. Ea res cum tribunis acta promulgataque est; sed 6
aliud certamen occupauerat animos.

C. Sempronius Blaesus die dicta Cn. Fuluium ob exercitum 7
in Apulia amissum in contionibus uexabat, multos impera-
tores temeritate atque inscitia exercitum in locum praecipi-
tem duxisse dictitans, neminem praeter Cn. Fuluium ante cor- 8
rupisse omnibus uitiis legiones suas quam proderet. itaque
uere dici posse prius eos perisse quam uiderent hostem, nec
ab Hannibale, sed ab imperatore suo uictos esse. neminem 9
cum suffragium ineat satis cernere cui imperium, cui exer-
citum permittat. quid interfuisse inter Ti. Sempronium ⟨et
Cn. Fuluium? Ti. Sempronium⟩ cum ei seruorum exercitus 10
datus esset breui effecisse disciplina atque imperio ut nemo
eorum generis ac sanguinis sui memor in acie esset ⟨sed⟩
praesidio sociis, hostibus terrori essent; Cumas Beneuen-
tum aliasque urbes eos uelut e faucibus Hannibalis ereptas
populo Romano restituisse: Cn. Fuluium Quiritium Roma- 11
norum exercitum, honeste genitos, liberaliter educatos, ser-

5 Dimissis *C^4M^1BDA.ald.* : dimissi π, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* 6 promulgataque πR^x *per ras.* (-taquae *R*) *J* : promulgata *K* 7 Blaesus *C^4A^v? Sigonius*, *cf.* 27. 6. 1 *adn.* : blesus θ : plaesus (*uel* ple-) Π multos *M^1A^v? Gron.* : multo π : multa *C^4BDAθ ald.* (imperatoris *ald.* : -rem *Frob.* 1) duxisse *Luchs* 1879 : praeduxisse π (*sc.* prae- *ex uoce praecedente repetito*, *cf.* 27. 44. 1 *adn.*) : produxisse B^2 (-sse et *B*) : p̱ eduxisse *C* : eduxisse C^4 : perduxisse *M^2 uel M^7 ald. Luchs* 1889, *non male*, *cf.* 22. 2. 1 *adn. et* 27. 50. 9 10 et Cn. Fuluium? Ti. Sempronium *Madv. Em. p.* 370, *cf. c.* 6. 16 *adn.* : *ignorant* Πθ : *praebent* hunc et *post* inter *A^vald.* ac (sanguinis) πB^2 *Aldus* : aut *B?D Aθ Edd. ante Ald.* esset sed *scripsimus Waltersio monente*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* : esset Πθ *Madv.* 1882 : set *Madv. olim Em. p.* 371 Beneuentum *P^x per ras. CM^3 uel M^7B^2θ* : beneuolentum π

uilibus uitiis imbuisse. ergo effecisse ut feroces et inquieti
inter socios, ignaui et imbelles inter hostes essent, nec im-
petum modo Poenorum sed ne clamorem quidem sustinere
12 possent. nec hercule mirum esse ⟨cessisse⟩ milites in acie
13 cum primus omnium imperator fugeret: magis mirari se
aliquos stantes cecidisse et non omnes comites Cn. Fului
fuisse pauoris ac fugae. C. Flaminium, L. Paulum, L.
Postumium, Cn. ac P. Scipiones cadere in acie maluisse
14 quam deserere circumuentos exercitus: Cn. Fuluium prope
unum nuntium deleti exercitus Romam redisse. facinus in-
dignum esse Cannensem exercitum quod ex acie fugerit in
Siciliam deportatum ne prius inde dimittatur quam hostis ex
Italia decesserit et hoc idem in Cn. Fului legionibus nuper
15 decretum, Cn. Fuluio fugam ex proelio ipsius temeritate com-
misso impunitam esse et eum in ganea lustrisque ubi iuuen-
16 tam egerit senectutem acturum, milites qui nihil aliud
peccauerint quam quod imperatoris similes fuerint relegatos
prope in exsilium ignominiosam pati militiam; adeo imparem
libertatem Romae diti ac pauperi, honorato atque inhono-
rato esse.

3 Reus ab se culpam in milites transferebat: eos ferociter
pugnam poscentes, productos in aciem non eo quo uolue-
rint, quia serum diei fuerit, sed postero die, et tempore et loco
aequo instructos, seu famam seu uim hostium non sustinuisse.
2 cum effuse omnes fugerent, se quoque turba ablatum, ut
3 Varronem Cannensi pugna, ut multos alios imperatores. qui

11 ut feroces C^4M^3D : ut et feroces $A^7\theta$*ald.* : et feroces π (*sc.* et *praesumpto*) 12 esse cessisse *Alschefski* (cessisse *Gron.*) : esse Π*J* : fugisse (mil. ex acie) *K*; *post* in acie *add.* fugisse A^x, non stetisse *ald.* 13 exercitus π : hostibus suos exercitus *A*θ (h. ex. suos *K*, *cf.* 27. 34. 3 *adn.*) *Edd. ante Gron.* 14 in Siciliam Πθ : ita in Siciliam *Alan* decesserit πB^2*Aldus* : discesserit $BA^1\theta$ *Edd. ante Ald.* : demittatur uel discesserit *A* 16 imperatoris *CBA*θ : imperatoreis *P ut uid.* (*cf. e.g. c.* 1. 4 *adn.*) : imperatores π^x (-ri M^1)

3 1 aequo *Frob. 2* : aeq' *P* : aeq : *M* : aequę *CR* : eque *DA*θ : aeque *B.ald.* instructos *K.ald.* : instructo Π*J* 2 fugerent $A^7\theta$*ald.* : fugerunt Π, *cf.* 22. 36. 3 *adn.* 3 qui π : quid $M^3BDA\theta$*ald.* *probante Madv.* (*Praef. ed.* 3)

autem solum se restantem prodesse rei publicae, nisi si mors
sua remedio publicis cladibus futura esset, potuisse? non 4
se inopia commeatus [non] in loca iniqua incaute deductum,
non agmine inexplorato euntem insidiis circumuentum: ui
aperta armis acie uictum. nec suorum animos nec hostium
in potestate habuisse: suum cuique ingenium audaciam aut
pauorem facere. Bis est accusatus pecuniaque anquisitum. 5
Tertio testibus datis cum, praeterquam quod omnibus pro-
bris onerabatur, iurati permulti dicerent fugae pauorisque
initium a praetore ortum, ab eo desertos milites cum haud 6
uanum timorem ducis crederent terga dedisse, tanta ira ac-
censa est ut capite anquirendum contio succlamaret. De eo 7
quoque nouum certamen ortum; nam cum bis pecunia an-
quisisset, tertio capitis se anquirere diceret, tribuni plebis 8
appellati collegae negarunt se in mora esse quo minus, quod
ei more maiorum permissum esset, seu legibus seu moribus
mallet, anquireret quoad uel capitis uel pecuniae iudicasset
priuato. Tum Sempronius perduellionis se iudicare Cn. 9
Fuluio dixit, diemque comitiis ab C. Calpurnio praetore
urbano petit. Inde alia spes ab reo temptata est, si adesse 10
in iudicio Q. Fuluius frater posset, florens tum et fama rerum

3 esset potuisse *Gron.*: esse potuisset Π*θ*, *qua lectione retenta post* reipublicae *add.* potuisse A^7 *Edd. ante Gron.* 4 commeatus $C^4A^7\theta$ (come- *J*): commentus Π(*A?*) *ante* in loca *praebent* non Π*θ ald.*: *recte secl. Doering*; *locum sic rescribere uoluit Duker* se non inopia commeatus non incaute in loca iniqua deductum *sed uerborum ordo uix placere potest*; *de* non *praesumpto cf.* 29. 5. 6 *adn.* non agmine inexplorato π*θ* (*om. D* agmine . . . . . armis): *secl.* agmine *Novák et H. J. Mueller, sed* inexplorato *aduerbium esse et* agmine *cum* euntem *haerere recte monet Weissenb.* circumuentum M^3(*qui et* ui *delet*) *BAθald.*: circum π (*om. D u. supra*) 6 ducis *Aldus*: uocis Π*θ*: necis *dett. tres*: *om. Berolinensis et Edd. ante Ald.* ira $CM^2B^2A\theta$: ita π ut Π *Aldus*: ut id $A^7\theta$ *Edd. ante Ald.* 8 quo minus (*uel coniunctim*) *BDAθ*: quod minus π (*delet uocem inseq.* quod M^1 *uel* M^2) more P^x *per ras. C et ut uid.* M^3 *uel* M^2 (*qui* -r- *tamen delet, non* -t-) *Aθ*: morte π 9 urbano *Madv.*: urb. π *cf.* 25. 1. 11 *et* 27. 22. 12 *adnn.*: urb' *AJ*: urb̄ *B*: urbis *DK.ald. Drak.* petit Π*θ*: petiit *H. J. Mueller, sed cf.* 27. 5. 9 *adn.* 10 in iudicio *Gron.*: m iudicio *P*: iudicio Π^1 *uel* $\Pi^2\theta$ *Edd. ante Gron.*

11 gestarum et propinqua spe Capuae potiundae. Id cum per
litteras miserabiliter pro fratris capite scriptas petisset Ful-
uius negassentque patres e re publica esse abscedi a Capua,
12 postquam dies comitiorum aderat, Cn. Fuluius exsulatum
Tarquinios abiit. Id ei iustum exsilium esse sciuit plebs.

4 Inter haec uis omnis belli uersa in Capuam erat; obside-
batur tamen acrius quam oppugnabatur, nec aut famem
tolerare seruitia ac plebs poterant aut mittere nuntios ad
2 Hannibalem per custodias tam artas. Inuentus est Numida
qui acceptis litteris euasurum se professus praestaret pro-
missum. Per media Romana castra nocte egressus spem
accendit Campanis dum aliquid uirium superesset ab omni
3 parte eruptionem temptandi. Ceterum in multis certamini-
bus equestria proelia ferme prospera faciebant, pedites supe-
rabantur; sed nequaquam tam laetum uincere quam triste
uinci ulla parte erat ab obsesso et prope expugnato hoste.
4 Inita tandem ratio est ut quod uiribus deerat arte aequaretur.
Ex omnibus legionibus electi sunt iuuenes maxime uigore ac
leuitate corporum ueloces; eis parmae breuiores quam
equestres et septena iacula quaternos longa pedes data, prae-
5 fixa ferro quale hastis uelitaribus inest. Eos singulos in equos
suos accipientes equites adsuefecerunt et uehi post sese et
6 desilire perniciter ubi datum signum esset. Postquam ad-
suetudine cotidiana satis intrepide fieri uisum est, in cam-

10 Capuae C^xM^1D (*hic* -ue) $A\theta$ (*sed* potiundae C. $A\theta$, *cf. c.* 5. 17 *adn.*): capua et π 12 esse sciuit *BDAJ*: esses quid π: sciuit *K*: *del.* C^2M^1 *uel* M^2: censuit M^x *in marg.*

4 1 erat π *ald.*: est $A\theta$: *delere uoluit ut uid.* M^1 *uel* M^2, *non male* acrius πB^2 *Sabellicus*: carius $A\theta$: artius *uir doctus in A, bene, nisi tam cito secuta esset uox* artas tam artas πA^v *ut s. l. ed. Par.* 1513 (arctas): tam archas *D*: armatas $A\theta$ *Edd. ante ed. Par.* 2 professus $M^1BDA\theta$: profectus π 3 pedites $\Pi\theta$: pedite *Gron. dubitanter et Madv., fort. recte* nequaquam P^x *per ras.* $M^1B^2A\theta$: nequaq. dā *PCR*: nequam quaedam R^2M: neq̄ quidam C^2: nequadam *B*: nequam *D* 5 post sese et M^3 *ald.*: post seset *PR*: post sese R^xMBDA: posse et $A^7\theta$ 6 Postquam $\Pi\theta$: postquam id *Koch*: id postquam *M. Mueller* fieri uisum est π: uisum est fieri $MA\theta$ *ald. Drak.*, *non male sed cf. c.* 5. 17 *adn.*

pum qui medius inter castra murumque erat aduersus
instructos Campanorum equites processerunt, et ubi ad 7
coniectum teli uentum est signo dato uelites desiliunt.
Pedestris inde acies ex equitatu repente in hostium equites
incurrit iaculaque cum impetu alia super alia emittunt; qui- 8
bus plurimis in equos uirosque passim coniectis permultos
uolnerauerunt; pauoris tamen plus ex re noua atque inopi-
nata iniectum est, et in perculsum hostem equites inuecti
fugam stragemque eorum usque ad portas fecerunt. Inde 9
equitatu quoque superior Romana res fuit; institutum ut 10
uelites in legionibus essent. Auctorem peditum equiti im-
miscendorum centurionem Q. Nauium ferunt honorique id
ei apud imperatorem fuisse.

Cum in hoc statu ad Capuam res essent, Hannibalem **5**
diuersum Tarentinae arcis potiundae Capuaeque retinendae
trahebant curae. Vicit tamen respectus Capuae in quam 2
omnium sociorum hostiumque conuersos uidebat animos,
documento futurae qualemcunque euentum defectio ab Ro-
manis habuisset. Igitur magna parte impedimentorum 3
relicta in Bruttiis et omni grauiore armatu, cum delectis
peditum equitumque quam poterat aptissimus ad maturan-
dum iter in Campaniam contendit; secuti tamen tam raptim
euntem tres et triginta elephanti. In ualle occulta post 4

8 atque π *ald.* : quam *Aθ dett. plerique* 9 res π *Drak.* : acies *Aθ Edd. ante Drak.* 10 fuit; institutum Πθ : fuit, et institutum *Ussing* : fuit, instituto *Wesenberg*, *frustra*; *uoces* institutum—essent *secl. Vielhaber, uix recte* Q. (*uel* quintum) P^x *per ras.* $M^1B^2A^7θ$: quiin π (*A?*) : quitum *BD* (-tam) ferunt π(*A?*)M^1 *Aldus* : fuerunt *RM* : tradunt $A^7θ$ *Edd. ante Ald.* (erant *Lov.* 2. 4 : narrant *Lov.* 3 : *dett. alii alia*) imperatorem Πθ : imperatores *Ruperti*

5 1 diuersum Πθ *quod si retines cf. Plaut. Merc.* 470 *et Sall. Iug.* 25. 6 : in diuersum C^1M^1*Harl. ald.*, *optime, cf. e.g.* 1. 28. 10; 25. 11. 20; 36. 10. 7; 38. 56. 1. *De* in *omisso cf. c.* 13. 7 *adn.* 3 armatu Π *Gron.* : armatura $C^2M^1A^7θ$ *Edd. ante Gron.*, *sane probabilius, sed lect. difficiliorem retinemus quamquam in* 33. 3. 10; 37. 40. 13; 37. 41. 3; 42. 55. 10 *arma potius quam armati commemorari uidentur* delectis πA^x *Aldus* : delectis exercitibus *Aθ dett. plerique et Edd. ante Ald.* aptissimus π(*fort.* -mos *M*)B^1(abpt- *B*)*J* : aptissimis M^1A^7K *dett. ald.*, *fort. recte* secuti M^3 *uel* $M^9BDAθ$: seuti π : sequuti C^2

Tifata, montem imminentem Capuae, consedit. Adueniens
cum castellum Calatiam praesidio ui pulso cepisset, in
5 circumsedentes Capuam se uertit, praemissisque nuntiis
Capuam quo tempore castra Romana adgressurus esset ut
eodem et illi ad eruptionem parati portis omnibus se effun-
6 derent, ingentem praebuit terrorem ; nam alia parte ipse ad-
ortus est, alia Campani omnes, equites peditesque, et cum iis
Punicum praesidium cui Bostar et Hanno praeerant erupit.
7 Romani ut in re trepida, ne ad unam concurrendo partem
aliquid indefensi relinquerent, ita inter sese copias partiti
8 sunt : Ap. Claudius Campanis, Fuluius Hannibali est oppo-
situs ; C. Nero propraetor cum equitibus sex legionum uia
quae Suessulam fert, C. Fuluius Flaccus legatus cum sociali
9 equitatu constitit e regione Volturni amnis. Proelium non
solito modo clamore ac tumultu est coeptum ; sed ad alium
uirorum equorum armorumque sonum disposita in muris
Campanorum imbellis multitudo tantum cum aeris crepitu
qualis in defectu lunae silenti nocte cieri solet edidit clamo-
10 rem ut auerteret etiam pugnantium animos. Campanos
facile a uallo Appius arcebat : maior uis ab altera parte
11 Fuluium Hannibal et Poeni urgebant. Legio ibi sexta loco
cessit ; qua pulsa, cohors Hispanorum cum tribus elephantis
usque ad uallum peruasit ; ruperatque mediam aciem Roma-
norum et in ancipiti spe ac periculo erat utrum in castra
12 perrumperet an intercluderetur a suis. Quem pauorem le-
gionis periculumque castrorum Fuluius ubi uidit, Q. Nauium

5 praemissisque *Crevier ex 'Victorino'* : praemissis (pre- *BD*) namque Πθ *Edd. ante Ald., fort.* nam *ex* § 6 *praesumpto, cf.* 29. 5. 6 *adn.* : praemissis ante *Aldus* sese *CM*[1]*BDA*θ : sesse *M* : esse *PR* : se *P*[2] 6 cum iis *PCRK* : cum his *R*[1]*MBDA* : cum hiis *J* 7 inter sese π : inter se *DA*θ*ald. Drak.* 8 Fuluius Πθ : Q. Fuluius *H. J. Mueller, uix necess.* 9 solito *C*[x] *M*[1]*B*[2]*A*θ : soluto π cieri π *Aldus* : scieri *D* : fieri *A*θ *Edd. ante Ald.* auerteret Πθ : aduerteret *Muretus 'e uet. lib.' Lov.* 5 10 a uallo *PC, cf.* 1. 27. 10 ; 5. 18. 12 ; 38. 33. 11 : uallo *RMBDA*[7], *cf. e.g.* 21. 57. 1 : in uallo *A Edd. ante Gron.* : in ualle θ 11 intercluderetur *M*[3]*A*[7]*K ed. Mediol.* 1505 : includeretur Π *Edd. ante ed. Mediol.* : intercludetur *J*

primoresque alios centurionum hortatur ut cohortem hostium
sub uallo pugnantem inuadant: in summo discrimine rem 13
uerti; aut uiam dandam iis esse—et minore conatu quam con-
densam aciem rupissent in castra inrupturos—aut conficiendos
sub uallo esse; nec magni certaminis rem fore; paucos esse 14
et ab suis interclusos; et quae dum paueat Romanus inter-
rupta acies uideatur, eam si se utrimque in hostem uertat
ancipiti pugna medios circumuenturam. Nauius ubi haec 15
imperatoris dicta accepit, secundi hastati signum ademptum
signifero in hostes infert, iacturum in medios eos minitans
ni se propere sequantur milites et partem capessant pugnae.
Ingens corpus erat et arma honestabant; et sublatum alte 16
signum conuerterat ad spectaculum ciues hostesque. Cete- 17
rum postquam iam ad signa peruenerat Hispanorum, tum
undique in eum tragulae coniectae et prope tota in unum
acies uersa; sed neque multitudo hostium neque telorum
uis arcere impetum eius uiri potuerunt.

Et M. Atilius legatus primi principis ex eadem legione **6**
signum inferre in cohortem Hispanorum coepit; et qui

12 primoresque *AJ*: prioresque π: praetoresque *K* hostium sub π (*sed in P* -um su- *partim erasum ut uid.*) *ald.*: hostium in *Aθ Lov.* 2. 3. 4. 5 inuadant Π *sed in P* -m inuad- *uix apparet*: inuaderet *J*: inuaderent *K* 13 rupissent *Crevier* (*ut in* § 11): in-(*uel* ir-)rupissent πA^{x}(-rump- *A*)*θald.*: erupissent *ed. Rom.* 1469: interrupissent *Luchs dubitanter*, *cf.* § 11, *sed* in- *ex uoce* inrupturos *praesumptum*, *cf.* § 5 *et* 29. 5. 6 *adn.* 14 Romanus *P* (*sed* -an . s) *Faërnus*: romanis *CRMBDAθ Edd. ante Drak.* (*unde* pauent *pro* paueat *Lipsius*): romanos M^{1} *ut s.l.*: romana *Gron.* (*adn.*) eam *PCR Gron.*, *nec non ante eum Lipsius et Faërnus apud Ursinum*: etiam R^{2}*MBDAθ Edd. ante Gron.* utrimque *PC*M^{1} *Faërnus ut supra*, *Gron.*: utrumque *RMBDAθ* (-unque *K*): in utrumque M^{9} 15 signifero Π A^{x} *ald.*: signiferis $A^{7}θ$ ni se π *Aldus*: nisi *AJ Edd. ante Ald.*: ni *K* 16 spectaculum $C^{2}A^{v}$ *uel* $A^{7}θ$: speculum Π, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* 17 uersa *C*M^{1}*BAθ*: uera *PRM*: uerra *D* multitudo hostium π: hostium multitudo *Aθald. Drak.*, *cf. in hoc libro cc.* 3. 10; 4. 6; 7. 10; 8. 1 *et* 2; 10. 9; 11. 2 *et* 6; 12. 4 *et* 17; 14. 5; 15. 13; 16. 13; 19. 5; 26. 4; 46. 5; 50. 6; *de mutatione ordinis in codd. AN cf. etiam* 29. 3. 10 *adn.*, *de mutatione in codd. θ cf.* 27. 37. 5 *adn.* potuerunt π *Aldus*: potuit *Aθ Edd. ante Ald.*

6 1 inferre *Ruperti*: inferni *P*: inferri $Π^{2}$*θald. Drak.*; *de* -ri *pro* -re *cf.* 27. 4. 13 *adn.* coepit *Ruperti*, *probante Madvigio qui exemplum contrarii erroris* 25. 35. 8 *citat*, *cui adde* 29. 29. 9: coegit Π*θald. Drak.*

castris praeerant, L. Porcius Licinus et T. Popillius legati, pro uallo acriter propugnant elephantosque transgredientes
2 in ipso uallo conficiunt. Quorum corporibus cum oppleta fossa esset, uelut aggere aut ponte iniecto transitum hostibus dedit; ibi per stragem iacentium elephantorum atrox edita
3 caedes. Altera in parte castrorum iam impulsi erant Campani Punicumque praesidium et sub ipsa porta Capuae quae
4 Volturnum fert pugnabatur; neque tam armati inrumpentibus Romanis resistebant quam porta ballistis scorpionibusque
5 instructa missilibus procul hostes arcebat. Et suppressit impetum Romanorum uolnus imperatoris Ap. Claudi, cui suos ante prima signa adhortanti sub laeuo umero summum pectus gaeso ictum est. Magna uis tamen hostium ante
6 portam est caesa, ceteri trepidi in urbem compulsi. Et Hannibal postquam cohortis Hispanorum stragem uidit summaque ui castra hostium defendi, omissa oppugnatione recipere signa et conuertere agmen peditum obiecto ab tergo
7 equitatu ne hostis instaret coepit. Legionum ardor ingens ad hostem insequendum fuit: Flaccus receptui cani iussit, satis ad utrumque profectum ratus ut et Campani quam haud multum in Hannibale praesidii esset, et ipse Hannibal
8 sentiret. Caesa eo die, qui huius pugnae auctores sunt,

1 Licinus (luc- *B*) π, *recte hic et in* 27. 6. 19 *sed perperam* -ius *in* 27. 46. 5: licinius *Aθ* propugnant π *Gron.*: pugnant A^x *Aldus*: pugnabant *Aθ*: propugnabant *Edd. ante Ald.* 2 per Πθ, *quod, ut in* 9. 13. 11, *Madvigio 'nihil esse' uidebatur sed defendi potest ut breuitate Liuiana* pluribus in locis in *significans* (*Angl.* 'all over'), *cf. e.g.* 1. 9. 9; 9. 13. 11; *Plaut. Cist.* 774; *Cic. ad Fam.* 1. 7. 6; *Plin.* 19. 94: super *Ussing, uix necess.* 4 tam A^7 *ut uid. ald.*: iam Πθ, *cf. e.g.* 27. 2. 8; 28. 6. 11; 30. 36. 10 *al.* resistebant $CR^1MBDA\theta$*ald.*: resistabant *PR*: restabant *Gron.* porta *Gron.*: quo porta $\pi A^7\theta$: quo *A*: quod porta A^x *Edd. uet.*: quam porta (*i.e. cum praec.* quamquam p.) M^2 5 gaeso (geso *K*) ictum θ *Aldus*: caeso ictum MA^7 *uel* A^v: caeso ictu π(*C?*): gesso ictum *Edd. ante Ald.*: cęsū ictu C^1 6 Hispanorum R^2MBD: spanorum *PR*: ispanorum *C* oppugnatione $CM^2BDA\theta$: oppugtione *PRM*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* 7 Flaccus π (-chus *B*) *Gron.*: sed flaccus *Aθald.* quam Π: quoniam (qm̄) θ 8 qui Πθ: quidam qui *Luchs* 1889, *non male* (*idem uel* alii qui *uel* plerique qui *minus bene*). *Ipse nescio an exciderit fort. linea* (*cf.* § 16) *qualis* quidam ex numero eorum: *Luchsium sequi malit Johnson nisi fort. codicibus obtemperandum est*

octo milia hominum de Hannibalis exercitu, tria ex Campanis tradunt, signaque Carthaginiensibus quindecim adempta, duodeuiginti Campanis.

Apud alios nequaquam tantam molem pugnae inueni 9
plusque pauoris quam certaminis fuisse, cum inopinato in castra Romana Numidae Hispanique cum elephantis inrupissent, elephanti per media castra uadentes stragem 10
tabernaculorum ingenti sonitu ac fugam abrumpentium uincula iumentorum facerent; fraudem quoque super tumultum 11
adiectam, immissis ab Hannibale qui habitu Italico gnari Latinae linguae iuberent consulum uerbis quoniam amissa castra essent pro se quemque militum in proximos montes fugere; sed eam celeriter cognitam fraudem oppressamque 12
magna caede hostium; elephantos igni e castris exactos.

Hoc ultimum, utcumque initum finitumque est, ante dedi- 13
tionem Capuae proelium fuit. Medix tuticus, qui summus magistratus apud Campanos est, eo anno Seppius Loesius erat, loco obscuro tenuique fortuna ortus. Matrem eius 14
quondam pro pupillo eo procurantem familiare ostentum cum respondisset haruspex summum quod esset imperium Capuae peruenturum ad eum puerum, nihil ad eam spem 15
adgnoscentem dixisse ferunt: 'Ne tu perditas res Campa-

9 inueni *P*: inueniri Π^2 *uel* Π^3: inuenio $A^7\theta$ *Edd. ante Gron.* 10 fugam Π: fuga M^3 *uel* $M^7\theta$ *Edd. ante Gron.* 11 immissis (inm- *sed cf. Praef.* § 30) M^1 *uel* M^3A^7*ald.*: inuissis *PCR*: inuisis R^xMBDAJ: iussis *K*: missus C^x qui habitu Italico gnari *Weissenb.*, *optime*: qui habuit alico gnari π (*sed* aliquo R^2M): itali qui gnari M^1: aliquibus gnaris (*ut uid.*) M^3 *uel* M^7 (*his retentis add.* qui *post* linguae M^7 *uel* M^{11}) A^v: qui habuit aliquem (-am *D*) gnarum (-ri *BD*) *BDA* (-rum *in ras.*) θ (ignarum) *Edd. ante Ald.*: qui (habuit aliquot) gnari (*sic*) *Aldus* 1521 *Frob.* 1. 2. *Drak.* (aliquos *pro* aliquot *Aldus* 1519) 13 utcumque M^1 *uel* $M^2BDA\theta$*ald.*: uicumque π: uictorieque C^4 initum $M^1A\theta$*ald.*: initium π (-ici- *D*) medix tuticus *Lipsius* (*qui et* qui—est *ut gloss. seclusit*), *Columna ad Enn. Annal.* viii, *cf.* 23. 35. 13 *et* 24. 19. 2: mediatuticus Π (*cf. c.* 37. 3 *adn.*): mediatutitus $A^7\theta$ 15 adgnoscentem (*sed* agn-) $C^4A\theta$*ald.*: adonoscentem *PCR* (adan- R^1): adagnoscentem R^2MBD (*cf. e.g.* 28. 27. 4 *adn.*) Ne (*sed* nae) tu *Berolinensis Edd. ad Ald.* 1519 *Lipsius*: noe tu *M*: no tu *PR*: noctu $CR^2BDA\theta$: tu C^x*Ald.* 1521 *Frob.* 1. 2: non tu M^7A^v?

norum narras, ubi summus honos ad filium meum perueniet.'
16 Ea ludificatio ueri et ipsa in uerum uertit; nam cum fame
ferroque urgerentur nec spes ulla superesset sisti ⟨posse iis
qui nati⟩ in spem honorum erant honores detractantibus,
17 Loesius querendo desertam ac proditam a primoribus
Capuam, summum magistratum ultimus omnium Campanorum cepit.

7 Ceterum Hannibal, ut nec hostes elici amplius ad pugnam uidit neque per castra eorum perrumpi ad Capuam
2 posse, ne suos quoque commeatus intercluderent noui consules, abscedere inrito incepto et mouere a Capua statuit
3 castra. Multa secum quonam inde ire pergeret uoluenti subiit animum impetus caput ipsum belli Romam petendi, cuius rei semper cupitae praetermissam occasionem post Cannensem pugnam et alii fremebant et ipse non dissimu-
4 labat: necopinato pauore ac tumultu non esse desperandum
5 aliquam partem urbis occupari posse, et si Roma in discrimine esset, Capuam extemplo omissuros aut ambo imperatores Romanos aut alterum ex iis; et si diuisissent copias, utrumque infirmiorem factum aut sibi aut Campanis bene

15 narras *π*A^v*?Aldus*: *om.* *A*θ: praedicas *Edd. ante Ald.*
16 sisti ⟨posse iis qui nati⟩ in spem *Alschefski, optime uestigiis editionis Colon.* 1525 *insistens*: sisti in spem Πθ (*sed* spe θ) *linea* xv *litt. ob* -ti | -ti *omissa*: sisti in speciem A^x*Edd. plerique ante Mog.*: iis qui in spem *ed. Mog.* 1518 *et Aldus*: iis qui nati in spem *ed. Colon.* 1525. *Per Alschefskii emendationem lacunae causa patet, cf.* 8. 37. 12 *adn. et Praef.* §§ 43–45. *Exempla in hoc tomo reperies* (*a*) *linearum in P omissarum a Sp restitutarum ad c.* 51. 8 *adn.*, (*b*) *ubi in Sp omissae lineae a P restitutae sunt ad* 28. 2. 16 *adn.*, (*c*) *ubi per coniecturam lineae ut hic siue ab aliis siue a nobis restituuntur ad* § 8 *supra et cc.* 9. 6; 12. 2; 13. 9 *et* 15; 15. 4; 17. 5; 18. 7; 21. 14; 22. 2; 25. 8; 27. 16; 29. 10; 38. 4 (?); 39. 22 *et* 23; 46. 1; 27. 27. 13; 27. 28. 13; 27. 48. 14; 27. 50. 1; 28. 3. 14; 28. 15. 9 (?); 28. 29. 12 (?); 28. 34. 9; 29. 26. 5; 30. 4. 5; 30. 7. 6; 30. 30. 21; 30. 36. 6; 30. 42. 4 erant Π*ald.*: erat A^7θ

7 2 abscedere $C^2RM^2BDA\theta$: abscendere PCR^2M 3 quonam A^7θ*Aldus*: quo iam ΠA^v*Edd. ante Ald.* *Quamquam pronominis color Liuium magis quam Hannibalem decere potest uideri, ideo tamen uocem* iam *uix hic scripturus erat ne quis* iam inde *pro* ex illo tempore *interpretaretur.* *De* nam *et* iam *confusis cf. c.* 49. 12; 29. 8. 9; 30. 19. 6
5 et si (Roma) $M^1A^7\theta$: ei si Π: si *ald.*

gerendae rei fortunam daturos esse. Vna ea cura angebat 6
ne ubi abscessisset extemplo dederentur Campani. Numidam promptum ad omnia audenda donis pellicit ut litteris
acceptis specie transfugae castra Romana ingressus, altera
parte clam Capuam peruadat. Litterae autem erant adhorta- 7
tione plenae: profectionem suam quae salutaris illis foret
abstracturam ad defendendam Romam ab oppugnanda
Capua duces atque exercitus Romanos; ne desponderent 8
animos; tolerando paucos dies totam soluturos obsidionem. Inde naues in flumine Volturno comprehensas subigi 9
ad id quod iam ante praesidii causa fecerat castellum iussit.
Quarum ubi tantam copiam esse ut una nocte traici posset 10
exercitus allatum est, cibariis decem dierum praeparatis
deductas nocte ad fluuium legiones ante lucem traiecit.

Id priusquam fieret ita futurum compertum ex transfugis 8
Fuluius Flaccus senatui Romam cum scripsisset, uarie animi
hominum pro cuiusque ingenio adfecti sunt. Vt in re tam 2
trepida senatu extemplo uocato, P. Cornelius cui Asinae
cognomen erat omnes duces exercitusque ex tota Italia,
neque Capuae neque ullius alterius rei memor, ad urbis
praesidium reuocabat. Fabius Maximus abscedi a Capua 3
terrerique et circumagi ad nutus comminationesque Hannibalis flagitiosum ducebat: qui ad Cannas uictor ire tamen 4

6 audenda M^1 *uel* $M^2DA\theta$*ald. Drak.*: audendaque π (-quę *C*): agenda audendaque *Alschefski, probante Luchsio* 1889 (subeunda audendaque *Weissenb.*: aud. subeundaque *Luchs* 1879: aud. agendaque *Wesenberg*) *fort. recte* (*cf. c.* 11. 12 *adn.*(*b*)), *sed et hic minus aptum uidetur esse additamentum et de* -que *in P insiticio cf. c.* 11. 12 *adn.* (*a*) 8 desponderent Π*Jald.*: deponerent M^7K *et ut s. l.* A^7J paucos $M^3BDA\theta$: pacem π 9 subigi ad id *Gron., luculenter* (*Puteani et Vallae uestigiis insistens*): ubi gladio π (-ios *C*: duci gladios C^4): duci gladio $BDA\theta$*Edd. ante Mog.*: duci ad id *Valla et ut uid.* A^v: duci Casilinum *ed. Mog.* 1518: duci Galatiam *Glareanus* 10 traici (-ieci *K*) $C^xM^3A\theta$ (exercitus traici posset $A\theta$, *cf. c.* 5. 17 *adn.*): et traici π (*i.e. post* noct- *litteris* -e t- *duplicatis*)

8 1 animi hominum π: hominum animi $A\theta$*ald. Drak., c. cf.* 5. 17 *adn.* 2 omnes duces exercitusque πA^x*Aldus*: exercitus omnesque duces $A\theta$*Edd. ante Ald., cf. adn. praec. et c.* 5. 17 *adn.* 3 ducebat Π: dicebat θ 4 ire $CM^1BDA\theta$: tyre *PRM*, *fort. littera* t- *ex uoce sq. praesumpta, cf.* 24. 3. 3 *et* 29. 5. 6 *adnn.*: yre P^x *per ras.*

ad urbem ausus non esset, eum a Capua repulsum spem
5 potiundae urbis Romae cepisse! non ad Romam obsiden-
dam, sed ad Capuae liberandam obsidionem ire. Romam
cum eo exercitu qui ad urbem esset Iouem foederum
ruptorum ab Hannibale testem deosque alios defensuros
6 esse. Has diuersas sententias media sententia P. Valeri
Flacci uicit, qui utriusque rei memor imperatoribus qui ad
Capuam essent scribendum censuit quid ad urbem praesidii
esset; quantas autem Hannibal copias duceret aut quanto
exercitu ad Capuam obsidendam opus esset, ipsos scire.
7 si ita Romam e ducibus alter et exercitus pars mitti posset, ut
8 ab reliquo et duce et exercitu Capua recte obsideretur, inter
se compararent Claudius Fuluiusque utri obsidenda Capua,
utri ad prohibendam obsidione patriam Romam ueniundum
9 esset. Hoc senatus consulto Capuam perlato Q. Fuluius
proconsul, cui collega ex uolnere aegro redeundum Romam
erat, e tribus exercitibus milite electo ad quindecim milia
10 peditum mille equites Volturnum traducit. Inde cum Hanni-
balem Latina uia iturum satis comperisset, ipse per Appiae
municipia quaeque propter eam uiam sunt, Setiam, Coram,
11 Lauinium praemisit ut commeatus paratos et in urbibus
haberent et ex agris deuiis in uiam proferrent, praesidiaque
in urbes contraherent ut sua cuique res publica in manu
esset.

5 ruptorum $CM^1BDA\theta$ (rumt- *PRM*) 6 *primum* qui P^x: quiqui π: quique C^2BD utriusque M^3(*uel* M^1 *secundo consilio*)$B^2A^7\theta$: utrisque π(*A?*): utrique M^1 (*primo*) esset (quantas) M^1BDAJ: esse π: *om.* quid ad . . . . esset *K* 7 si ita *Alschefski*: siet | a *P*: siet a *CR*: si et C^xR^1 *uel* $R^2MBDA\theta$*ald.* ob-(*uel* op-)sideretur $P^xC^3R^2M^1BDA\theta$: opsiderentur (obs- *M*) π, *cf.* 27. 17. 4 8 compararent πR^2A^v(camp- *PR*, -per- *D*)*ald.*: computarent $A\theta$
9 aegro redeundum *Walters*: aegro eundum C^2: egro *Aldus*: aegro digrediundum *Weissenb.*: aegrediundum *PR*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: aegreundum P^1: egrediundum (-end- θ) $CR^xMBDA\theta$*Edd. priores*: aegro gradiendum *ed. Par.* 1513 10 Setiam A^v *ed. Mog.* 1518: sed iam π: sed eiam C^2: seditam *AJ*: seducit *K* (oram *pro* coram $A\theta$) Lauinium Π: laminium θ: lanuuium *Cluuerius*, *fort. recte*, *sed propius erat uiae Appiae quam quod in numerum ipsorum 'Appiae municipiorum' non adscriberetur*

Hannibal quo die Volturnum est transgressus, haud procul 9
a flumine castra posuit: postero die praeter Cales in agrum 2
Sidicinum peruenit. Ibi diem unum populando moratus per
Suessanum Allifanumque et Casinatem agrum uia Latina
ducit. Sub Casino biduo statiua habita et passim popula-
tiones factae. Inde praeter Interamnam Aquinumque in 3
Fregellanum agrum ad Lirim fluuium uentum, ubi intercisum
pontem a Fregellanis morandi itineris causa inuenit. Et 4
Fuluium Volturnus tenuerat amnis, nauibus ab Hannibale
incensis, rates ad traiciendum exercitum in magna inopia
materiae aegre comparantem. Traiecto ratibus exercitu, reli- 5
quum Fuluio expeditum iter, non per urbes modo sed circa
uiam expositis benigne commeatibus, erat; alacresque milites
alius alium ut adderet gradum memor ad defendendam iri
patriam hortabantur. Romam Fregellanus nuntius diem 6
noctemque itinere continuato ingentem attulit terrorem.
Tumultuosius quam allatum erat ⟨uolgatum periculum dis-⟩
cursu hominum adfingentium uana auditis totam urbem
concitat. Ploratus mulierum non ex priuatis solum domibus 7
exaudiebatur, sed undique matronae in publicum effusae
circa deum delubra discurrunt crinibus passis aras uerrentes,

9 1 quo die $CM^{1}A^{7}$?*ald.* : quode π : quoque ut θ *ed. Rom.* 1472 *et ed. Parm.* 1480 2 Suessanum *Cluuerius recte* : suessulam Πθ (-as *K*) Casino *Ussing et olim Weissenb.* : casinum Πθ : casinum. ibi *Weissenb. postea* biduo Πθ : biduum *Wesenberg, sed cf. e.g. c.* 51. 3 *et Caes. B.C.* 1. 47. 3 5 iri *PCR J. Perizonius* : ire $R^{2}MDA\theta$*ald'. fort. recte* : irae *B* 6 nuntius $C^{x}A\theta$: nustius (nūst- *C*) π (*scil.* -nus- *ex uoce praec. repetitum*) *unde* Mustius *uel* Nostius *dubitanter coniecit Gron. ex Cic. Verr. Act. II.* i. 135 *et ad Fam.* 13. 46 ⟨uolgatum periculum dis⟩cursu *temptauimus Madvigii uestigiis insistentes et lineam archetypi praecedentem cum litteris* -uo- (-uosiusquam) *coepisse rati, cf. c.* 6. 16 *adn.* : cursu π *Edd. ante ed. Par.* 1513 : cursum *A* : cursus $A^{7}\theta$ *ed. Par.* 1513 *Drak.* : propagatum discursu *Madv.*; *locum castigauit Weissenb.* quam ⟨quod⟩ allatum erat cursus *scribendo, quem secutus H. J. Mueller* concursus *pro* cursus *scripsit probante Luchsio* 1889. concitat $M^{1}A^{7}$ *uel* A^{6} *ed. Mediol.* 1480 : conciliat Π*J Edd. priores* : conciuerat *K Aldus Drak.* (*in P* conciuat *legerat Salmasius*) : concitato *ut uid.* M^{x} (*sed* -o *in marg.*) 7 crinibus $P^{x}CM^{1}B^{x}DA\theta$: criminibus π, *cf.* 27. 20. 8 *adn.* passis PCR^{1} (-im *R*) MB^{x}*Aldus* : sparsis *BAθ Edd. ante Ald.* : parsis *D*

8 nixae genibus, supinas manus ad caelum ac deos tendentes
orantesque ut urbem Romanam e manibus hostium eriperent
matresque Romanas et liberos paruos inuiolatos seruarent.
9 Senatus magistratibus in foro praesto est si quid consulere
uelint. Alii accipiunt imperia disceduntque ad suas quisque
officiorum partes: alii offerunt se si quo usus operae sit.
Praesidia in arce, in Capitolio, in muris, circa urbem, in
10 monte etiam Albano atque arce Aefulana ponuntur. Inter
hunc tumultum Q. Fuluium proconsulem profectum cum
exercitu Capua adfertur; cui ne minueretur imperium si in
urbem uenisset, decernit senatus ut Q. Fuluio par cum
11 consulibus imperium esset. Hannibal, infestius perpopulato
agro Fregellano propter intercisos pontes, per Frusinatem
Ferentinatemque et Anagninum agrum in Labicanum uenit.
12 Inde Algido Tusculum petiit, nec receptus moenibus infra
Tusculum dextrorsus Gabios descendit. Inde in Pupiniam
exercitu demisso octo milia passuum ab Roma posuit castra.
13 Quo propius hostis accedebat, eo maior caedes fiebat fugien-
tium praecedentibus Numidis, pluresque omnium generum
atque aetatium capiebantur.

10 In hoc tumultu Fuluius Flaccus porta Capena cum exer-
citu Romam ingressus, media urbe per Carinas Esquilias
contendit; inde egressus inter Esquilinam Collinamque
2 portam posuit castra. Aediles plebis commeatum eo com-
portarunt; consules senatusque in castra uenerunt; ibi de
summa republica consultatum. Placuit consules circa por-
tas Collinam Esquilinamque ponere castra; C. Calpurnium

8 Romanam Π *J*: romam *K ed. Mediol.* 1480 *Edd. ad Iac. Gron.* 9 consulere $C^4A^7\theta$: consule *PCR*, *cf.* 24. 24. 9 *et* 27. 1. 11 *adnn.*: consules R^2MBDA 10 cum exercitu Capua πA^v*Aldus* (*hic* a Capua): a capua (*om. cet.*) *Aθ Edd. ante Ald.* 11 intercisos πA^7 *uel* A^6*Aldus*: incisos *Aθ Edd. ante Ald.* 13 propius M^1B^1 *Aθ*: proprius π, *cf.* 22. 42. 1 *adn.*

10 2 republica (*uel* rep̄) πB^x: re *C non male*: re prę *B*: rei publicae *Aθ Edd. ante Gron.* ponere $R^2MBDA\theta$: ponerent *PCR*, *cf.* 29. 2. 2 *adn.* (*de* -re *pro* -rent *cf. e.g.* 27. 9. 13)

praetorem urbanum Capitolio atque arci praeesse, et sena-
tum frequentem in foro contineri si quid in tam subitis rebus
consulto opus esset. Inter haec Hannibal ad Anienem 3
fluuium tria milia passuum ab urbe castra admouit. Ibi
statiuis positis ipse cum duobus milibus equitum ad portam
Collinam usque ad Herculis templum est progressus atque
unde proxime poterat moenia situmque urbis obequitans
contemplabatur. Id eum tam licenter atque otiose facere 4
Flacco indignum uisum est; itaque immisit equites sum-
mouerique atque in castra redigi hostium equitatum iussit.
Cum commissum proelium esset, consules transfugas Numi- 5
darum, qui tum in Auentino ad mille et ducenti erant, media
urbe transire Esquilias iusserunt, nullos aptiores inter con- 6
ualles tectaque hortorum et sepulcra et cauas undique uias
ad pugnandum futuros rati. Quos cum ex arce Capitolioque
cliuo Publicio in equis decurrentes quidam uidissent, captum
Auentinum conclamauerunt. Ea res tantum tumultum ac 7
fugam praebuit ut nisi castra Punica extra urbem fuissent,
effusura se omnis pauida multitudo fuerit: tunc in domos
atque in tecta refugiebant, uagosque in uiis suos pro hostibus
lapidibus telisque incessebant. Nec comprimi tumultus 8
aperirique error poterat refertis itineribus agrestium turba
pecorumque quae repentinus pauor in urbem compulerat.
Equestre proelium secundum fuit summotique hostes sunt. 9
Et quia multis locis comprimendi tumultus erant qui temere
oriebantur, placuit omnes qui dictatores consules censoresue

3 ad (ac *PD*) portam Collinam π*Aldus*: ac (a M^2) porta collinam *M*(*uel* -na *M*: -nā M^3): a porta collina *fort.* M^2 (*si* -nā *correctori* M^3 *adscribis*) *Aθ* (*sed* porta *post* collina *θ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.*) *Edd. ante Ald. Gron. Drak.* 5 ducenti (*sed* cc) Π, *cf.* 22. 41. 2 *et* 28. 34. 2 *adnn.*: ducentos *J Aldus*: trecentos *K* (ccc) *Edd. ante Ald.* 6 cauas πA^v *Sabellicus Aldus*: acuias *B*: uacuas B^2*Aθ* *Edd. ante Ald.* Publicio π^2 *uel* π^1: publico *PBDAθ Edd. ante Gron.* uidissent PCM^1B^x*Aθ*: uidisse et P^1 *uel* P^2RM: uidissent et *B*: uidisseret *D* 7 effusura A^6*θald.*: effusa πB^2: effusę *B* pro hostibus A^v*θald.*: hostibus Π *Lov.* 4 9 tumultus erant C^3M^1BD*.ald.*: tumultus erat π: erant tumultus *Aθ*, *cf. c.* 5. 17

fuissent cum imperio esse, donec recessisset a muris hostis.
10 Et diei quod reliquum fuit et nocte insequenti multi temere
excitati tumultus sunt compressique.

11 Postero die transgressus Anienem Hannibal in aciem
omnes copias eduxit; nec Flaccus consulesque certamen
2 detractauere. Instructis utrimque exercitibus in eius pugnae
casum in qua urbs Roma uictori praemium esset, imber
ingens grandine mixtus ita utramque aciem turbauit ut uix
armis retentis in castra sese receperint, nullius rei minore
3 quam hostium metu. Et postero die eodem loco acies in-
structas eadem tempestas diremit; ubi recepissent se in
4 castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. In
religionem ea res apud Poenos uersa est, auditaque uox
Hannibalis fertur potiundae sibi urbis Romae modo mentem
5 non dari, modo fortunam. Minuere etiam spem eius duae
aliae, parua magnaque, res, magna illa quod cum ipse ad
moenia urbis Romae armatus sederet milites sub uexillis in
6 supplementum Hispaniae profectos audiit, parua autem quod
per eos dies eum forte agrum in quo ipse castra haberet
uenisse nihil ob id deminuto pretio cognitum ex quodam
7 captiuo est. Id uero adeo superbum atque indignum
uisum eius soli quod ipse bello captum possideret haberetque
inuentum Romae emptorem ut extemplo uocato praecone
tabernas argentarias quae circa forum Romanum essent
iusserit uenire.

8 His motus ad Tutiam fluuium castra rettulit sex milia

10 excitati CM^1 *uel* $M^2BDA\theta$: exercitati *PRM*

11 2 Roma Π*ald.* : romana θ uictori (uictor *B*) praemium (*uel* pre-) πB^2 : praemium uictori $A\theta$*Edd. ante Ald.*, *cf.* § 6 *et c.* 5. 17 *adn.* 5 spem eius A^v *Valla ed. Par.* 1513 *marg. et ed. Mog.* 1518 : per meius π : per medius *M* (*ubi* -*supra* -u- *additum ab* M^x, *mox erasum*) : per melius $A\theta$ *Edd. uet.* : *om. D* duae (*i.e.* ii) aliae *Madv. Em. p.* 373, *cf. c.* 51. 2 *adn.* : et aliae Πθ, *sed* -s et *totum delet* M^1 (*fort. et* M^3) parua magnaque *M*, *Gronouium confirmans* : paruae magnaque πM^1 : paruae magnaeque (*uel* -ue -neq.) $M^2A\theta$ *Edd. ante Gron.* 6 per eos *K Edd. uet.* : eos Π*J* castra haberet π : haberet castra $A\theta$, *cf.* § 2 *et c.* 5. 17 *adn.*

passuum ab urbe. Inde ad lucum Feroniae pergit ire, templum ea tempestate inclutum diuitiis. Capenates aliique 9
qui accolae eius erant primitias frugum eo donaque alia pro copia portantes multo auro argentoque id exornatum habebant. Iis omnibus donis tum spoliatum templum; aeris acerui cum rudera milites religione inducti iacerent post profectionem Hannibalis magni inuenti. —Huius populatio 10
templi haud dubia inter scriptores est. Coelius Romam euntem ab Ereto deuertisse eo Hannibalem tradit, iterque eius ab Reate Cutiliisque et ab Amiterno orditur: ex Cam- 11
pania in Samnium, inde in Paelignos peruenisse, praeterque oppidum Sulmonem in Marrucinos transisse; inde Albensi agro in Marsos, hinc Amiternum Forulosque uicum uenisse. Neque ibi error est quod tanti ⟨ducis tanti⟩que exercitus 12
uestigia intra tam breuis aeui memoriam potuerint confundi

8 templum Πθ : et templum *Weissenb.* (*olim*), *ignarus* (*ut uid.*) *quid sit templum* inclutum *P* : inclytum $P^3CRA?K$: inclitum $MBDA^7J$, *cf.* 1. 7. 12 *et* 1. 56. 5 9 aliique qui '*Colbertinus*' *a Douiatio citatus, Gron.* : alique π : aliquę R^2M : aliiquę *C* : aliqui $B^2θ$ *Edd. uet. et Drak.* : qui *Cluuerius* 10 populatio Πθ : spoliatio *Woelfflin sed cf. cum Weissenb. e.g. Cic. Verr. Act. II.* 1. 48 ab Ereto *Sabellicus* : ab freto *PC*: ac freto *RMBDAθ* deuertisse $πA^6$: diuertisse *Aθ* Cutiliisque *Glareanus*, *cf. It. Dial. p.* 365 : cupiliisque πθ : pili isque *C* (*sed* tradit . . . . cu- *om.*) 11 in Marrucinos $πA^v$*Aldus* (martianos *in* marrucinos *correxerat iam Sabellicus*) : instituit in martianos (inst. in martinos *A*) A^7 *uel* $A^6θ$ *Edd. uetustissimi* transisse π*ald.* : transisset *A* : transire θ 12 tanti ⟨ducis tanti⟩que *Weissenb.*, *cf.* 21. 60. 4 *adn.* (*b*) : tantique π : tanti C^xM^1 *uel* $M^5Aθ$, *minus bene*, *quamquam cf.* 21. 60. 4 *adn.* (*a*). *Exempla in hoc tomo reperies* (*a*) *ubi* -que *in codd. insiticium est in cc.* 7. 6; 19. 14; 41. 20; 27. 4. 5; 27. 28. 8; 27. 45. 8; 28. 7. 17; 28. 18. 7; 29 18. 14 (*cf. etiam de* et *insiticio* 27. 4. 12 *adn.*): (*b*) *ubi* (*ut hic*) -que *signum est uocis deperditae in cc.* 13. 9; 24. 2; 47. 6 *et* 9; 49. 13; 27. 3. 9; 27. 10. 2; 27. 12. 16; 27. 13. 13; 27. 46. 11; 28. 12. 13; 28. 15. 1; 28. 26. 6; 29. 18. 7; 29. 20. 10; 29. 22. 4; 29. 24. 7 *et* 10; 29. 35. 5 *et* 6 : (*c*) *copulae* -que *uel* et *deperditae in cc.* 19. 2 *et* 11; 30. 12; 35. 8; 44. 8; 46. 4 ? *et* 5; 50. 13; 27. 5. 1; 27. 20 6; 27. 25. 7; 27. 35. 10; 27. 45. 7; 27. 51. 8 *et* 10; 28. 2. 7; 28. 11. 9; 28. 13. 10; 28. 19. 9; 28. 32. 7; 29. 2. 2 *et* 17; 30. 13. 2; 30. 21. 5; 30. 34. 8; 30. 40. 1 : (*d*) *asyndeti Liuiani in* 27. 16. 6 breuis aeui P^xBD (*sed* eui *B* : seui *D*) : breui uisae ui πθ (*de syllabis repetitis cf.* 27. 44. 1 *adn.*) : breui uia C^4 : breui uisa aeui M^7

13 —isse enim ea constat— : tantum id interest ueneritne eo
itinere ad urbem an ab urbe in Campaniam redierit.

12 Ceterum non quantum Romanis pertinaciae ad premen-
dam obsidione Capuam fuit, tantum ad defendendam
2 Hannibali. Namque ⟨per Samnium Apuliamque⟩ et
Lucanos in Bruttium agrum ad fretum ac Regium eo cursu
contendit ut prope repentino aduentu incautos oppresserit.
3 Capua etsi nihilo segnius obsessa per eos dies fuerat, tamen
aduentum Flacci sensit, et admiratio orta est non simul
4 regressum Hannibalem. Inde per conloquia intellexerunt
relictos se desertosque et spem Capuae retinendae deplora-
5 tam apud Poenos esse. Accessit edictum proconsulum ex
senatus consulto propositum uolgatumque apud hostes ut
qui ciuis Campanus ante certam diem transisset sine fraude
6 esset. Nec ulla facta est transitio, metu magis eos quam
fide continente quia maiora in defectione deliquerant quam
7 quibus ignosci posset. Ceterum quemadmodum nemo
priuato consilio ad hostem transibat, ita nihil salutare in
8 medium consulebatur. Nobilitas rem publicam deseruerat,
neque in senatum cogi poterant ; in magistratu erat qui non

12 1 Romanis] *hic* Π : *post* Capuam *A* (*retento tamen* romanis *in priore loco quod delet* A^x) *θald. Drak.*, *cf.* § 4 *et c.* 5. 17 *adn.* 2 per Samnium Apuliamque *Luchs* (per Samnium *iam Weissenb.*), *cf. Polyb.* 9. 7. 10 : *ignorant* Π*θ Edd. uet.*, *linea xx litt. ob* -amque | -amque *omissa*, *cf. c.* 6. 16 *adn.* et Lucanos in Π*J Edd. ad Ald.* : in lucanos et *K* : ex lucanis in *Aldus* 1521 Regium C^x *per ras.* A^x *Lov. 4 ald.* : regiis π, *cf.* 27. 17. 1 *adn.* : regii *Aθ dett. plerique* eo cursu π*Aldus* : se occursu *AJdett.* (hoc cursu v eo ?A^5) : se cursu *K* : tanto cursu *Valla Edd. ante Ald.* 3 obsessa *Lipsius* : oppressa Π*θ*, *cf.* 30. 7. 4 *et Periocham LVII ad fin.* dies C^4M^1(*uix* M^3)*BAθ* : di π : *om. D* 4 apud Poenos (*uel* pen-) esse πR^1 (aput *R*) *ald.* : esse apud poenos (*uel* pen-) *Aθ*, *cf.* § 1 *et c.* 5. 17 *adn.* 5 proconsulum *Cod. Berolinensis*, *cf. c.* 14. 6 : procōs π (-co^{s}s *A*) : procons̄ *BJ* : proconsulis A^v*K.ald.* certam Π*ald.*, *cf.* 27. 16. 16 *adn.* : certum *θ* 6 fide $C^4M^1A^x$ *in ras. θald.* : fine Π(*A ?*) 7 consulebatur *Aθald.* : constitebatur π : constituebatur CB^2 : consistebatur *D* : confitebatur M^4 : conferebatur A^6 8 deseruerat M^1 *uel* M^3*Aθald.* (*cum* poterat *ald.*) *Drak. Madv.* : deseruerant π, *fort. recte*, *sed cf.* 5. 29. 4 *adn.* erat π : haud erat *A* : autem erat A^5*θald.*

sibi honorem adiecisset, sed indignitate sua uim ac ius
magistratui quem gerebat dempsisset. Iam ne in foro 9
quidem aut publico loco principum quisquam apparebat;
domibus inclusi patriae occasum cum suo exitio in dies
exspectabant.

Summa curae omnis in Bostarem Hannonemque, praefec- 10
tos praesidii Punici, uersa erat, suo non sociorum periculo
sollicitos. Ii conscriptis ad Hannibalem litteris non libere 11
modo, sed etiam aspere, quibus non Capuam solam traditam
in manum hostibus, sed se quoque et praesidium in omnes
cruciatus proditos incusabant: abisse eum in Bruttios uelut 12
auertentem sese ne Capua in oculis eius caperetur. at hercule
Romanos ne oppugnatione quidem urbis Romanae abstrahi
a Capua obsidenda potuisse; tanto constantiorem inimicum 13
Romanum quam amicum Poenum esse. si redeat Capuam
bellumque omne eo uertat, et se et Campanos paratos
eruptioni fore. non cum Reginis neque Tarentinis bellum 14
gesturos transisse Alpes: ubi Romanae legiones sint, ibi et
Carthaginiensium exercitus debere esse. sic ad Cannas, sic
ad Trasumennum rem bene gestam, coeundo conferundoque
cum hoste castra, fortunam temptando. In hanc senten- 15
tiam litterae conscriptae Numidis, proposita mercede eam
professis operam, dantur. Ii specie transfugarum cum ad
Flaccum in castra uenissent ut inde tempore capto abirent,
famesque quae tam diu Capuae erat nulli non probabilem

10 summa curae *Aθald.*: summae curae (*uel* -me -re) π: summa cura C^3M^3 (*uix* M^1) praefectos $M^2BDA\theta$: praefecto π, *cf.* § 16 *et* 27. 17. 12 *adn.* 11 quibus Πθ: *delere uoluit Doering, sed anacoluthon facile ferri potest* (*in* § 15 *exspectandum erat* Numidas cum his litt. dimittunt) solam Π *Luchs* 1889: solum *θald. Luchs* 1879 hostibus Π*Aldus*: hostium $A^7\theta$ *Edd. ante Ald.* se quoque et A^7 *θald.*: ne quoque π: omne quoque *C*: eius quoque M^2 12 sese π*Aldus*: se *Aθ Edd. ante Ald.* 14 exercitus Π*ald.*: exercitum *θ, fort. recte, cf.* 27. 17. 1 15 eam *Duker, cf. cum Gron.* 1. 39. 2: iam Πθ capto Π *dett. plerique Gron.*: captato *θald.*: capuam *Lov.* 1 famesque quae $M^1B^2A\theta$ (*uel* -q'que): fames quaeque (*uel* queque) π tam diu Π*θald.*: iam diu *Sigonius, haud necess.*

16 causam transitionis faceret, mulier repente Campana in castra
uenit, scortum transfugarum unius, indicatque imperatori
Romano Numidas fraude composita transisse litterasque ad
17 Hannibalem ferre: id unum ex iis qui sibi rem aperuisset
arguere sese paratam esse. Productus primo satis con-
stanter ignorare se mulierem simulabat: paulatim dein con-
uictus ueris cum tormenta posci et parari uideret, fassus id
18 ita esse litteraeque prolatae. Additum etiam indicio quod
celabatur et alios specie transfugarum Numidas uagari in
19 castris Romanis. Ii supra septuaginta comprensi et cum
transfugis nouis mulcati uirgis manibusque praecisis Capuam
rediguntur.

13 Conspectum tam triste supplicium fregit animos Cam-
panorum. Concursus ad curiam populi factus coegit
Loesium senatum uocare; et primoribus qui iam diu publicis
consiliis aberant propalam minabantur nisi uenirent in
senatum circa domos eorum ituros se et in publicum omnes
ui extracturos esse. Is timor frequentem senatum magi-
2 stratui praebuit. Ibi cum ceteri de legatis mittendis ad
imperatores Romanos agerent, Vibius Virrius, qui defectionis
3 auctor ab Romanis fuerat, interrogatus sententiam, negat eos
qui de legatis et de pace ac deditione loquantur meminisse
nec quid facturi fuerint si Romanos in potestate habuissent
4 nec quid ipsis patiendum sit. 'Quid? uos' inquit 'eam

16 Numidas *C*, *Frob.* 1. 2: numida *PRM*, *cf.* § 10 *et* 27. 17. 12 *adn.*: numidam *M*^{2}*BDAθald.* 17 ignorare se mulierem *πAldus*: se mulierem ignorare *Aθ Edd. ante Ald.*, *cf. c.* 5. 17 *adn.* dein Π, *Iac. Gron.*: deinde *A*^{7}*θald.*, *cf.* 27. 32. 4 *et* 29. 3. 9 *adnn.* fassus *πB*^{2}*θ* (*om. B* conuictus . . . esse): falsus *D*: fassus est *Madv.*, *fort. recte*
18 Additum *Duker*: et additum Π*θ* (*cf.* 27. 4. 12 *adn.*): sunt. Additum *olim temptabam* 19 comprensi *π*, *cf. c.* 27. 7 *adn.*: comprehensi *CDAθ* mulcati *Lipsius*: multati *π* (-ctati *Dθ*), *cf.* 28. 30. 12
13 2 agerent *CR*^{2}*MBDAθ*: egerent *PR* Vibius, *cf.* 23. 6. 1 (*ubi* ubius *P*) *et It. Dial. p.* 158 (*in Campanis inscc. praenomen frequentissimum inter quas una* (106) *hunc ipsum uirum uel maiorum eius aliquem uidetur nominare*): uiuius (*hic*, *et* uiuium *in c.* 14. 3) Π*J Edd. uet. plerique*: subius *K* (*et* subium *in c.* 14. 3)

deditionem fore censetis qua quondam, ut aduersus Sam-
nites auxilium impetraremus, nos nostraque omnia Romanis
dedidimus? Iam e memoria excessit, quo tempore et in qua 5
fortuna a populo Romano defecerimus? iam, quemadmodum
in defectione praesidium, quod poterat emitti, per cruciatum
et ad contumeliam necarimus? quotiens in obsidentes, quam 6
inimice eruperimus, castra oppugnarimus, Hannibalem
uocauerimus ad opprimendos eos? hoc quod recentissimum
est, ad oppugnandam Romam hinc eum miserimus? Age 7
contra, quae illi infeste in nos fecerint repetite, ut ex eo quid
speretis habeatis. Cum hostis alienigena in Italia esset et
Hannibal hostis et cuncta bello arderent, omissis omnibus,
omisso ipso Hannibale, ambo consules et duo consulares
exercitus ad Capuam oppugnandam miserunt. Alterum 8
annum circumuallatos inclusosque nos fame macerant, et
ipsi nobiscum ultima pericula et grauissimos labores perpessi,
circa uallum ac fossas saepe trucidati ac prope ad extremum
castris exuti. Sed omitto haec—uetus atque usitata res est in 9
oppugnanda hostium urbe labores ac pericula pati—: illud
irae atque odii ⟨inexpiabilis⟩ exsecrabilisque indicium est.
Hannibal ingentibus copiis peditum equitumque castra 10
oppugnauit et ex parte cepit: tanto periculo nihil moti sunt

4 dedidimus *Modius*: dedimus Πθ*ald.*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* 5 a populo Romano (*sed* p̅r̅) Πθ: populi Romani *Alan* 6 hoc Πθ: ac *Doering* 7 contra, quae *BDA*θ*ald.*: qua contraq. π: contra quę *C*: quae contra C^2 in (Italia) $C^2M^2A^7$θ*ald.*: *om.* Π, *cf. cc.* 5. 1 (?); 22. 9; 47. 7; 27. 2. 4; 27. 4. 6; 27. 5. 4; 27. 15. 4; 27. 18. 2; 27. 36. 1; 28. 1. 3; 28. 39. 9; 30. 11. 6; 30. 34. 8; 30. 39. 2. *Contra de* in *in P addito cf.* 27. 8. 7 *adn.* ambo . . . duo π *Gron.*, *uide Neue-Wagener* II, *pp.* 279 *sqq. et cf. e.g.* 25. 6. 5 *et huius libri cc* 7. 5, 26. 11; *et* 27. 27. 7; 29. 30. 12; 30. 14. 3; 30. 17. 13: ambos . . . duos *A*θ*ald.* 8 et (grauissimos) *C*: e *P*: *om. RMBDA*θ*ald.*, *optime*, *cf.* 27. 16. 6 *adn.*, *sed hic copulam testatur P*, *cf. e.g. c.* 3. 10 *adn.*: ac *Gron.* fossas *A*θ (*add.* ac fossas *in marg. K*) *ald.*: fossa *PCR*, *cf. c.* 12. 16 *et* 27. 17. 12 *adn.*: fossam C^4R^2MBD ac prope *C*: ae prope *PR*: et prope R^2MBDAθ*ald.* 9 ⟨inexpiabilis⟩ exsecrabilisque *Alschefski*, *cf. c.* 11. 12 *adn.* (*b*): execrabilisque (*uel* exs-) Π: execrabilis (*uel* exs-) C^2M^1 *uel* M^2θ*ald.*, *fort. recte*, *cf. c.* 11. 12 *adn* (*a*)

ab obsidione. Profectus trans Volturnum perussit Calenum
11 agrum: nihil tanta sociorum clade auocati sunt. Ad ipsam
urbem Romam infesta signa ferri iussit: eam quoque tem-
pestatem imminentem spreuerunt. Transgressus Anienem
tria milia passuum ab urbe castra posuit, postremo ad
moenia ipsa et ad portas accessit; Romam se adempturum
eis, nisi omitterent Capuam, ostendit: non omiserunt.
12 Feras bestias caeco impetu ac rabie concitatas, si ad cubilia
et catulos earum ire pergas, ad opem suis ferendam auertas:
13 Romanos Roma circumsessa coniuges, liberi, quorum
ploratus hinc prope exaudiebantur, arae foci deum delubra
sepulcra maiorum temerata ac uiolata a Capua non auer-
terunt; tanta auiditas supplicii expetendi, tanta sanguinis
14 nostri hauriendi est sitis. Nec iniuria forsitan; nos quoque
idem fecissemus, si data fortuna esset. Itaque quoniam
aliter dis immortalibus est uisum, cum mortem ne recusare
quidem debeam, cruciatus contumeliasque quas parat hostis
dum liber, dum mei potens sum, effugere morte praeter-
15 quam honesta, etiam leni possum. Non uidebo Ap.
Claudium et Q. Fuluium uictoria insolenti subnixos, neque
uinctus per urbem Romanam triumphi spectaculum trahar,
ut deinde †in carcerem† aut ad palum deligatus, lacerato

11 Anienem *D.ald. Drak.*: anienem amnem πM^2 (aniem amnem *M*): amnem anienem θ; *cod. D sequimur quia* (i) *in c.* 11. 1 amnem *pro* anienem *praebent* θ, (ii) *in c.* 10. 3 Anio *uocatur* fluuius *solito Latino more* (*aliud est e.g. Padus amnis*), (iii) *uariatus ordo in hoc loco testis est glossematis*, *cf.* 27. 34. 3 *adn. et Praef. Liui* § 5
14 idem Π*ald.*: ipsum θ quas parat M^1A^x (*an* A^v?): qua sperat π: quas sperat $C^4BDA\theta$*ald. Drak.* 15 et Q. $C^xM^1B^xA\theta$*ald.*: eq. *PRM* (eq:): etquę *C*: etque *B*: esse Q. *D* †in carcerem† Πθ (*sed* -carem *PRM*: -cerem M^1) *ald.*: in carcere A^x *Frob.* 2. *Drak. Madv.* (*sed hic* in c. ad palum, *om.* aut): *post* in carcerem *add.* condar *Alschefski*, conditus expirem *Heraeus*: *post* in carcere *add.* enecer *Fabri*, expirem *M. Mueller*: *ipse lineam excidisse suspicatus* (*cf. c.* 6. 16 *adn.*) in carcere m⟨anibus carnuficis expirem⟩ *temptaui*: *Madvigium sequi malit Johnson* (*cf. de* -m *addito c.* 40. 11 *adn.*) *unum supplicium memorari ratus*, *u. adn. sq.* *Vide etiam Addenda* aut ad A^x(*an* A^v?)θ*ald.*: aut Π: ad *Madv. Em. p.* 373, *quod probat Johnson qui* 22. 28. 11 (aut crescente *pro* accrescente) *citat*

uirgis tergo, ceruicem securi Romanae subiciam; nec dirui
incendique patriam uidebo, nec rapi ad stuprum matres
Campanas uirginesque et ingenuos pueros. Albam unde 16
ipsi oriundi erant a fundamentis proruerunt, ne stirpis, ne
memoria originum suarum exstaret: nedum eos Capuae
parsuros credam, cui infestiores quam Carthagini sunt.
Itaque quibus uestrum ante fato cedere quam haec tot tam 17
acerba uideant in animo est, iis apud me hodie epulae in-
structae parataeque sunt. Satiatis uino ciboque poculum 18
idem quod mihi datum fuerit circumferetur; ea potio corpus
a cruciatu, animum a contumeliis, oculos aures a uidendis
audiendisque omnibus acerbis indignisque quae manent
uictos uindicabit. Parati erunt qui magno rogo in propatulo
aedium accenso corpora exanima iniciant. Haec una uia 19
et honesta et libera ad mortem. Et ipsi uirtutem mirabun-
tur hostes et Hannibal fortes socios sciet ab se desertos ac
proditos esse.'

Hanc orationem Virri plures cum adsensu audierunt quam **14**
forti animo id quod probabant exsequi potuerunt. Maior 2
pars senatus, multis saepe bellis expertam populi Romani
clementiam haud diffidentes sibi quoque placabilem fore,
legatos ad dedendam Romanis Capuam decreuerunt mise-
runtque. Vibium Virrium septem et uiginti ferme senatores 3
domum secuti sunt, epulatique cum eo et quantum facere
potuerant alienatis mentibus uino ab imminentis sensu mali,
uenenum omnes sumpserunt; inde misso conuiuio dextris 4
inter se datis ultimoque complexu conlacrimantes suum

16 stirpis Π*J ed. Par.* 1513, *cf.* I. I. II: stirps *K Edd. ante ed. Par.* parsuros *PRCA*^{7}: passuros *R*^{2}*MBDA*θ: parcituros *M*^{2}
17 tot tam *M*^{1} *uel M*^{2} *dett. aliq. Edd. ante ed. Par.*: totam π: tota *BD*: tot *A*θ: tam *C*^{2}: tot et tam *ed. Par.* 1513 18 a cruciatu *P*^{x}*R*^{x}*M BDA*θ: acscruciatu *PR* (ac cr- *C*) iniciant *M*^{1} *uel M*^{3}*A*^{7}θ (iniic- *K*) *ald.*: inliiciant *P*^{x}*CR* (-luc- *P*: -lic- *C*^{x}*R*^{x}*MBDA* (ill-*A*))
19 Et ipsi Πθ*ald.*: est. Ipsi *dubitanter Luchs, sed optime orationi quadrat* et . . . et *bis repetitum*
14 3 Vibium *u. c.* 13. 2 *adn.* facere Πθ: *seclusit Duker*

patriaeque casum, alii ut eodem rogo cremarentur man-
5 serunt, alii domos digressi sunt. Impletae cibis uinoque
uenae minus efficacem in maturanda morte uim ueneni
fecerunt; itaque noctem totam plerique eorum et diei
insequentis partem cum animam egissent, omnes tamen
prius quam aperirentur hostibus portae exspirarunt.

6 Postero die porta Iouis, quae aduersus castra Romana
erat, iussu proconsulum aperta est. Ea intromissa legio una
7 et duae alae cum C. Fuluio legato. Is cum omnium
primum arma telaque quae Capuae erant ad se conferenda
curasset, custodiis ad omnes portas dispositis ne quis exire
aut emitti posset, praesidium Punicum comprehendit, sena-
tum Campanum ire in castra ad imperatores Romanos
8 iussit. Quo cum uenissent, extemplo iis omnibus catenae
iniectae, iussique ad quaestores deferre quod auri atque
argenti haberent. Auri pondo duo milia septuaginta fuit,
9 argenti triginta milia pondo et mille ducenta. Senatores
quinque et uiginti Cales in custodiam, duodetriginta Teanum
missi, quorum de sententia maxime descitum ab Romanis
constabat.

15 De supplicio Campani senatus haudquaquam inter Ful-
uium Claudiumque conueniebat. Facilis impetrandae
2 ueniae Claudius, Fului durior sententia erat. Itaque Appius
Romam ad senatum arbitrium eius rei totum reiciebat:
3 percontandi etiam aequum esse potestatem fieri patribus,

5 cibis uinoque C^x*BDAldus*: cibus uinoque (unoque *R*) *P* (*non recte a Luchsio citatus*) *CR*: cibi (cibo M^4 *uel* M^7) unoque *M*: uino cibisque *Aθ Edd. ante Ald.*, *cf. c.* 5. 17 *adn.* diei $C^x M^1$ *uel* M^2*BDAθ*: die π partem C^x*Aθ Ed. Mog.* 1518 *et Frob.* 1. 2: partem is (his *B*, iis *Edd.*) π *Edd. uet. et Ald.* 1521 (*errore typogr.?*) 6 Iouis $C^4 M^7$*Aθ*: ioui π, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* proconsulum *K, Ruperti*, *cf. c.* 12. 5: procos. *P*: procōs *CR*M^1 *uel* M^3 (ppro cōs *M*) *DA*: proconsulis B^2 (-le *B*) *J* (-l') 8 duo milia (*i.e.* ∞ ∞) LXX *PC*: LXX *RMBAθald.*: $\overline{\text{LXX}}$ M^2*D* triginta milia ($\overline{\text{XXX}}$ B^2*D*) πB^2: tria milia *BAθald.* et mille (∞) CC *PC*: et CC *RMAθald.*: et $\overline{\text{CC}}$ *BD*
9 missi M^2 *uel* M^7*Aθald.*: misit π
15 1 Fului (*sed* -uii) *Aθald.*: fuluio π *Gron.*, *uix recte* (-O *fort. ex littera* D- *sequentis uocis repetita ortum*)

 3

num communicassent consilia cum aliquis sociorum Latini
nominis [municipiorum] et num ope eorum in bello forent ad-
iuti. Id uero minime committendum esse Fuluius dicere 4
ut sollicitarentur criminibus dubiis sociorum fidelium animi,
et subicerentur indicibus quis neque ⟨quid dicerent neque⟩
quid facerent quicquam unquam pensi fuisset; itaque se
eam quaestionem oppressurum exstincturumque. Ab hoc 5
sermone cum digressi essent, et Appius quamuis ferociter
loquentem collegam non dubitaret tamen litteras super tanta
re ab Roma exspectaturum, Fuluius, ne id ipsum impedi- 6
mentum incepto foret, dimittens praetorium tribunis militum
ac praefectis socium imperauit uti duobus milibus equitum
delectis denuntiarent ut ad tertiam bucinam praesto essent.
Cum hoc equitatu nocte Teanum profectus, prima luce 7
portam intrauit atque in forum perrexit; concursuque ad
primum equitum ingressum facto magistratum Sidicinum
citari iussit imperauitque ut produceret Campanos quos in
custodia haberet. Producti omnes uirgisque caesi ac securi 8
percussi. Inde citato equo Cales percurrit; ubi cum in
tribunali consedisset productique Campani deligarentur ad
palum, eques citus ab Roma uenit litterasque a C. Cal-
purnio praetore Fuluio et senatus consultum tradit. Murmur 9

3 aliquis Π *dett. aliq., cf. e.g.* 24. 22. 14 : aliquibus $A^{7}\theta$*ald.* municipiorum (*post* nominis) Πθ*ald.* : *recte ut gloss. seclusit Madv.* : et mun. *Gron.* : aut mun. *H. J. Mueller* *post* forent *add.* e ad municipiorum *PCR*, et ad m. R^{2}*MBDAJ*, et m. (*om.* ad) *ald.* : *delent* P^{1} (*per puncta supra, sed supra* e *illud uidetur littera* c *pro puncto stare fort. ut sit siglum uel secundae lect. uel correcturae*) C^{4} *uel* $C^{2}A^{7}$: *om. K. Apparet igitur* municipiorum *glossema fuisse quod bis Puteanus et supra et hic* (*ubi iam* ad- *ex uoce* adiuti *scribebat*) *introduxit* 4 quid dicerent neque *hic add. Alschefski* (*post* facerent *iam* neque quid dicerent *add. ed. Par.* 1513) : *ignorant* Πθ, *cf. c.* 6. 16 *adn.* se eam π (*spatium duarum litt. post* eam *reliquit P*) A^{7}*? et ald.* : se etiam $A\theta$ 8 omnes $C^{4}M$(ōnes)*BA*(oms̄)θ : ones *PCR* : *om. D, spat. v litt. relicto* praetore (*sed* pr) *PC Sigonius* : populus romanus *RM* : populo romano a *BD* (*om.* a *D*) : populoque romano $A\theta$*ald.* ; *cf. e.g. c.* 23. 3 *adn.* et s̄. c̄. tradit *PC Gron.* : est c̄ tradit *RM* : tradit *B* : consuli tradit B^{2} : .c̄. tradit *D* : contradit $A\theta$: tradidit *Edd. ante Ald.* : cum tradidisset *Aldus* (*cf. c.* 32. 8)

ab tribunali totam contionem peruasit differri rem integram
ad patres de Campanis ; et Fuluius, id ita esse ratus acceptas
litteras neque resolutas cum in gremio reposuisset, praeconi
imperauit ut lictorem lege agere iuberet. Ita de iis quoque
10 qui Calibus erant sumptum supplicium. Tum litterae
lectae senatusque consultum, serum ad impediendam rem
actam quae summa ope approperata erat ne impediri posset.
11 Consurgentem iam Fuluium Taurea Vibellius Campanus
per mediam uadens turbam nomine inclamauit, et cum
12 mirabundus quidnam sese uellet resedisset Flaccus, 'Me
quoque' inquit 'iube occidi ut gloriari possis multo fortiorem
13 quam ipse es uirum abs te occisum esse.' Cum Flaccus
negaret profecto satis compotem mentis esse, modo prohiberi
etiam se si id uellet senatus consulto diceret, tum Vibellius
14 'Quando quidem' inquit 'capta patria propinquis amicisque
amissis, cum ipse manu mea coniugem liberosque interfecerim ne quid indigni paterentur, mihi ne mortis quidem
copia eadem est quae his ciuibus meis, petatur a uirtute
15 inuisae huius uitae uindicta.' Atque ita gladio quem ueste
texerat per aduersum pectus transfixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit.

16 Quia et quod ad supplicium attinet Campanorum et
pleraque alia de Flacci unius sententia acta erant, mortuum
Ap. Claudium sub deditionem Capuae quidam tradunt;
2 hunc quoque ipsum Tauream neque sua sponte uenisse Cales

9 peruasit P^xM^1 *uel* $M^3DA^x\theta$: persuasit π 10 lectae C^4M^3 (*uix* M^1)$BDA\theta$: legata es (*i.e.* legata esse natusque) *PCR* : legatae P^xR^2M 11 Vibellius Π*J*, *cf.* 23. 8. 5, 23. 46. 12 (*et in Nominum Italiae indice in It. Dial.* Vibellia, Vinellia, Vibuleia, Vibullia) : iubellius J^2*ald.Drak.* (*cf. Val. Max.* 3. 2. *Ext.* 1) *quod in inscc. nusquam in Italia occurrit* : imbellius *K* turbam π*Aldus* : urbem turbamque $A\theta$ *Edd. ante Ald.* (urbem turbam *ed. Mog.* 1518) *Drak.* resedisset (resid- *MBD*) πM^1B^1*Aldus* : inquireret residens $A\theta$ *Edd. ante Ald.* 13 mentis esse πB^2 *Aldus* (*quod praesto erat Prisciano* 6 § 709) : mente in esse *B* : esse mentis $A\theta$ *Edd. ante Ald.*, *cf. c.* 5. 17
16 1 Flacci M^1 *uel* $M^2BDA\theta$: placci π

neque sua manu interfectum, sed dum inter ceteros ad palum
deligatur, quia parum inter strepitus exaudiri possent quae
uociferaretur silentium fieri Flaccum iussisse; tum Tauream 3
illa quae ante memorata sunt dixisse, uirum se fortissimum
ab nequaquam pari ad uirtutem occidi; sub haec dicta iussu
proconsulis praeconem ita pronuntiasse: 'Lictor, uiro forti
adde uirgas et in eum primum lege age.' Lectum quoque 4
senatus consultum priusquam securi feriret quidam auctores
sunt, sed quia adscriptum in senatus consulto fuerit si ei
uideretur integram rem ad senatum reiceret, interpretatum
esse quid magis e re publica duceret aestimationem sibi
permissam.

Capuam a Calibus reditum est, Atellaque et Calatia in 5
deditionem acceptae; ibi quoque in eos qui capita rerum
erant animaduersum. Ita ad septuaginta principes senatus 6
interfecti, trecenti ferme nobiles Campani in carcerem conditi, alii per sociorum Latini nominis urbes in custodias dati,
uariis casibus interierunt: multitudo alia ciuium Campanorum uenum data. De urbe agroque reliqua consultatio fuit, 7
quibusdam delendam censentibus urbem praeualidam propinquam inimicam. Ceterum praesens utilitas uicit; nam
propter agrum, quem omni fertilitate terrae satis constabat
primum in Italia esse, urbs seruata est ut esset aliqua
aratorum sedes. Vrbi frequentandae multitudo incolarum 8
libertinorumque et institorum opificumque retenta: ager
omnis et tecta publica populi Romani facta. Ceterum 9

2 dum . . . deligatur *Frob.* 2 (*de* -tur *et* -tus *confusis cf.* 27. 21. 5; 23. 48. 9 *adnn. et de* cum *pro* dum *cf.* 24. 17. 1 *adn. et* (dum *pro* cum) 1. 40. 7): cum . . . deligatus (-leg- *D*) Πθ (*supra* quia *scripsit* ·/ *J*) *ald.*, *unde* (cum *retento*) *coni.* deligatus quiritaret *Weissenb.*, deligaretur *Harant*, deligatus quaedam uociferaretur *Alschefski* (*qui infra uoces* quae uociferatur *omisit*) uociferaretur *Harant*: uociferatur πA^1? *cf.* 24. 24. 9 *et* 27. 1. 11 *adnn.*: uociferabatur $C^4M^3A^7J^1$ (-bantur *J*) *K ald.*: uociferantur *BDA* 5 rerum πA^7? *Aldus*: rei *Aθ Edd. ante Ald.* 6 Campani Πθ: Campani alii *Harant*, *frustra*
7 censentibus $C^4M^1A\theta$: sescentibus (susc- *BD*) π, *unde* sciscentibus *Gron. dubitanter* 8 ager $P^xC^2M^1$ *uel* $M^3BDA\theta$: aeger π

habitari tantum tamquam urbem Capuam frequentarique
placuit, corpus nullum ciuitatis nec senatum nec plebis
10 concilium nec magistratus esse: sine consilio publico, sine
imperio multitudinem nullius rei inter se sociam ad con-
sensum inhabilem fore; praefectum ad iura reddenda ab
11 Roma quotannis missuros. Ita ad Capuam res compositae
consilio ab omni parte laudabili. Seuere et celeriter in
maxime noxios animaduersum; multitudo ciuium dissipata
12 in nullam spem reditus; non saeuitum incendiis ruinisque
in tecta innoxia murosque, et cum emolumento quaesita
etiam apud socios lenitatis species incolumitate urbis nobilis-
simae opulentissimaeque, cuius ruinis omnis Campania,
omnes qui Campaniam circa accolunt populi ingemuissent;
13 confessio expressa hosti quanta uis in Romanis ad expetendas
poenas ab infidelibus sociis et quam nihil in Hannibale
auxilii ad receptos in fidem tuendos esset.

17 Romani patres perfuncti quod ad Capuam attinebat cura,
C. Neroni ex iis duabus legionibus quas ad Capuam habuerat
sex milia peditum et trecentos equites quos ipse legisset et
socium Latini nominis peditum numerum parem et octin-
2 gentos equites decernunt. Eum exercitum Puteolis in naues
impositum Nero in Hispaniam transportauit. Cum Tarraco-
nem nauibus uenisset, expositisque ibi copiis et nauibus
subductis socios quoque nauales multitudinis augendae causa
3 armasset, profectus ad Hiberum flumen exercitum ab Ti.
Fonteio et L. Marcio accepit. Inde pergit ad hostes ire.
4 Hasdrubal Hamilcaris ad Lapides Atros castra habebat; in
Ausetanis is locus est inter oppida Iliturgim et Mentissam.

9 senatum θ *Lov.* 3. 5 *Edd. ante Ald. Duker*: senatus Π*Aldus, cf.* 27. 17. 1 *adn.* 13 auxilii $C^{2}M^{1}B^{x}DA\theta$: auxilia π (*littera* a- *duplicata*) esset $A^{7}\theta$ (*sed hi duo ante* ad) *ald.*: esse Π (*sed ante* ad *A*)
17 1 patres Π *Gron.*: praetores $A^{7}\theta$: proconsules *ald.* quod πθ : qđ *C* : *om. M* : qua *Sabellicus* C. Π, *cf. c.* 5. 8 : claudio *ald.* : clau. *K* : cum *J* 3 L. J^{2} *in marg. K, cf.* 25. 37. 1 : *om.* Π*ald.*
4 Ausetanis Πθ : Oretanis *Glareanus, bene, sed nihil mutamus*

Huius saltus fauces Nero occupauit. Hasdrubal, ne in arto 5
res esset, caduceatorem misit qui promitteret si inde missus
foret se omnem exercitum ex Hispania deportaturum. Quam 6
rem cum laeto animo Romanus accepisset, diem posterum
Hasdrubal conloquio petiuit ut coram leges conscriberentur
de tradendis arcibus urbium dieque statuenda ad quam
praesidia deducerentur suaque omnia sine fraude Poeni
deportarent. Quod ubi impetrauit, extemplo primis tenebris 7
atque inde tota nocte quod grauissimum exercitus erat
Hasdrubal quacunque posset euadere e saltu iussit. Data 8
sedulo opera est ne multi ea nocte exirent, ut ipsa paucitas
cum ad hostem silentio fallendum aptior, tum ad euadendum
per artas semitas ac difficiles esset. Ventum insequenti die 9
ad conloquium est; sed loquendo plura scribendoque dedita
opera quae in rem non essent die consumpto, in posterum
dilatum est. Addita insequens nox spatium dedit et alios 10
emittendi; nec postero die res finem inuenit. Ita aliquot 11
dies disceptando palam de legibus noctesque emittendis clam
e castris Carthaginiensibus absumptae. Et postquam pars
maior emissa exercitus erat, iam ne iis quidem quae ultro
dicta erant stabatur; minusque ac minus, cum timore simul 12
fide decrescente, conueniebat. Iam ferme pedestres omnes
copiae euaserant e saltu cum prima luce densa nebula saltum
omnem camposque circa intexit. Quod ubi sensit Hasdrubal,
mittit ad Neronem qui in posterum diem conloquium differ-

5 occupauit. Hasdrubal ne $A^{7}N^{3}\theta$*ald. Frob.* 1. 2 (*fort. a Spirensiano fonte ortum*): *om.* π, *fort. linea xx. litt. perdita, cf. cc.* 6. 16 *et* 51. 8 *adnn.*: ne *AN*: obsederet *D*: insedit. Hasdrubal cum *uestigiis Gronouii insistens Weissenb.*; *plura excidisse suspicatus erat Madv.* esset P^{x} *per ras.* $C\theta$*ald.*: esset set *P*, *cf.* 27. 44. 1: esset sed *RMBD A* missus Πθ: emissus *Madv. Em. p.* 374, *fort. recte* 6 coram *Madv. Em. p.* 375: romam Π*J*: romani (*cum* conscriberent) $M^{2}A^{v}$ *K.ald.*: a romanis C^{4} tradendis $C^{4}M^{1}A^{v}$*Valla* θ (tradd- *K*): trahendis π: reddendis *D* 7 atque Πθ: ac *ut uid. uoluit* P^{x} (*secundum Luchsium* a) e saltu *BDA*θ*ald.*, *cf.* § 12 *et* 42. 18. 5: saltu M^{1}, *cf.* 8. 26. 4 *adn.*: salu π 9 loquendo $A^{4}?\theta$: loquendi π (*sed M mox* scribendoq : -diq. M^{2} *uel* M^{7}): loquenda *D* 10 Addita insequens π (*sed de P* '-dita in *in ras.*' *ait Luchs, perperam*) 12 qui πθ *Madv.* 1882: *secl. Perizonius, probante Madv. Em p.* 375

ret: illum diem religiosum Carthaginiensibus ad agendum
13 quicquam rei seriae esse. Ne tum quidem suspecta fraus
cum esset, data uenia eius diei, extemploque Hasdrubal cum
equitatu elephantisque castris egressus sine ullo tumultu in
14 tutum euasit. Hora ferme quarta dispulsa sole nebula
aperuit diem, uacuaque hostium castra conspexerunt Romani.
15 Tum demum Claudius Punicam fraudem adgnoscens ut se
dolo captum sensit, proficiscentem institit sequi paratus
16 confligere acie. Sed hostis detractabat pugnam; leuia tamen
proelia inter extremum Punicum agmen praecursoresque
Romanorum fiebant.

18 Inter haec Hispaniae populi nec qui post cladem acceptam
defecerant redibant ad Romanos, nec ulli noui deficiebant;
2 et Romae senatui populoque post receptam Capuam non
Italiae iam maior quam Hispaniae cura erat. Et exercitum
3 augeri et imperatorem mitti placebat; nec tam quem mitterent
satis constabat quam illud, ubi duo summi imperatores
intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum
4 succederet extraordinaria cura deligendum esse. Cum alii
alium nominarent, postremum eo decursum est ut proconsuli
creando in Hispaniam comitia haberentur; diemque
5 comitiis consules edixerunt. Primo exspectauerant ut qui
se tanto imperio dignos crederent nomina profiterentur;
quae ut destituta exspectatio est, redintegratus luctus
acceptae cladis desideriumque imperatorum amissorum.

12 seriae esse C^2 *uel* C^4 *Gron.* : seria (feria *D*) esse π : feriam esse M^2 *uel* M^7 *uel ambo* : feriatum *A* : feriatumq. esse θ : feriatum esse *Aldus* : esse *Edd.* (*quos uidimus*) *ante Ald.* 13 cum esset, data Πθ; *recte sic interpunxit Harant* (; cum data esset *ald. Drak.*) extemploque (-tim- *MBD*) π *Harant* : extemplo *Aθald. Drak.*
15 sequi C^4 M^1 *uel* $M^2B^1A^v?\theta$: equi Π

18 3 tam *Gron.* : tamen Π*θald.* quam illud (*sed* qm̄ *A*) Π *Gron.* : qm̄ id *J* : quoniam *K* : cum illud C^4 *uel* C^5 : quoniam illuc *Edd. ante Gron.* 4 ut . . . haberentur *Madv. Em. p.* 375 : ut populus . . . haberet Π*θald. quod tutari uoluit Weissenb. exempla qualia* 4. 56. 1 *citando, sed* populus *ex* pro- *duplicato ortum unde* -rentur *in* -ret *mutatum*

Maesta itaque ciuitas prope inops consilii comitiorum die 6
tamen in campum descendit; atque in magistratus uersi
circumspectant ora principum aliorum alios intuentium fre-
muntque adeo perditas res desperatumque de re publica
esse ut nemo audeat in Hispaniam imperium accipere, cum 7
subito P. Cornelius ⟨Publi filius eius⟩ qui in Hispania
ceciderat, [filius] quattuor et uiginti ferme annos natus, pro-
fessus se petere, in superiore unde conspici posset loco
constitit. In quem postquam omnium ora conuersa sunt, 8
clamore ac fauore ominati extemplo sunt felix faustumque
imperium. Iussi deinde inire suffragium ad unum omnes 9
non centuriae modo, sed etiam homines P. Scipioni imperium
esse in Hispania iusserunt. Ceterum post rem actam ut iam 10
resederat impetus animorum ardorque, silentium subito
ortum et tacita cogitatio quidnam egissent; nonne fauor plus
ualuisset quam ratio. Aetatis maxime paenitebat; quidam 11
fortunam etiam domus horrebant nomenque ex funestis
duabus familiis in eas prouincias ubi inter sepulcra patris
patruique res gerendae essent proficiscentis.

Quam ubi ab re tanto impetu acta sollicitudinem curam- 19

6 consilii $C^4M^1BDA\theta$: consiui π (*fort.* -suu *C*) aliorum Π *Aldus* : aliorumque $A\theta$ *Edd. ante Ald.*, *cf.* § 11 in Hispaniam (imperium) Πθ : in Hispania *Gron.* 7 Publi filius eius *hic scripsimus et* filius *infra seclusimus*, *cf.* 29. 14. 8, *lineam xv litt. ob* -ius | -ius *excidisse rati* (*cf. c.* 6. 16 *adn.*), *tum uocem* filius *paene necessario in Puteani archetypo esse additam* : *ignorant* π : illius *AN*θ*ald.* : Publii *Gron.* : P. Cornelii eius *Iac. Gron.*, *bene* : P. Cornelii M^2 *Alschefski* ; *hi omnes cum codd.* filius *post* ceciderat *retinent* 9 inire πR^1 (ire *R*) *Drak.* : inire confusum *A* (*sed* -s- *in ras.*) *Edd. uet.* : inire confisum $A^7N\theta$ *Lov.* 2. 3. 5 : inire confestim *ed. Camp.*, *Gebhard. Num* confusum *illud in marg. exemplaris sui a nescioquo de huius loci obscuritate querente additum in contextum induxerat A?* 10 impetus P^x *per ras.* $C^2M^2A^x$*ald.* : imperat impetus Πθ nonne *Madv. Em. p.* 375 *sq.* : noui ΠJ^1K (noni *J*) *quorum plerique post* noui *interpunxerunt* : noui ; nam quod A^v *in marg. et Valla* : noui ; quod *ald.* : num C^4 *Lov.* 2. 4. *Gron.* fauor π$C^4\theta$: maior *C qui mox in* § 11 uigiliis *pro* familiis (πθ) *praebet* (legionibus C^4!) ; *mirus uterque lapsus ut e.g. in c.* 50. 5 *adn.* 11 eas Π*Aldus* : easque θ *Edd. ante Ald.*, *cf.* § 6

19 1 Quam *M uel* M^1A^v*Aldus* : qua ui *PC?*R^1 : qua P^x *per ras. uix effectam* C^x (*et* -a- *partim eraso*) *R et* R^xM (*si* quā M^1) : quod $A\theta$ *Edd. ante Ald.*

que hominum animaduertit, aduocata contione ita de aetate
sua imperioque mandato et bello quod gerundum esset
2 magno elatoque animo disseruit, ut ardorem eum qui re-
sederat excitaret rursus nouaretque et impleret homines
certioris spei quam quantam fides promissi humani aut ratio
3 ex fiducia rerum subicere solet. Fuit enim Scipio non ueris
tantum uirtutibus mirabilis, sed arte quoque quadam ab
4 iuuenta in ostentationem earum compositus, pleraque apud
multitudinem aut per nocturnas uisa species aut uelut
diuinitus mente monita agens, siue et ipse capti quadam
superstitione animi, siue ut imperia consiliaque uelut sorte
5 oraculi missa sine cunctatione exsequerentur. Ad hoc iam
inde ab initio praeparans animos, ex quo togam uirilem
sumpsit nullo die prius ullam publicam priuatamque rem
egit quam in Capitolium iret ingressusque aedem consideret
6 et plerumque solus in secreto ibi tempus tereret. Hic mos
per omnem uitam seruatus seu consulto seu temere uolgatae
opinioni fidem apud quosdam fecit stirpis eum diuinae uirum

1 animaduertit B^2 (-rtam *B*) *A.ald.* : animam aduertit π : animum aduertit M^1 *Iac. Gron. ex cod. D* (*sed* -mam *D*) : auertit *J* : scipio aduertit *K* 2 nouaretque π (-quę *C*) : innouaretque *Aθ Edd. uet.* et (impleret) *Aθald.* : *om.* π, *cf.* § 11 *et c.* 11. 12 *adn.* (*c*) ex (fiducia) *Πθald.* : et *Luchs* 1889, *frustra* subicere *Ed. Mog.* 1518 (-iic-) : ubi ecere *PR* : ubi egere *C* : ubi iecere R^2MB (eicere B^1?) : ubi iacere *D* : subire A^x *per ras.* θ 4 aut (per) *Πθ*, *quod ita fort. defendi potest si* uisa *pro* quae sibi uisa esse adfirmabat *interpretaris*; *tum enim* uisa *cum* uelut (ὡς *apud Polyb.* 10. 2. 12) *aequiperatur* : aut ut *praeeunte Dukero Weissenb.*, *bene* : ut *ed. Mog.* 1518 uisa *Πθ Edd. uet.*, *u. adn. praec.* : uisas *Fabri* : *fort. delendum esse censet H. J. Mueller*, *male* mente *θald.* : mentem Π (-m *in P paene deletum*) ipse πB^1 *Aldus* : ipsi *BAθ Edd. ante Ald.* sine P^x *per ras. uix perfectam Ed. Mog.* 1518 : sitne *PC* : sit nec *RM* : sint|nec (*uel* sint. nec) *BDAθ Edd. uet.* exsequerentur *Gron.* : essequerentur *PCR* : assequerentur R^2MBDA*θald.* 5 rem egit $CM^1BDA\theta$: remigit *PRM* secreto M^1 *uel* $M^3\theta$ *Aldus* : secretu π : secretum *BDA Edd. ante Ald.* tempus *hic praebent* π, *post* plerumque *Aθ Edd. ante Gron.*, *cf. c.* 5. 17 *adn.* 6 Hic mos . . . seruatus C^2 *Pal.* 1 *in marg. probante Gron.* : hic mos . . . seruabat *PCR* : hic mos . . . seruabatur *MBDAθ Edd. uet. nonnulli* : hic mos qui . . . seruabatur *ald. Drak.* : hic mos quem . . . seruabat *Weissenb.*, *quod malit Johnson* fecit $A^7\theta$ *Ed. Mog.* 1518 : fecit ut Π *Edd. ante Mog.* (*cf.* 27. 8. 7 *adn.*)

esse, rettulitque famam in Alexandro magno prius uolgatam, 7
et uanitate et fabula parem, anguis immanis concubitu con-
ceptum, et in cubiculo matris eius uisam persaepe prodigii
eius speciem interuentuque hominum euolutam repente
atque ex oculis elapsam. His miraculis nunquam ab ipso 8
elusa fides est; quin potius aucta arte quadam nec abnuendi
tale quicquam nec palam adfirmandi. Multa alia eiusdem 9
generis, alia uera, alia adsimulata, admirationis humanae in
eo iuuene excesserant modum; quibus freta tunc ciuitas
aetati haudquaquam maturae tantam rerum molem tantum-
que imperium permisit.

Ad eas copias quas ex uetere exercitu Hispania habebat, 10
quaeque a Puteolis cum C. Nerone traiectae erant, decem
milia militum et mille equites adduntur, et M. Iunius
Silanus propraetor adiutor ad res gerendas datus est. Ita 11
cum triginta nauium classe—omnes autem quinqueremes
erant—Ostiis Tiberinis profectus praeter oram Tusci maris,
Alpesque et Gallicum sinum et deinde Pyrenaei circum-
uectus promuntorium, Emporiis urbe Graeca—oriundi et ipsi
a Phocaea sunt—copias exposuit. Inde sequi nauibus iussis 12
Tarraconem pedibus profectus conuentum omnium sociorum

8 His miraculis Π*θ* (hiis *J*): huius miraculi *Gron. sed cf.* § 6 opinioni 9 tunc C^4?A^7*ald.*: nunc Π*θ dett.* rerum molem P^1 *uel* P^2C: molem rerum *πθald. Drak.* 10 militum *π*: peditum *Aθald.* mille A^7*θald.*: *om. π* (*cf.* 29. 28. 10 *adn.*) *sed spatium unius litt.* (∞) *reliquit P*: milites *A* (*qui* equites *om.*: *add.* A^7) 11 ostiis *PRM* (*cf. lect. Put.* 22. 38. 8): hostiis *CBDAθ*: ab ostiis *Wesenberg, fort. recte* (*cf.* 22. 38. 8), *sed cf. e.g.* 27. 41. 8 *et Riemann, Études p.* 271. *De Plurali* ostia *cf.* 9. 19. 4 (Tiberinis); 22. 37. 1, *et Verg. Aen.* 1. 14; *Singularis in* 1. 33. 9; 22. 11. 6 *et* 7: 23. 38. 8; 25. 20. 3; 27. 11. 2; 27. 22. 12, *cf. etiam* 29. 14. 11. *Pluralis ipsum fluuii exitum uidetur semper designare praecipue a mari aduenientibus: quotiens de urbe ipsa et portu agitur, Singularis usurpatur* Alpesque et A^7*θ*, *fort. ex Sp ortum, cf.* § 2 *sup.*: alpes neque *π*(*C? A?*): alpesque $C^x M^1$ *uel* M^3: alpes atque *ald. Drak.* et (deinde) Π*ald.*: ac *θ* Pyrenaei (*uel* -nei: -nę *C*) Π (pir- *B*): pyrenes *θald.* circumuectus C^4 *uel* $C^5 M^1$ *uel* M^3*K.ald.*: circumuentus Π(*C?*)*J* et ipsi] *ob has uoces et ob mentionem triremium Massiliensium in* § 13 *aliquid supra* (*post* Alpesque ?) *excidisse suspicatus est Crevier, recte*

—etenim legationes ad famam eius ex omni se prouincia effu-
13 derant—habuit. Naues ibi subduci iussit, remissis quattuor triremibus Massiliensium quae officii causa ab domo pro-
14 secutae fuerant. Responsa inde legationibus suspensis uarietate tot casuum dare coepit, ita elato ab ingenti uirtutum suarum fiducia animo ut nullum ferox uerbum excideret ingensque omnibus quae diceret cum maiestas inesset tum
20 fides. Profectus ab Tarracone et ciuitates sociorum et hiberna exercitus adiit, collaudauitque milites quod duabus
2 tantis deinceps cladibus icti prouinciam obtinuissent, nec fructum secundarum rerum sentire hostes passi omni cis Hiberum agro eos arcuissent, sociosque cum fide tutati
3 essent. Marcium secum habebat cum tanto honore, ut facile appareret nihil minus uereri quam ne quis obstaret gloriae
4 suae. Successit inde Neroni Silanus, et in hiberna milites noui deducti. Scipio omnibus quae adeunda agendaque erant mature aditis peractisque Tarraconem concessit.
5 Nihilo minor fama apud hostes Scipionis erat quam apud ciues sociosque, et diuinatio quaedam futuri, quo minus ratio timoris reddi poterat oborti temere, maiorem inferens
6 metum. In hiberna diuersi concesserant, Hasdrubal Gisgonis usque ad Oceanum et Gades, Mago in mediterranea maxime supra Castulonensem saltum; Hasdrubal Hamilcaris filius proximus Hibero circa Saguntum hibernauit.

7 Aestatis eius extremo qua capta est Capua et Scipio in

12 famam $\pi^2 A^x$: fam *P*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* : famam aduentus *A? et* $A^7\theta$*ald. Drak* 14 diceret *BDA*θ*ald.* : diceretque π (*sed* -quae *RM*), *cf. c.* 11. 12 *adn.* (*a*)

20 2 arcuissent $A^6\theta$*ald.* : arcissent Π (art- *B*) 3 uereri quam *K Lov.* 1. 3 *ald.* : quam uereri quam *J* : quam uereri Π *dett. plerique probante Gron., sed et aliud prorsus est* 27. 18. 11 *et de ordinis in P mutatione cf.* 28. 2. 15 *adn.* (quam magis *pro* magis quam) 5 oborti temere *Gron.* (oborti temere eo *Salmasius, non male sed cf.* 25. 1. 6; 35. 12. 10): oporte temere *PR* : oportet emere R^1*MBD* : oportet temere *CAJ* : temere A^x : omnem temere *K* : eo opportune *Lov.* 4 *ald.* 6 Gades (*uel* -is) $C^x B^2 D A\theta$: gaudis π : gaugis *B* : gailgis *fort.* B^1 7 qua *J. Perizonius, cf. e g.* 22. 19. 1 : quo Πθ*ald.*

Hispaniam uenit, Punica classis ex Sicilia Tarentum accita
ad arcendos commeatus praesidii Romani quod in arce
Tarentina erat, clauserat quidem omnes ad arcem a mari 8
aditus, sed adsidendo diutius artiorem annonam sociis quam
hosti faciebat; non enim tantum subuehi oppidanis per 9
pacata litora apertosque portus praesidio nauium Puni-
carum poterat quantum frumenti classis ipsa turba nauali
mixta ex omni genere hominum absumebat, ut arcis praesi- 10
dium etiam sine inuecto quia pauci erant ex ante praeparato
sustentari posset, Tarentinis classique ne inuectum quidem
sufficeret. Tandem maiore gratia quam uenerat classis 11
dimissa est; annona haud multum laxauerat quia remoto
maritimo praesidio subuehi frumentum non poterat.

Eiusdem aestatis exitu M. Marcellus ex Sicilia prouincia **21**
cum ad urbem uenisset, a C. Calpurnio praetore senatus ei
ad aedem Bellonae datus est. Ibi cum de rebus ab se gestis 2
disseruisset, questus leniter non suam magis quam militum
uicem quod prouincia confecta exercitum deportare non
licuisset, postulauit ut triumphanti urbem inire liceret. Id
non impetrauit. Cum multis uerbis actum esset utrum minus 3
conueniret cuius nomine absentis ob res prospere ductu eius
gestas supplicatio decreta foret et dis immortalibus habitus
honos ei praesenti negare triumphum, an quem tradere exer- 4
citum successori iussissent—quod nisi manente in prouincia
bello non decerneretur—eum quasi debellato triumphare
cum exercitus testis meriti atque immeriti triumphi abesset,

7 ad arcendos *C^4?A^v?ald.* : arcendos (-ntos *B*) Π (arg- *PRM*): arcendo *$A^7\theta$* 8 hosti *$M^1A\theta$ald.* : hostis π, *unde* hostibus *Alschefski* (*sed de* -s *addito cf. c.* 40. 14 *adn.*) 11 est; annona Π*θ*(-nam *C^3*) *ald.* : annonam *dubitanter Gron.* (*i e.* classis dim. annonam . . . laxauerat) laxauerat Π*θ*, *quae lectio si recta est, cf. Curt.* 4. 3. 6: laxata est *uolebat Luchs* (1889), *fort. recte, cf.* 2. 34. 12 (laxandi annonam) *et* 32. 5. 2

21 1 exitu *$C^xM^1DA\theta$* : exitus π, *cf.* § 4 *et c.* 40. 14 *adn.* 2 disseruisset *$R^2MBDA\theta$* : deseruisset *PCR* 3 minus *$A^7\theta$ald.* : nimis Π 4 non *A^6 Aldus* : num *P* : *om.* $\Pi^2\theta$ *dett. Edd. ante Ald.* : numquam *Weissenb.* debellato triumphare *Frob.* 1 (debellato riumphare *PR*) : de bello triumphare *$\pi^2R^1\theta$ald.* (*post* bello *add.* confecto *A^7?*) meriti *$P^xC^xBDA\theta$* : meritis π, *cf.* § 1 *et c.* 40. 14 *adn.* atque Π*θald.* : aut *Gron.*

5 medium uisum ut ouans urbem iniret. Tribuni plebis ex
auctoritate senatus ad populum tulerunt ut M. Marcello
6 quo die urbem ouans iniret imperium esset. Pridie quam
urbem iniret in monte Albano triumphauit; inde ouans
7 multam prae se praedam in urbem intulit. Cum simulacro
captarum Syracusarum catapultae ballistaeque et alia omnia
instrumenta belli lata et pacis diuturnae regiaeque opulentiae
8 ornamenta, argenti aerisque fabrefacti uis, alia supellex
pretiosaque uestis et multa nobilia signa, quibus inter primas
9 Graeciae urbes Syracusae ornatae fuerant. Punicae quoque
uictoriae signum octo ducti elephanti, et non minimum fuere
spectaculum cum coronis aureis praecedentes Sosis Syra-
10 cusanus et Moericus Hispanus, quorum altero duce nocturno
Syracusas introitum erat, alter Nassum quodque ibi praesidii
11 erat prodiderat. His ambobus ciuitas data et quingena
iugera agri, Sosidi in agro Syracusano qui aut regius aut
hostium populi Romani fuisset et aedes Syracusis cuius
12 uellet eorum in quos belli iure animaduersum esset, Moerico
Hispanisque qui cum eo transierant urbs agerque in Sicilia
13 ex iis qui a populo Romano defecissent, iussa dari. Id M.
Cornelio mandatum ut ubi ei uideretur urbem agrumque eis
adsignaret. In eodem agro Belligeni, per quem inlectus ad
transitionem Moericus erat, quadringenta iugera agri decreta.

8 fabrefacti (-brae-) uis *P et* P^{x} : fabrefacti (*uel* -brae-) uas $P^{2}CR$: fabrefacti (-brae- *M*) uasa $M^{1}BA?$: fabrefacta uasa $C^{4}R^{2}DA^{7}\theta$ *Edd. ante Gron.* 9 fuere πA^{v} *Aldus* : fuit $A\theta$ *Edd. ante Ald.* Moericus] moerichus Π (męr- *B*) : mericus θ, *et in* §§ 12 (-co) *et* 13 *eadem uariatio, sed* -cu- *P in cc.* 30. 6 *et* 31. 4 10 duce $C^{x}A^{7}?\theta$*ald.* : ducere *PCR* : ducente $R^{2}MBDA$: duce tempore *Koch* (d. terrore *Friedersdorff*), *non male, sed cf.* 3. 58. 2 *et color contumeliosus hic uocis* nocturno *fort. defendi potest ex cc.* 30. 6 *et* 31. 6 Nassum Πθ, *cf. c.* 24. 15 *et* 25. 29. 10 11 belli C^{1} *uel* $C^{2}R^{2}BDA\theta$: uelli π 12 Moerico] *u.* § 9 urbs $CRMBA\theta$: urps PR^{1} : urbes *D* ex iis (*sed* is) *PR* : ex his $CR^{2}MBDAK$: ex hiis *J* 13 *post* adsignaret *scribunt* Πθ eodem agro *et inde uoces* Syracusano (§ 11) *et sqq. repetunt usque ad* animaduersum esset Π, *usque ad* p. r. fuisset θ ; *tum demum uoces* in eodem agro belligeni *etc. in codd. omnibus sequuntur* : *locum castigauit* P^{x} *qui uoces repetitas ut superuacaneas notauit. De repetitionibus Puteani cf.* 29. 1. 23 *adn.* Moericus] *u.* § 9

Post profectionem ex Sicilia Marcelli Punica classis octo 14
milia peditum, tria Numidarum equitum exposuit. Ad eos Murgentia et Er⟨getium urbes defece⟩re. Secutae defectionem earum Hybla et Macella et ignobiliores quaedam aliae; 15
et Numidae praefecto Muttine uagi per totam Siciliam sociorum populi Romani agros urebant. Super haec exercitus 16
Romanus iratus, partim quod cum imperatore non deuectus ex prouincia esset, partim quod in oppidis hibernare uetiti erant, segni fungebantur militia, magisque eis auctor ad seditionem quam animus deerat. Inter has difficultates M. 17
Cornelius praetor et militum animos nunc consolando nunc castigando sedauit, et ciuitates omnes quae defecerant in dicionem redegit; atque ex iis Murgentiam Hispanis quibus urbs agerque debebatur ex senatus consulto attribuit.

Consules cum ambo Apuliam prouinciam haberent, **22**
minusque iam terroris a Poenis et Hannibale esset, sortiri iussi Apuliam Macedoniamque prouincias. Sulpicio Macedonia euenit isque Laeuino successit. Fuluius Romam comi- 2
tiorum causa arcessitus cum comitia consulibus rogandis haberet, praerogatiua Voturia iuniorum T. Manlium Torquatum et T. Otacilium ⟨consules dixit. Cum ad Manlium⟩, qui 3

14 Murgentia et Ergetium urbes defecere *Weissenb., optime duarum hic urbium mentionem esse ratus et ad Plin.* 3. 91 *spectans*: murgentiae | terre *P, linea xvii litt. ob* -t er- | -cer- *omissa, cf. c.* 6. 16 *adn.* (*c*): murgeniae (*uel* -ie) terrae (*uel* -re) *CRMBDAθ*: murgentie defecere A^v?: murgeniae (*uel* -gentini-) desciuerunt terrae *Edd. uet.*: murgantini defecere *uel* desciuere *Gron.* (*cum* eorum *inf.*) Macella *Sabellicus et Lipsius ex Polyb.* 1. 24. 2: marcella Πθ et ignobiliores *Weissenb.* (sunt et ign- *ald. Drak.*): st ignobiliores (-oraes *PRMD*) P^1CRM^1D (*sed* marcellasti ign- *D*)*Aθ* (*sed* sunt ign- *Aθ*): ignobiliores M^3B: nobiliores C^x 17 nunc ⟨castigando⟩ $R^2MBDA\theta$: non *PCR* dicionem (*uel* dit-) $\pi A^8 J$: deditionem $C^x A$ *dett.*: dictionem *K*
22 1 esset $C^4M^1BDA\theta$: esse π^1: sse *P* 2 arcessitus π, *cf.* 3. 45. 3; 10. 18. 7; 29. 1. 20; 29. 11. 1; 29. 23. 4; 29. 34. 2; 30. 9. 5; 30. 23. 1: accersitus $CDA^7\theta$ comitia πθ: mor *C*: morem C^5 Voturia *Madv., cf. e.g. C.I.L.* V^2 *p.* 546: ueturia Πθ (*et* uet- *in* §§ 7, 10, 11) 2 *et* 3 consules (cōs) dixit. Cum ad Manlium *Walters, lineam xx litt.* (*cf. c.* 6. 16 *adn.*) *supplens et uestigiis priorum insistens* (absentem consules dixit *Fabri, cui add.* cum ad Manlium *Weissenb.*): *ignorant* Πθ; *locum castigare temptabant Edd. uet.*, declarauit *post* iuniorum *addendo et* cum *ante* turba: *post* praesens erat *add.* A^7 *uel* A^v nominauit et cum

praesens erat, gratulandi causa turba coiret, nec dubius esset
consensus populi, magna circumfusus turba ad tribunal con-
4 sulis uenit, petitque ut pauca sua uerba audiret centuriam-
5 que quae tulisset suffragium reuocari iuberet. Erectis omni-
bus exspectatione quidnam postulaturus esset, oculorum
6 ualetudinem excusauit: impudentem et gubernatorem et im-
peratorem esse qui, cum alienis oculis ei omnia agenda sint,
7 postulet sibi aliorum capita ac fortunas committi; proinde si
uideretur ei, redire in suffragium Voturiam iuniorum iuberet
et meminisse in consulibus creandis belli quod in Italia sit
8 temporumque rei publicae; uixdum requiesse aures a
strepitu et tumultu hostili, quo paucos ante menses cesserint
prope moenia Romana. Post haec cum centuria frequens
succlamasset nihil se mutare sententiae eosdemque consules
9 dicturos esse, tum Torquatus 'Neque ego uestros' inquit
'mores consul ferre potero neque uos imperium meum.
Redite in suffragium et cogitate bellum Punicum in Italia et
10 hostium ducem Hannibalem esse.' Tum centuria et aucto-
ritate mota uiri et admirantium circa fremitu, petiit a consule
11 ut Voturiam seniorum citaret: uelle sese cum maioribus

3 turba ad $CM^{3}A$*ald.* : turis at π (*scil.* IS *pro* B) : turma ad *Bθ* : turisa turma ad *D* : turma $A^{7}\theta$ 4 petitque Π*θ* : petiitque *Riemann sed uid.* 1. 3. 3 *adn. et* 23. 23. 9 *et cf. in hoc tomo* 27. 5. 9 *adn.* 5 ualetudinem *PR* (ualit- $CR^{2}MBDA\theta$) 6 sibi *K* : sibi post Π*J* : sibi potius *Gron.*, *sed si* post *illud Puteani quicquam aliud sit ac* postulet *iterum inceptum* (*cf. c.* 17. 5 *et* 27. 44. 1 *adn.*), *malimus* potissimum *scribere* aliorum *Aθ* : alium Π 7 uideretur ei (*i.e.* Fuluio) *Madv.* (*et ut uid.* P^{1}, *apice litterae* T *uocis* et *semieraso*) : uideretur et *PCAθald.* : diuidetur et *RM* : uidetur et $M^{1}BD$ Voturiam] *u.* § 2 meminisse *Edd. ante Ald.*, *Iac. Gron.* : meminisset Π*θ* *Aldus* 8 requiesse $P^{x}DA\theta$: requiessem π, *cf. c.* 40. 11 *adn.* : requiescere se *Edd. uet. ante ed. Par.* 1513 : requiescere *ed. Par.* 1513 aures (*uel* -is) $\pi A^{7}\theta$: in auros (-o- *in ras.*) A^{1} : in auris *DA?* : muros $C^{2}M^{5}$: muris C^{4} cesserint M^{7} (*Madvigium confirmans, qui ultro* quoi (*pro* quo) . . . cesserint *coniecit, Em. p.* 377) : asserint Π : asseruit $C^{2}A^{7}\theta$: assederint A^{6}*ald. Drak. sed* adsideo *cum Datiuo est in* 21. 25. 6 ; 23. 19. 5, *nec quadrat cum* strepitu : arserint *Alschefski, bene* : ascenderint *Weissenb.* : scansa sint *Luchs* : concussa sint *Doering* : *alia alii* 9 in Italia $C^{4}M^{1}$(*sed* ita alia)*BDAK.ald.* : italia *PCRM* (ita alia)*J*, *cf. c.* 13. 7 *adn.*

natu conloqui et ex auctoritate eorum consules dicere. Citatis Voturiae senioribus, datum secreto in Ouili cum iis conloquendi tempus. Seniores de tribus consulendum dixe- 12
runt esse, duobus plenis iam honorum, Q. Fabio et M. Marcello, et si utique nouum aliquem aduersus Poenos consulem creari uellent, M. Valerio Laeuino; egregie aduersus Philippum regem terra marique rem gessisse. Ita de tribus 13
consultatione data, senioribus dimissis iuniores suffragium ineunt. M. Claudium, fulgentem tum Sicilia domita, et M. Valerium absentes consules dixerunt. Auctoritatem praerogatiuae omnes centuriae secutae sunt. Eludant nunc anti- 14
qua mirantes: non equidem, si qua sit sapientium ciuitas quam docti fingunt magis quam norunt, aut principes grauiores temperantioresque a cupidine imperii aut multitudinem melius moratam censeam fieri posse. Centuriam uero iunio- 15
rum seniores consulere uoluisse quibus imperium suffragio mandaret, uix ut ueri simile sit parentium quoque hoc saeculo uilis leuisque apud liberos auctoritas fecit.

Praetoria inde comitia habita. P. Manlius Volso et L. **23**
Manlius Acidinus et C. Laetorius et L. Cincius Alimentus creati sunt. Forte ita incidit ut comitiis perfectis nuntiaretur 2
T. Otacilium, quem T. Manlio nisi interpellatus ordo comi-

11 cum iis C^x: cum uis π: cum his (hiis *J*) *BDAθald.* 12 terra marique πA^6*ald.*: *om. Aθ dett. aliq.* rem gessisse C^2 *Berolinensis* (rē cessisse M^4): recessisse *PC?R*M^1*?* (reg- *M*): res gessisse *BDA θald.* 13 Claudium *Madv. Em. p.* 377, *recte, cf.* 23. 14. 10: marcellus (-llu P^xC^x: -llum M^1*AJ.ald.*) claudium Π*J.ald.*: claudium marcellum *K Frob.* 1 (de uariatione ordinis glossema indicante *cf.* 27. 34. 3 *adn.*) 14 aut (principes) A^7*θald.*: ut π: *om. A* temperantioresque B^2*J Sigonius*: temperatioresque Π(-por- *D*)*K* censeam *Frob.* 2: censeant Π*θald.* 15 imperium suffragio (-gium *R*M^1*BD*: -giu *M*) π: imperii suffragium *Aθ dett. ald.* parentium quoque Π*ald.* (-tum *ald.*): parentum uero *θ* (*cf.* 29. 17. 15 *de* parentium *et* -tum)

23 1 Volso *Aldus*: Vulso *Sigonius et sic* Π*θ in c.* 28. 12 *et Fast. Cap. ad annos* 262 *et* 256 *a.C.n.* (*C.I.L.* I². 1, *p.* 24), *sed acta triumph. eadem aetate* (*circ.* 37 *a.C.n.*) *incisa* Volsci (*e.g. ad annum* 459 *a.C.n.*) *et simil.* Volsones *ad annum* 294 *a.C.n. praebent*: ualens Π*θ Edd. ante Ald.* 2 nisi *Aldus*: nis πM^1: iis *M* (manlius *M*; manlio M^1): mnis *B*: et omnis *A*: romnis *J*: ni omnis *K*: omnis ni *Edd. ante Ald.*

tiorum esset collegam absentem daturus fuisse uidebatur
3 populus, mortuum in Sicilia esse. Ludi Apollinares et priore anno fuerant et eo anno ut fierent referente Calpurnio prae-
4 tore senatus decreuit ut in perpetuum uouerentur. Eodem anno prodigia aliquot uisa nuntiataque sunt. In aede Concordiae Victoria quae in culmine erat fulmine icta decussaque ad Victorias quae in antefixis erant haesit neque inde
5 procidit; et Anagniae et Fregellis nuntiatum est murum portasque de caelo tacta, et in foro Subertano sanguinis riuos per diem totum fluxisse, et Ereti lapidibus pluuisse, et
6 Reate mulam peperisse. Ea prodigia hostiis maioribus sunt procurata et obsecratio in unum diem populo indicta et
7 nouendiale sacrum. Sacerdotes publici aliquot eo anno demortui sunt nouique suffecti: in locum M'. Aemili Numidae decemuiri sacrorum M. Aemilius Lepidus, in locum M. Pomponi Mathonis pontificis C. Liuius, in locum Sp.
8 Caruili Maximi auguris M. Seruilius. T. Otacilius Crassus pontifex quia exacto anno mortuus erat, ideo nominatio in locum eius non est facta. C. Claudius flamen Dialis quod exta perperam dederat flamonio abiit.

3 referente *Paulus Manutius et dett. unus*: repente (*sed* repēte *P*) Πθ: repetente M^1A^v praetore (*sed* pr) *PC*: populus romanus *RM*, *cf. e.g. c.* 15. 8 *adn.*: pretori romanus *B*: pretori (*uel* prae-) B^xD *Aθ* uouerentur $A^6θ$: mouerentur Π 4 antefixis *M*, *cf.* 34. 4. 4: antefixi *PCR*, *cf.* 27. 17. 12 *adn.*: antefixae B^2(-xęrant *B*)*D*(*sed* erat)*Aθ*(-xe *Aθ*)*Aldus*: arce fixae A^7*Lov.* 1 *Edd. plerique ante Ald.*: antefixo *Lipsius* 5 Anagniae *C*, *Aldus*: anagnia π^1 (angnia *P*) *Edd. ante Ald.*: auagnia *J*: a uagina *K* Fregellis C^3*θald.*: fragellis M^1 (*an* freg- *uel* freag- *uoluit?*): flagellis Π tacta *P*: tactas $Π^2$(-tus *D*)*θ Aldus fort. recte*: igne tactas *dett. Edd. ante Ald.* Subertano Π, *cf. It. Dial. p.* 391: subuertano *θ*: sudertano *Cluuierius ex Plin.* 3. 52, *ubi tamen* sub- *praebent codd.* Ereti A^v*ald.*: freti Π(*A?*): erepti *J* (fredi J^x *in marg.*): cereti *K* pluuisse Π*J*, *cf.* 30. 38. 8 *adn.*: pluisse *K* 6 Ea CM^2BDAK: a *PRM*: et *J* 7 aliquot CM^1DA^v: aliquod π: aliquanti *Aθ* demortui *PCR*: eo demortui *M*: eodem mortui R^2BD: mortui *Aθ* *dett. ald.* M'. (Aemili) *Sigonius ex C.I.L.* I². 1, *p.* 29 (*a.* 518): m̄ PRM^1BD^x: m. *CD?AJ*: *om. MK* sacrorum C^4R^2M *uel* M^1BD *Aθ*: acrorum *PCR* (*fort. M*) C. (Liuius) Π: cn. *θ* 8 C. (Claudius) Πθ: Q. (*duce Sigonio ad* 27. 21. 5) *Heusinger*, *fort. recte* flamonio Π: flaminio A^7*?θald. Drak.*, *cf.* 27. 8. 8 *adn.*

Per idem tempus M. Valerius Laeuinus temptatis prius 24
per secreta conloquia principum animis ad indictum ante ad
id ipsum concilium Aetolorum classe expedita uenit. Vbi 2
cum Syracusas Capuamque captas in fidem in Italia ⟨Sicilia⟩-
que rerum secundarum ostentasset, adiecissetque iam inde a 3
maioribus traditum morem Romanis colendi socios, ex qui-
bus alios in ciuitatem atque aequum secum ius accepissent,
alios in ea fortuna haberent ut socii esse quam ciues mallent:
Aetolos eo in maiore futuros honore quod gentium trans- 4
marinarum in amicitiam primi uenissent; Philippum eis et 5
Macedonas graues accolas esse, quorum se uim ac spiritus
et iam fregisse et eo redacturum esse ut non iis modo urbi-
bus quas per uim ademisset Aetolis excedant, sed ipsam
Macedoniam infestam habeant; et Acarnanas quos aegre 6
ferrent Aetoli a corpore suo diremptos restituturum se in
antiquam formulam iurisque ac dicionis eorum;—haec dicta 7
promissaque a Romano imperatore Scopas, qui tum praetor
gentis erat, et Dorimachus princeps Aetolorum adfirmaue-

24 2 captas A^7*θald. Frob.* 1. 2 : capitas N^5 (-itam *N qui et* siracusam *scripsit quod in* -as *mutat* N^5) : captam Π, *fort. recte, sed* captas *fort. ex Sp ortum est et cum oratoris ratione et consilio magis congruit. De* -m *et* -s *in P saepissime confusis cf.* 27. 17. 2 *et* 27. 40. 7 *adnn.* in fidem Π*θ* : in fidam C^4M^x (*uix* M^3) : ad fidem *Novák* Italia Siciliaque *Alschefski* (Sic. It.-que *iam* A^v *in marg. et ultro Gron.*) : italiaque (-quę *B*)πA^6(-lique *A?*)*θald., cf. c.* 11. 12 *et* 21. 60. 4 *adnn.* (*b*) secundarum] *post hanc uocem add.* statum *K*, euentum A^7 *Lov.* 5, successum *cod. Ber. ald., quae ob omissam uocem* Sicilia *addita sunt*: *nihil add.* Π*J* 3 adiecissetque C^3 *uel* C^4M^x(*u. adn. supra in* in fidem) *BDAθald.*: adiecisseque π, *cf.* 29. 2. 2 *adn.* 5 et eo Π*θ* : et breui eo *Luchs ed.* 1889 *dubitanter* redacturum *Gron.* : redactum Π*θ dett. ald.* : redactos *Frob.* 1 ademisset Π*θ Edd. ante Ald.* : ademissent *Aldus, quem posteri sequuntur* excedant Π*J ald.* : excedat *K* 6 iurisque ac dicionis (*uel* dit-) Π(dict- *D*)*θ* : *Retinemus* -que *dubitanter cum Madvigio* (*Em. p.* 377) *qui cupit sed non audet* facturum *post* eorum *addere*; *de* -que ac *pro* et . . . et *cf. e.g. Ouid. Metam.* 4. 429 *et Tac. Hist.* 3. 63 seque ac liberos, *quod uix sic apud Liuium reperire possumus nisi fort. in* 41. 28. 9 (*in tabula triumph. Ti. Gracchi anno* 174 *a.C.n.*) saluomque atque incolumem *legendum est*; *de sensu uocis* formulam *cum casu genetiuo cf.* 39. 26. 2, *sed fort. post* eorum *aliquid excidit, cf. c.* 11. 12 *adn.* (*b*); *sin contra* -que *delendum esse censeas, cf. c.* 11. 12 *adn.* (*a*)

runt auctoritate sua, minore cum uerecundia et maiore cum fide uim maiestatemque populi Romani extollentes.
8 Maxime tamen spes potiundae mouebat Acarnaniae. Igitur conscriptae condiciones quibus in amicitiam societatemque
9 populi Romani uenirent; additumque ut, si placeret uellentque, eodem iure amicitiae Elei Lacedaemoniique et Attalus et Pleuratus et Scerdilaedus essent, Asiae Attalus, hi Thra-
10 cum et Illyriorum reges; bellum ut extemplo Aetoli cum Philippo terra gererent; nauibus ne minus uiginti quinque
11 quinqueremibus adiuuaret Romanus; urbium Corcyrae tenus ab Aetolia incipienti solum tectaque et muri cum agris Aetolorum, alia omnis praeda populi Romani esset, darentque operam Romani ut Acarnaniam Aetoli haberent;
12 si Aetoli pacem cum Philippo facerent, foederi adscriberent ita ratam fore pacem si Philippus arma ab Romanis sociisque
13 quique eorum dicionis essent abstinuisset; item si populus Romanus foedere iungeretur regi, ut caueret ne ius ei belli in-
14 ferendi Aetolis sociisque eorum esset. Haec conuenerunt, conscriptaque biennio post Olympiae ab Aetolis, in Capitolio ab Romanis, ut testata sacratis monumentis essent sunt
15 posita. Morae causa fuerant retenti Romae diutius legati Aetolorum; nec tamen impedimento id rebus gerendis fuit. Et Aetoli extemplo mouerunt aduersus Philippum bellum, et Laeuinus Zacynthum—parua insula est propinqua Aetoliae;

7 auctoritate sua *PC Frob.* 1: auctoritatem suam $M^1A\theta$ *dett. ald.*: auctoritatem sua (*sed* -suam in ore) *RMBD* 9 additumque ut B^1(adi- *B*)$DA\theta$: additumque ui *P*: additumque iui P^2(*qui fort. nil nisi hasta diuidebat* -que *ab* ui)*R*: additumque huu (his C^4) *C*: ad titum qui ui *M* Pleuratus Π*ald.*, *cf. Polyb.* 10. 41. 4: pleoratus θ Scerdi-(-ni- *P*)-laedus (*uel*-ledus) π^1 *uel* π^2(-lenus *C*)θ(ser-), *cf. Polyb. l.c.*: scertilętus *M.ald.* hi (ii *K*: hii *J*) Thracum (trac- Πθ) Π *et* $P^x\theta$: tracum P^2: h -racum M^4 10 uiginti quinque (xxv) quinqueremibus $P\theta$: xx quinque remibus P^2 (*silente Luchsio*): xxv remibus *CRMBDA* 11 Corcyrae (*uel* -re) π (-cire *B*): Corcyra *Sabellicus* (-cira), *probante H. J. Mueller*, *fort. recte sed cf.* 44. 40. 8 12 foederi (fed- *B*) Π*ald.*: fidei A^7 *ut s.l.* θ fore *Muretus* ('ex msto' *Drak.*): eorum Πθ*ald.* 13 belli πA^x*Aldus*: bellum $A\theta$ *Edd. ante Ald.*

urbem unam eodem quo ipsa est nomine habet; eam praeter
arcem ui cepit—et Oeniadas Nassumque Acarnanum captas
Aetolis contribuit; Philippum quoque satis implicatum bello 16
finitimo ratus ne Italiam Poenosque et pacta cum Hannibale
posset respicere, Corcyram ipse se recepit.

Philippo Aetolorum defectio Pellae hibernanti allata est. **25**
Itaque quia primo uere moturus exercitum in Graeciam erat, 2
Illyrios finitimasque eis urbes ab tergo metu quietas ut
Macedonia haberet, expeditionem subitam in Oricinorum
atque Apolloniatium fines fecit, egressosque Apolloniatas
cum magno terrore ac pauore compulit intra muros. Vasta- 3
tis proximis Illyrici in Pelagoniam eadem celeritate uertit
iter; inde Dardanorum urbem Sintiam, in Macedoniam
transitum Dardanis facturam, cepit. His raptim actis, memor 4
Aetolici iunctique cum eo Romani belli per Pelagoniam et
Lyncum et Bottiaeam in Thessaliam descendit—ad bellum 5
secum aduersus Aetolos capessendum incitari posse homines
credebat—et relicto ad fauces Thessaliae Perseo cum quat-
tuor milibus armatorum ad arcendos aditu Aetolos, ipse 6
priusquam maioribus occuparetur rebus in Macedoniam
atque inde in Thraciam exercitum ac Maedos duxit. Incur- 7

15 et Oeniadas (*cf. c.* 25. 10) *Glareanus et Sigonius, cf. e.g. Polyb.* 9. 39. 2: et oloniadas π *dett. aliq. ald.* (*sed* -da): aetholoniadas (*uel* eth-) *CBDθ* Nassumque (-quae *RMB*) Πθ, *cf. c.* 21. 10
16 Philippum quoque Πθ: Philippumque *Weissenb., sed melius codd.*

25 2 eis *codd. Ber. et Voss. Frob.* 1: eius Π*Nθ dett. Aldus*: ei *Edd. ante Ald.* ab tergo *Salmasius*: saltergo *P*: salterno P^2R: alterno $R^xMBDA\theta$*ald.*: alieno *Frob.* 2 quietas ut *ANθald. Frob.* 1. 2 *Drak.*: quietas π *et Alschefski qui* ut *post* erat *supra inseruit, quod malit Johnson* Oricinorum *Sabellicus, cf. e.g.* 24. 40. 2: originorum πB^1 (-gion- *B*) 3 Sintiam *A. Rubens et Gron. ex Stephan. Byz.* (*cf. fort.* 45. 29. 7): sitam Πθ*ald.* (si|tam *P*) 4 Bottiaeam π*J*: boeotiam *C*: boetiam B^xA^xK: boliam *Edd. uet. nonnulli*
5 ad bellum Π^1(*correctura a* P^1 *ipso facta est, cf. Praef.* § 55)θ*ald.*: me ad bellum *P, unde pro* me *coniecerunt* inde *Alschefski,* unde *Harant* (*non male*), etenim *Madv.,* quippe *Koch, alia alii, sed et* me *illud ab uoce* secum *uidetur praesumptum esse, cf. c.* 5. 5 *et* 29. 5. 6 *adn., nec ab lingua Liuiana abhorret interiectio eiusmodi sine coniunctione*
6 Maedos *praeeunte Aldo Sigonius ex Polyb.* 10. 41. 4 (*cf. apud L.* 40. 21. 1): medos A^7?θ *Edd. ante Ald.*: uiaedos (uied- *A*) Π duxit π: eduxit *Aθald*

rere ea gens in Macedoniam solita erat, ubi regem occupa-
tum externo bello ac sine praesidio esse regnum sensisset.
8 Ad frangendas igitur ⟨uires gentis simul⟩ uastare agros et
urbem Iamphorynnam, caput arcemque Maedicae, oppu-
9 gnare coepit. Scopas ubi profectum in Thraciam regem
occupatumque ibi bello audiuit, armata omni iuuentute
10 Aetolorum bellum inferre Acarnaniae parat. Aduersus quos
Acarnanum gens, et uiribus impar et iam Oeniadas Nassum-
que amissa cernens Romanaque insuper arma ingruere, ira
11 magis instruit quam consilio bellum. Coniugibus liberisque
et senioribus super sexaginta annos in propinquam Epirum
missis, ab quindecim ad sexaginta annos coniurant nisi
12 uictores se non redituros; qui uictus acie excessisset, eum
ne quis urbe tecto mensa lare reciperet, diram exsecrationem
in populares, obtestationem quam sanctissimam potuerunt
13 aduersus hospites composuerunt; precatique simul Epirotas
sunt ut qui suorum in acie cecidissent eos uno tumulo con-
14 tegerent, adicerentque humatis titulum: 'Hic siti sunt

8 ⟨uires gentis simul⟩ *scripsimus* (uires *Madv.*, *et iam* eorum uires C^4): *ignorant* Π*θald. Frob.* 1. 2, *cf. c.* 6. 16 *adn.*, *sed pro* frangendas (Π) *praebent* (*ut nomen gentis*) Astragandas $A^7\theta$, Phragandas *Lov.* 1 (phrang-) *ald. Frob.* 1. 2 *Drak.*, *et dett. alii alia.* *Lineam cum* -das *incipit P et summo labore in eandem lineam* agros (*post* uastare) *coegit*; *tu igitur conicias lineas in archetypo sic ordinatas esse* ad frangen|das igitur uires gen|tis simul uastare agros; *quae cum usque ad uocem* igitur *scripsisset P uel nescioquis prior errauerunt oculi ab* -ur u- *superioris lineae in* -ul u- *inferioris, necnon illud errorem adiuuit quod duae lineae in* -gen *exierunt.* *Pro* frangendas *praebuit* frangendam *Alschefski* (*sc.* '*gentem*'), frangendos (*cum dett. tribus*) *Weissenb.* (*sc.* '*eos*'), *qua lectione accepta post* igitur *add.* spiritus *Friedersdorff*, *frustra* arcemque $CA\theta$: artemque π coepit M^2 *uel* M^7BD (cę *BD*): cepit πθ, *sed ut uid. et* o- *et* -re *uocis* oppugnare *et uocem* cepit *scripsit P uel* P^1 *supra lineam uelut scriptis in spatium artum coactis* 10 quos *Frob.* 1: quod *dett. aliq. ald.*: quod se Πθ, *qui error ex dittographia ortus est*, *cf. c.* 1. 4 *et* 27. 34. 5 *adn.* Oeniadas *cf. c.* 24. 15: moeniadas (-clas *A*) Πθ (men- *DAθ*) Nassumque Πθ (*u. c.* 24. 15) 11 super Π: supra *θald. Drak.* 13 adicerentque *Weissenb.*: adliberentque *PRM*: adhiberentque CM^2 *uel* $M^7BDA\theta ald.$, *sed* humatis titulum adhib. *vix Latinum est*, *cf. Madv. Em. p.* 378: adscriberentque *Gron.*: adderentque *Madv. l.c.* (*postea* affigerentque): adlinerentque *Rossbach*, *sed hoc uerbum notionem contemnentis habet*

Acarnanes, qui aduersus uim atque iniuriam Aetolorum pro
patria pugnantes mortem occubuerunt.' Per haec incitatis 15
animis castra in extremis finibus suis obuia hosti posuerunt.
Nuntiis ad Philippum missis quanto res in discrimine esset,
omittere Philippum id quod in manibus erat coegerunt
bellum, Iamphorynna per deditionem recepta et prospero
alio successu rerum. Aetolorum impetum tardauerat primo 16
coniurationis fama Acarnanicae; deinde auditus Philippi
aduentus regredi etiam in intimos coegit fines. Nec Philip- 17
pus, quanquam ne opprimerentur Acarnanes itineribus
magnis ierat, ultra Dium est progressus; inde cum audisset
reditum Aetolorum ex Acarnania, et ipse Pellam rediit.

Laeuinus ueris principio a Corcyra profectus nauibus **26**
superato Leucata promuntorio cum uenisset Naupactum,
Anticyram inde se petiturum edixit ut praesto ibi Scopas
Aetolique essent. Sita Anticyra est in Locride laeua parte 2
sinum Corinthiacum intranti; breue terra iter eo, breuis
nauigatio ab Naupacto est. Tertio ferme post die utrimque 3
oppugnari coepta est; grauior a mari oppugnatio erat quia
et tormenta machinaeque omnis generis in nauibus erant et
Romani inde oppugnabant. Itaque intra paucos dies recepta
urbs per deditionem Aetolis traditur: praeda ex pacto
Romanis cessit. Litterae Laeuino redditae consulem eum 4

14 occubuerunt π *Aldus*: oppetierunt *Aθ Edd. ante Ald.* 15 obuia Π: obuiam $A^7\theta$*ald.* 17 Dium Π(*A?*): deinde $A^7\theta$ *Lov.* 5 (*dett. alii alia*): Clinem *ald.*

26 1 petiturum *Aθald.*: piturum π: iturum C^x 2 *post* Anticyra *om. B* est . . . Corinthiacum *totum*: *praebet* B^2 Locride *ed. Rom.* 1469: locide (*uel* loci de) π$B^2\theta$*dett.*: Phocide *Cellarius* intranti; breue *P* (*sed* -tib|reue): intrantib; (*uel* -tibus) reue *RM*(*ubi litt.* -b *addita ab* M^1 *maior est ceteris litt.*)*BD*: intrantibus breue CB^2*ald.*: intrantibus breuis *Aθ*, *qui mox* breuis *omittunt* 3 mari M^2 *uel* $M^7BDA\theta$: mare π (*cf.* 27. 4. 13 *adn.*) deditionem $M^2B^xA\theta$: ditionem *PD*, *cf.* 27. 1. 11: diditionem π^2 ex pacto *PK.ald.*: ex naupacto $\pi^2 J$ *Sabellicus et Edd. uet. aliq.* (*de erroribus huiusmodi a* P^2 *inlatis cf.* 28. 8. 4 *adn.*) 4 litterae (-re *BD*) *hic ante* Laeuino *praebent* π, *post* L. *Aθ*, *cf. c.* 5. 17 *adn.*: *ante* litterae *add.* interim *Weissenb.*, ibi *Luchs*, *ambo frustra*

absentem declaratum et successorem uenire P. Sulpicium; ceterum diuturno ibi morbo implicitus serius spe omnium Romam uenit.

5 M. Marcellus cum idibus Martiis consulatum inisset, senatum eo die moris modo causa habuit professus nihil se absente collega neque de re publica neque de prouinciis
6 acturum: scire se frequentes Siculos prope urbem in uillis obtrectatorum suorum esse; quibus tantum abesse ut per se non liceat palam Romae crimina edita [ficta] ab inimicis
7 uolgare, ut ni simularent aliquem sibi timorem absente collega dicendi de consule esse, ipse eis extemplo daturus senatum fuerit. ubi quidem collega uenisset non passurum quicquam prius agi quam ut Siculi in senatum introducantur.
8 dilectum prope a M. Cornelio per totam Siciliam habitum ut quam plurimi questum de se Romam uenirent; eundem litteris falsis urbem implesse bellum in Sicilia esse ut suam
9 laudem minuat. Moderati animi gloriam eo die adeptus consul senatum dimisit, ac prope iustitium omnium rerum futurum uidebatur donec alter consul ad urbem uenisset.

10 Otium, ut solet, excitauit plebis rumores. Belli diuturnitatem et uastatos agros circa urbem, qua infesto agmine isset Hannibal, exhaustam dilectibus Italiam et prope quotannis
11 caesos exercitus querebantur, et consules bellicosos ambo uiros acresque nimis et feroces creatos qui uel in pace tran-

6 edita (edicta *BD*) ficta πA^6 *uel* A^7 : edicta facta *Aθ dett.* : edita fictaque *Sabellicus ald. Drak.* : edita *Madv. Em. p.* 378 *sq.*, *optime* : ficta *Ussing* : ementita *Luchs* 1879 : *alia alii* ; *si quis codd. lectionem tutari uelit*, densa obsita 1. 14. 7 *citando* (*cf.* 27. 16. 6), ficta edita *potius scribendum sit* 7 ni simularent πA^x : insimularent *Aθ* 9 iustitium (-tic- *D*) π *Aldus* : iustum iudicium *Aθ Edd. uet.* (*sed aliq.* iustum iustitium) 10 diuturnitatem A^x *Lov.* 3 *Haverkamp. Crevier* : diuturnitate Π *θald.* (*sed* ac *pro* et *J* : *om. K*), *cf. c.* 41. 12 exhaustam Π*J* : et haustam *K* : et exhaustam *ald. Drak.* prope *Gron.* : pro re Π*J Edd. ante Ald.* : per te *K* : pro rep. *Aldus* (*u. adn. sq.*) quotannis *Gron.* : quodannis *P* : quod (qđ *M*) cannis π^2 : quod cannensis *Aθ Edd. ante Ald.* : cannis *Aldus* caesos *Aldus* : caesus Π*θ* (ces- *K*) *Edd. ante Ald.* 11 ambo π, *cf. c.* 13. 7 *adn.* : ambos *BCAθ Edd. ante Gron.* acresque πA^v? : acres *Aθald. Drak.*

quilla bellum excitare possent, nedum in bello respirare
ciuitatem forent passuri. Interrupit hos sermones nocte **27**
quae pridie Quinquatrus fuit pluribus simul locis circa forum
incendium ortum. Eodem tempore septem tabernae quae 2
postea quinque, et argentariae quae nunc nouae appellantur,
arsere; comprehensa postea priuata aedificia—neque enim 3
tum basilicae erant—comprehensae lautumiae forumque
piscatorium et atrium regium; aedis Vestae uix defensa est 4
tredecim maxime seruorum opera, qui in publicum redempti
ac manu missi sunt. Nocte ac die continuatum incendium 5
fuit, nec ulli dubium erat humana id fraude factum esse
quod pluribus simul locis et iis diuersis ignes coorti essent.
Itaque consul ex auctoritate senatus pro contione edixit qui, 6
quorum opera id conflatum incendium, profiteretur, praemium fore libero pecuniam, seruo libertatem. Eo praemio 7
inductus Campanorum Calauiorum seruus—Manus ei nomen erat—indicauit dominos et quinque praeterea iuuenes nobiles Campanos quorum parentes a Q. Fuluio securi percussi erant id incendium fecisse, uolgoque facturos alia ni
comprendantur. Comprehensi ipsi familiaeque eorum. Et 8

27 2 quinque Πθ : ueteres *Muretus* (*et simili consilio praebet infra* nouem *K pro* nouae) 4 aedis *PC*, *cf.* 27. 11. 2 *et* 27. 37. 7 : aedes (*uel* ed-) *RMBAθ* : Caedes *D* 5 nocte ac die *PCR Aldus* : nocte et die *MBDAθ Edd. ante Ald.* : noctem ac diem *Wesenberg*, *sed cf.* 24. 20. 13 *et Madv. Em. p.* 487 *adn.* 6 incendium Πθ (*sed supra* ince- *in M uocem fort. v litt. add. aliquis quae mox erasa est*) : incendium esset *Madv. Em. p.* 380, *fort. recte, sed exemplum quod ibi citat non ita dissimile uidetur, cf.* 1. 59. 2 *et c.* 40. 10; *et si* esset *necessarium est, nonne ibi potius ubi* M^x *add. aliquid* (*ante* incendium) *addendum?* 7 praemio $\pi A^7\theta$: *om. A* Manus ei Π*J* : mannus ei *K.ald.* : Manio *Gron.* : Manius ei *Ruperti* et quinque $\pi A^x K$: et hi (hii *J*) quinque $A^7 J$: et i quinque *A?* Campanos (canp- *B*) πA^x *Aldus* : campanorum *DA∂ Edd. ante Ald.* a Q. $C^4 B^2 D$ *Aldus* : aque (*uel* aq:) π : a *BAθ Edd. ante Ald.* comprendantur π^2 (-und- *P ut uid.*) *et sic forma contracta P in c.* 12. 19; 28. 30. 4; 29. 21. 5; 30. 10. 5; 30. 21. 3 : comprehendantur *BDAθ*, *cf. in prima Decade* 1. 41. 1; 1. 51. 8; 3. 47. 6; 3. 48. 3 *et hic in* § 8 comprehensi. *Ex his et aliis exemplis conicere licet uerbi* prehendere *formam contractam a Liuio raro uel numquam usurpatam esse, uerbi compositi* (*in hac saltem Decade*) *saepissime. Et in longiore uoce forma contracta legi quam uocant phoneticae conuenit et sermoni cotidiano; consule sis e.g.* '*Making of Latin*' (1928), § 87. *Hic ad finem sententiae fort. maluit Liuius formam contractam ut clausulam Ciceronianam euadat* (*ut saepe in narratione sua, quamquam amat in orationibus*)

primo eleuabatur index indiciumque: pridie eum uerberibus castigatum ab dominis discessisse; per iram ac leuitatem
9 ex re fortuita crimen commentum. Ceterum ut coram coarguebantur et quaestio ex ministris facinoris foro medio haberi coepta est, fassi omnes, atque in dominos seruosque conscios animaduersum est; indici libertas data et uiginti milia aeris.

10 Consuli Laeuino Capuam praetereunti circumfusa multitudo Campanorum est obsecrantium cum lacrimis ut sibi Romam ad senatum ire liceret oratum, si qua misericordia tandem flecti possent, ne se ad ultimum perditum irent
11 nomenque Campanorum a Q. Flacco deleri sinerent. Flaccus sibi priuatam simultatem cum Campanis negare ullam esse: publicas inimicitias †hostilis† et esse et futuras, quoad
12 eo animo esse erga populum Romanum sciret; nullam enim in terris gentem esse, nullum infestiorem populum nomini Romano. ideo se moenibus inclusos tenere eos, quia si qui euasissent aliqua, uelut feras bestias per agros uagari
13 et laniare et trucidare quodcunque obuium detur; alios ad Hannibalem transfugisse, alios ad Romam incendendam profectos. inuenturum in semusto foro consulem uestigia
14 sceleris Campanorum; Vestae aedem petitam et aeternos

11 hostilis et π : hostilis *Aθ* : hostis et C^1 *uel* C^2M : et hostiles *ald.* : *seclusit* hostiles *Ussing, probante olim Madv.* (*Em. p.* 379) *et nunc Johnsonio, qui hanc uocem ut gloss. pro* eo animo *in linea archetypi inferiore insertam et perperam hic supra inclusam esse censet. Excidisse aliquid rati* hostilis ⟨erga urbis ciuis (-es)⟩ et (*Johnson*) *temptabamus, quo facilius phrasi* eo animo esse *suppleretur subiectum, quod mihi ipsi etiam nunc placet* erga πA^x : *om.* *Aθ* : in *ald.* 12 nullum (infestiorem) *Aθ* : nullam π quia Π*J* : q (*i e.* quod) *K* : *secl. Madv. Em. p.* 380 : quippe *Friedersdorff, bene, si quid mutare uelis, sed cf.* 2. 13. 8; 33. 45. 7, *quorum locorum neutri nobis conuenire uidetur Madvigii formula* (*l.c.*) *de 'sententiis reapse ex aequo positis', quae ad* 4. 3. 3; 4. 51. 4; *Cic. Clu.* § 138 *et similia satis quadrat. Illam potius nos rationem hic et in* 2. 13. 8 *subesse iudicamus quod si in Orat. Recta tota sententia staret, clausula haec Indicatiuum praeberet ut pro uero ab locutore ipso proposita.* Ideo *ad praecedentia referre* (*nisi* -que *uel* enim *inseras*) *poetarum sermoni aptius uidetur, neque hic ad argumentum aeque conducat* aliqua Π*ald.* : aliquo *θ* : aliquas C^4

ignes et conditum in penetrali fatale pignus imperii Ro-
mani. se minime censere tutum esse Campanis potestatem
intrandi Romana moenia fieri. Laeuinus Campanos, iure 15
iurando a Flacco adactos quinto die quam ab senatu re-
sponsum accepissent Capuam redituros, sequi se Romam
iussit. Hac circumfusus multitudine, simul Siculis obuiam 16
egressis secutisque Romam, praebuit ⟨dolentis speciem dua-
rum⟩ clarissimarum urbium excidio, ac celeberrimis uiris
uictos bello accusatores in urbem adducentis. De re publica 17
tamen primum ac de prouinciis ambo consules ad senatum
rettulere.

Ibi Laeuinus, quo statu Macedonia et Graecia, Aetoli, **28**
Acarnanes Locrique essent, quasque ibi res ipse egisset terra
marique, exposuit: Philippum inferentem bellum Aetolis 2
in Macedoniam retro ab se compulsum ad intima penitus

14 ignes $C^4BDA\theta$: si ignes *C* (*et fort.* si *add.* D^x *quod postea erasum est*) : sines *PRM* (sine sed cond- *M*) in penetrali $A^7\theta$*ald.* : inpetrabili (imp- *D*) π : in penetrabili *A* 16 secutisque Romam, praebuit *Weissenb.* : seculisque (sic- C^2R^2MBDAJ *dett.*) romam praebuit Π*J dett.* : *om. K. Locum castigare temptabant* (i) *Valla* (*et* A^v), potestatem Romam adeundi fecit et nonnullis (*uel* aemulis) *audacter scribendo, quem secuti sunt* (*uocibus tamen* et nonnullis *uel* aem- *om.*) *post eum Edd. ante Sigon.*, (ii) *Sigonius qui* Romam peruenit *scripsit*, (iii) *Gron. qui* Aetolisque Romam praeiuit, *qui omnes et* adducens *infra praebent et* ac *ante* celeberrimis *om.* (a *pro* ac *Valla*) dolentis speciem duarum *Johnson, M. Muellerum secutus* (*qui* sp. dol. du. *inseruit*), *lineas sic in Puteani exemplari se habuisse suspicatus* praebuit dolentis|speciem ii claris|simarum urbium *etc.*, *oculosque Puteani ab* -is|s- *in* -is|s- *deerrasse, cf. c.* 6. 16 *adn* .(*c*) : *nesciunt* Πθ : *add. post* praebuit *nihil Edd. ante Weissenb.* (*u. adn. praec.*), speciem questuri de *Harant et Weissenb.*, speciem querentis de *Madv.* 1882, *bene*, speciem dolentis *Luchs* 1889 (*iam* ac *infra omittentes add.* speciem *Koehler et Luchs* 1879 *ante* praebuit, *et* formam *pro* Romam *ccniecerat Madv. Em. p.* 379 *sqq.*) ac celeberrimis (acceberrimus *B*) πB^2 (*sed* -us) : a celeberrimis C^3A^v *Valla* : *del.* ac *Sabellicus et alii* (*u. supra*), *sc. ut* excidio *a* celeberrimis *penderet* : ac celeberrimi nominis *dubitanter Weissenb.* (*cf.* 27. 40. 6), *bene si duplex statuenda est corruptio, sed cf. Vell.* 2. 17. 2 *et Tac. Ann.* 2. 88 *al.* adducentis $PCRA^x$: adducentes R^2MBDAJ : adducens C^3(*silet* A^v)*K Edd. usque ad Drak.*, *u. supra*

28 2 penitus $P^4CB^2DA\theta$: renitus *PRM* : prenitus *B*

regni abisse, legionemque inde deduci posse; classem satis
3 esse ad arcendum Italia regem. Haec de se deque prouincia, cui praefuerat, consul: tum de prouinciis communis relatio fuit. Decreuere patres ut alteri consulum Italia bellumque cum Hannibale prouincia esset, alter classem cui T. Otacilius praefuisset Siciliamque prouinciam cum L.
4 Cincio praetore obtineret. Exercitus eis duo decreti qui in Etruria Galliaque essent; eae quattuor erant legiones; urbanae duae superioris anni in Etruriam, duae quibus Sul-
5 picius consul praefuisset in Galliam mitterentur. Galliae et legionibus praeesset quem consul cuius Italia prouincia esset
6 praefecisset: in Etruriam C. Calpurnius post praeturam prorogato in annum imperio missus. Et Q. Fuluio Capua pro-
7 uincia decreta prorogatumque in annum imperium; exercitus ciuium sociorumque minui iussus ut ex duabus legionibus una legio, quinque milia peditum et trecenti equites essent,
8 dimissis qui plurima stipendia haberent, et sociorum septem milia peditum et trecenti equites relinquerentur, eadem ratione stipendiorum habita in ueteribus militibus dimitten-
9 dis. Cn. Fuluio consuli superioris anni nec de prouincia Apulia nec de exercitu quem habuerat quicquam mutatum; tantum in annum prorogatum imperium est. P. Sulpicius collega eius omnem exercitum praeter socios nauales iussus
10 dimittere est. Item ex Sicilia exercitus cui M. Cornelius praeesset ubi consul in prouinciam uenisset dimitti iussus.
11 L. Cincio praetori ad obtinendam Siciliam Cannenses mili-
12 tes dati, duarum instar legionum. Totidem legiones in Sardiniam P. Manlio Volsoni praetori decretae, quibus L.

3 fuit Π*ald.* : fuerat θ 4 qui in *CM²B²Aθald.* : quin π eae *M²ald.* : ee *A* : ea π : hee *J* : he *K* 6 prorogato *C⁴M⁷A⁶ ald.* : rogato Πθ 8 et ccc equites (relinq-) Πθ : et cccc equites *Weissenb.*, *fort. recte* ratione *P*[1] (*qui per punctum et* -e *delebat*) *CM¹BDAθ* : rationes *PRM* habita Π*ald.* : inita θ 11 Cincio *ald.*, *cf.* 27. 5. 1 : quinctio (*uel* quintio) Πθ praetori *M² uel M⁷ald.* : pr. *PC* : per *RBD* : p *M* : *om.* *Aθ* 12 Volsoni *scripsimus* : uulsoni Πθ*ald.*, *cf. c.* 23. 1 *adn.*

Cornelius in eadem prouincia priore anno praefuerat. Vrbanas legiones ita scribere consules iussi ne quem militem facerent qui in exercitu M. Claudi M. Valeri Q. Fului fuisset, neue eo anno plures quam una et uiginti Romanae legiones essent. 13

His senatus consultis perfectis sortiti prouincias consules. 29
Sicilia et classis Marcello, Italia cum bello aduersus Hannibalem Laeuino euenit. Quae sors, uelut iterum captis 2
Syracusis, ita exanimauit Siculos, exspectatione sortis in consulum conspectu stantes, ut comploratio eorum flebilesque uoces et extemplo oculos hominum conuerterint et postmodo sermones praebuerint. Circumibant enim sena- 3
torum ⟨domos⟩ cum ueste sordida, adfirmantes se non modo suam quosque patriam, sed totam Siciliam relicturos si eo Marcellus iterum cum imperio redisset. nullo suo merito 4
eum ante implacabilem in se fuisse: quid iratum quod Romam de se questum uenisse Siculos sciat facturum? obrui Aetnae ignibus aut mergi freto satius illi insulae esse quam uelut dedi noxae inimico. Hae Siculorum querellae domos 5
primum nobilium circumlatae celebrataeque sermonibus, quos partim misericordia Siculorum, partim inuidia Marcelli excitabat, in senatum etiam peruenerunt. Postulatum a 6
consulibus est ut de permutandis prouinciis senatum consulerent. Marcellus si iam auditi ab senatu Siculi essent aliam

13 fuisset *Aθ* : fuissent *πald., cf.* 27. 17. 4 *adn.* : *om. D*
29 1 sortiti *DAθald.* : sortirii *PR* : sortiri *CMB* : sortiri iussi *Weissenb. dubitanter* (sortiri pr. c. iussi *Cod. Hafn.*) 3 circumibant *π* : circuibant *MBAθ, cf.* 27. 15. 13 *adn.* senatorum domos *Weissenb.* (dom. sen. *Riemann*) : senatorum *π* (*et* circum *pro* cum *praebet D*) : senatorium *Aθ* : senatum R^3 *uel* $R^2M^2A^x$*ald.* quosque *Madv. Em. pp.* 381 *sqq.* : quemque *Valla* A^v *Gron.* : quisque *Πθald. Drak., sed loci quales* 4. 31. 2; 33. 35. 1; 39. 49. 3 *uix cum hoc loco comparandi sunt ubi* quisque *nominatiuus ex uerbo* relicturos *pendere oporteat, et in Sall. Iug.* 18. 3 quisque *pro* quibusque *uidetur stare* sed M^2B(set)*DAθ* : et *π, cf.* 21. 33. 7 *adn.* 4 mergi $\Pi^1\theta$: merui *P* 5 querellae *cf. Praef.* § 30 *et Praef. Liui* § 12 *adn.* : querelae *θ* : quaerellae *π* (-elae *M* : -ele *D*) sermonibus $\Pi^1\theta$: seruionibus *P* 6 ab (a *K*) senatu $\pi C^3R^1\theta$ (-ato P^1CR)

7 forsitan futuram fuisse sententiam suam dicere: nunc ne
quis timore frenari eos dicere posset quo minus de eo libere
querantur in cuius potestate mox futuri sint, si collegae nihil
8 intersit mutare se prouinciam paratum esse, deprecari senatus praeiudicium; nam cum extra sortem collegae optionem
dari prouinciae iniquum fuerit, quanto maiorem iniuriam,
immo contumeliam esse, sortem suam ad eum transferri?
9 Ita senatus cum quid placeret magis ostendisset quam decreuisset, dimittitur. Inter ipsos consules permutatio prouinciarum rapiente fato Marcellum ad Hannibalem facta
10 est, ut ex quo primus post ⟨aduersissimas haud⟩ aduersae
pugnae gloriam ceperat, in eius laudem postremus Romanorum imperatorum prosperis tum maxime bellicis rebus
caderet.

30 Permutatis prouinciis Siculi in senatum introducti multa
de Hieronis regis fide perpetua erga populum Romanum
2 uerba fecerunt, in gratiam publicam auertentes: Hieronymum ac postea Hippocraten atque Epicyden tyrannos cum
ob alia, tum propter defectionem ab Romanis ad Hannibalem inuisos fuisse sibi. ob eam causam et Hieronymum a
principibus iuuentutis prope publico consilio interfectum,
3 et in Epicydis Hippocratisque caedem septuaginta nobilissi-

7 posset Π*Nθ* : possit *J. H. Voss, fort. recte sed cf. App. II ad Liui Lib. II Cantab.* 1901 *editum et* 27. 17. 14 *adn.* potestate π*A^x Aldus* : potestatem *ANθ Edd. ante Ald.* 8 extra sortem . . . iniquum] *has uoces bis scripsit P* (*cf.* 29. 1. 23 *adn.*), *in priore scripto* sortum (sortem *P^1 uel P^2*), dare, inicum *praebens, in posteriore* sortem, dari, iniquum : *uoces* inicum *usque ad* prouinciae *del. P^2* dari *P* (*u. adn. praec.*) *et Gron.* (*de codice P silens*) : dare Π (*i.e. in scripto codicis P a P^2 comprobato*) *θ Edd. ante Gron.* 9 decreuisset Π^1 *uel potius* Π^2 : decresset *P, fort. recte* 10 primus π : primum *ANθ Edd. ante Sabellicum, cf.* 27. 30. 12 *adn.* aduersissimas haud *Madv. Em. p.* 382, *optime uestigiis Alschefskii et Weissenbornii insistens* : *ignorant* Π*Nθ* (*linea ob* ὁμ. *deperdita, cf. c.* 6. 16 *adn.*), post aduersae pugnae *tantum scribentes* (*sed* gloriam pugnae *ANθ, cf. c.* 5. 17) (*unde* post ad-am pugnam *C^2*, aduersae pugnae (*sine* post) *ald. Drak.*, post tot aduersas secundae pugnae *Alschefski*, post aduersa secundae pugnae *Hertz*, post aduersissimas secundae pugnae *Weissenb., alia alii*)

30 2 postea Π*Nθ* (*sed nescioquid* (da ?) *supra* po- *in P scriptum est*) prope *ald.* : pro Π*N dett. Edd. uet. aliquot* : *om. $M^7A^x\theta$*

3 LXX Π*θ, sed in* 25. 23. 6 *dant codd.* LXXX

morum iuuenum coniurationem factam; quos Marcelli mora
destitutos quia ad praedictum tempus exercitum ad Syra-
cusas non admouisset indicio facto omnes ab tyrannis inter-
fectos. eam quoque Hippocratis et Epicydis tyrannidem 4
Marcellum excitasse Leontinis crudeliter direptis. nunquam 5
deinde principes Syracusanorum desisse ad Marcellum
transire pollicerique se urbem cum uellet ei tradituros; sed
eum primo ui capere maluisse; dein cum id neque terra 6
neque mari omnia expertus potuisset, auctores traditarum
Syracusarum fabrum aerarium Sosim et Moericum Hispa-
num quam principes Syracusanorum habere, totiens id
nequiquam ultro offerentes, praeoptasse, quo scilicet iustiore
de causa uetustissimos socios populi Romani trucidaret ac
diriperet. si non Hieronymus ad Hannibalem defecisset, 7
sed populus Syracusanus et senatus, si portas Marcello
Syracusani publice et non oppressis Syracusanis tyranni
eorum Hippocrates et Epicydes clausissent, si Carthaginien-
sium animis bellum cum populo Romano gessissent, quid 8
ultra quam quod fecerit nisi ut deleret Syracusas facere
hostiliter Marcellum potuisse? certe praeter moenia et 9
tecta exhausta urbis ac refracta ac spoliata deum delubra dis
ipsis ornamentisque eorum ablatis nihil relictum Syracusis
esse. bona quoque multis adempta ita ut ne nudo quidem 10
solo reliquiis direptae fortunae alere sese ac suos possent.

4 et Epicydis (epycidis *MBD*) π: atque epicydis (*uel* -idis) *ANθ ald. Drak.* 5 desisse P^1 *ut uid.* $CR^2AN\theta$: dedisse π
9 certe Π*ald.*: *om.* θ urbis ac refracta] *his uocibus* (*sed uide adn. sq.*) *incipiunt Rhenani adnn. ex Sp citantis, cf. Praef.* § 88 ac refracta ac spoliata *P* (*duplicatum* ac *inuenies e.g. in* 10. 28. 17; 24. 9. 10): et refracta *Sp? Frob. 2, quos* (*sed* ac ref.) *sequi uoluit Walters* (*de omissis a Sp uocibus cf.* 27. 39. 12 *adn.*): (*post* urbi π^1 *uel* π^2: urbis PC^2 *uel* C^1 *Aθald.*) sacra fracta ac spoliata Π^1 *uel* $\Pi^2\theta ald.$ dis *PCR, cf.* 4. 15. 7 *et* 28. 28. 11 *adnn.*: diis R^2 *uel* $R^1MBDA\theta$ ablatis $M^7A^x\theta ald.$ *Frob.* 1. 2: ablatio π: ablationi *C*
10 nudo π (undo *D*) *θald. Frob.* 1. 2: in nudo *Madv., Ablatiui quem uocant circumstantialem neglegens* reliquiis (reliis *Sp*) direptae fortunae *Sp Frob. 2 cui in parte iterata consentit P, qui tamen* reliquis | direptae fortuitautne | nudo quidemsolore | liquiis direptae fortu|nae *scripsit* (*cf. c.* 29. 8 *et* 29. 1. 23 *adn.*) *unde* reliquis direptae fortunae P^x *et C*: reliquis direptae (-te *M*: -tis M^7K) nae (ne R^2 *MBDAθ*) $\pi^2\theta$: reliquis direptis A^v*ald.* alere *P et* $P^4?C^4M^2$ *uel* $M^7BDA\theta ald.$ *Frob.* 1. 2: alacre P^2RM: alacres *C*

orare se patres conscriptos ut, si nequeant omnia, saltem quae compareant cognoscique possint restitui dominis
11 iubeant. Talia conquestos cum excedere ex templo ut de
12 postulatis eorum patres consuli possent Laeuinus iussisset, 'Maneant immo' inquit Marcellus, 'ut coram iis respondeam, quando ea condicione pro uobis, patres conscripti, bella gerimus ut uictos armis accusatores habeamus duae⟨que⟩ captae hoc anno urbes Capua Fuluium reum, Marcellum Syracusae habeant.'

31 Reductis in curiam legatis tum consul 'Non adeo maiestatis' inquit 'populi Romani imperiique huius oblitus sum, patres conscripti, ut, si de meo crimine ambigeretur, consul
2 dicturus causam accusantibus Graecis fuerim; sed non quid ego fecerim in disquisitionem uenit, quem quidquid in hostibus feci ius belli defendit, sed quid isti pati debuerint. Qui si non fuerunt hostes, nihil interest nunc an uiuo Hierone
3 Syracusas uiolauerim; sin autem desciuerunt a populo Romano, si legatos nostros ferro atque armis petierunt, urbem

10 compareant *Sp Frob.* 1. 2: comparent π*Aldus*: compari *A*θ (-periri *K*): comparere *Edd. ante Ald.* 11 ex templo (-tim- *MBD*) $Π^2$θ*ald.*: et templo *P*: templo *Frob.* 2 12 immo *Sp Frob.* 2 (imo maneant *hic*): *om.* Πθ*ald.* duaeque *scripsimus*, -q. *ante* c- *perditum et particulam* -que *exempli addendi uim habuisse rati* (*Angl.* '*and in particular*', *Germ.* '*und zwar*'), *cf. e.g. c.* 19. 7 rettulitque: duae Πθ, *cf. c.* 11. 12 *adn.* (*c*): et duae *Ussing*

31 1 Reductis A^6J^2K*.ald. Frob.* 1. 2: eductis Π*J Lov.* 1. 2. 3. 4. 5 dicturus M^7θ*ald. Frob.* 1. 2: deuicturus Π 2 quem quidquid (*sed* quicq-) in hostibus feci ius belli defendit (-dendi *Sp*: -dit *Rhen.*) sed quid *Sp Frob.* 2: sed quid θ *Lov.* 3. 5 *ald.*: nam quidquid Π (nam *pro* quem *fort. rectum esse suspicatur Johnson*), *xxxvii litteris ob* -quid | -quid (*i.e. ii lineis*) *deperditis, cf. c.* 51. 8 *adn.*: quam quid *Gron.*, *probante olim Madv. Em. p.* 383 *qui supra* tam *post* sed non *add.* isti pati] *hoc fere ex loco* '*ingentem saltum fecit librarius*' *codicis Sp, neque ante c.* 41. 18 (auspiciisque) *rursus lectiones citat Rhen., cf. Praef.* § 88 nunc an A^7θ*ald. Frob.* 1. 2: nunc a $π^2$: nun a *P*: nunc *C* 3 a populo Romano, si *Madv.* (*iam* a p. R. *Fabrius*: a p. R. ac *Alschefski*): *om.* A^xθ*ald. Frob.* 1. 2: portas P^x (*an* P^1?) *et CRMBDA*: portasi (*ut uid.*) *P*, *unde coniecit* ⟨a nobis, hostibus nostris aperuerunt⟩ portas *Boettcher*, ⟨a p. R., hostibus aperuerunt⟩ portas *Weissenb.*, *quorum uestigiis insistens* ⟨a p. R., p-i R-i hostibus aperuerunt⟩ portas *ipse temptaueram cum credere mallem aliquid excidisse quam in codd.* IV^i *uel* V^i *saeculi* a po.r. si *in* portasi *esse corruptum. Monet tamen Johnson hostium mentionem hic uix desiderari et exempla* '*architectonici*' *illius studii non deesse in Puteano, cf. e.g.* 27. 31. 1 Annibali pacto *pro* Naupacto *et u. sis* 22. 41. 7; 27. 20. 8 *adnn.*

ac moenia clauserunt exercituque Carthaginiensium aduer-
sus nos tutati sunt, quis passos esse hostilia cum fecerint
indignatur? Tradentes urbem principes Syracusanorum 4
auersatus sum; Sosim et Moericum Hispanum quibus tan-
tam crederem rem potiores habui. Non estis extremi
Syracusanorum, quippe qui aliis humilitatem obiciatis: quis 5
est uestrum qui se mihi portas aperturum, qui armatos
milites meos in urbem accepturum promiserit? Odistis et
exsecramini eos qui fecerunt, et ne hic quidem contumeliis
in eos dicendis parcitis; tantum abest ut et ipsi tale quic-
quam facturi fueritis. Ipsa humilitas eorum, patres con- 6
scripti, quam isti obiciunt maximo argumento est me
neminem qui nauatam operam rei publicae nostrae uellet
auersatum esse. Et antequam obsiderem Syracusas, nunc 7
legatis mittendis, nunc ad conloquium eundo temptaui
pacem, et posteaquam neque legatos uiolandi uerecundia
erat nec mihi ipsi congresso ad portas cum principibus re-
sponsum dabatur, multis terra marique exhaustis laboribus
tandem ui atque armis Syracusas cepi. Quae captis accide- 8
rint apud Hannibalem et Carthaginienses uictos iustius
quam apud uictoris populi senatum quererentur. Ego, 9
patres conscripti, Syracusas spoliatas si negaturus essem,
nunquam spoliis earum urbem Romam exornarem. Quae
autem singulis uictor aut ademi aut dedi, cum belli iure
tum ex cuiusque merito satis scio me fecisse. Ea uos rata 10

3 fecerint $\pi^2 B^1$(-unt *B*)θ: fecerint ino *P* (*sc. ex uoce sq.*) 4 sum *C. ald. Frob.* 1. 2: sim π rem *hic add. Boettcher*, *ante* tantam $A^7\theta$ *Lov.* 5, *post* tantam *Lov.* 3 *ald. Frob.* 1. 2: *ignorant* Π, *unde* tantum *pro* tantam *coni. Gron.* Non Π*ald. Frob.* 1. 2: nec θ 5 ne hic *ald. Frob.* 1. 2: ne his (hiis *J*) Πθ 6 nostrae Π*ald. Frob.* 1. 2: uestrae θ uellet *Gron.*: uelitet π: uelit $A\theta$*ald. Frob.* 1. 2 7 dabatur $CM^1BDA\theta$*ald. Frob.* 1. 2: dabantur PR^1(-bunt- *R*)*M*, *cf.* 28. 6. 11 *adn.* 8 acciderint Πθ*ald. Frob.* 1. 2: acciderunt *Ussing* uictos C^x *per ras.*, *Douiatius*: uicto se π: uictos se (sese *Edd.*) M^2BD $A\theta$ *Edd. ante Ald.*: uictosque *Aldus*: uictos secum *Gron.* 9 exornarem C^4M^7 *in marg.* *BD* (*sed* -ret) $A\theta$: exortem π scio me $P^xM^7DA\theta$: socio me π: socione *M*

habeatis, patres conscripti, necne, magis rei publicae interest quam mea. Quippe mea fides exsoluta est: ad rem publicam pertinet ne acta mea rescindendo alios in posterum segnio-
11 res duces faciatis. Et quoniam coram et Siculorum et mea uerba audistis, patres conscripti, simul templo excedemus, ut me absente liberius consuli senatus possit.' Ita dimissi Siculi et ipse in Capitolium ad dilectum discessit.

32 Consul alter de postulatis Siculorum ad patres rettulit. Ibi cum diu sententiis certatum esset et magna pars senatus,
2 principe eius sententiae T. Manlio Torquato, cum tyrannis bellum gerendum fuisse censerent hostibus et Syracusanorum et populi Romani, et urbem recipi, non capi, et receptam legibus antiquis et libertate stabiliri, non fessam
3 miseranda seruitute bello adfligi; inter tyrannorum et ducis Romani certamina praemium uictoris in medio positam urbem pulcherrimam ac nobilissimam perisse, horreum atque aerarium quondam populi Romani, cuius munificentia ac donis multis tempestatibus, hoc denique ipso Punico bello
4 adiuta ornataque res publica esset; si ab inferis exsistat rex Hiero fidissimus imperii Romani cultor, quo ore aut Syracusas aut Romam ei ostendi posse, cum, ubi semirutam ac spoliatam patriam respexerit, ingrediens Romam in uestibulo urbis, prope in porta, spolia patriae suae uisurus sit? —
5 haec taliaque cum ad inuidiam consulis miserationemque Siculorum dicerentur, mitius tamen decreuerunt patres:

10 necne *Lov.* 3. 4 *ald. Frob.* 1. 2: ne Πθ: nec M^7A^1: et C^4 mea fides *PCR*(*et ald. Frob.* 1. 2 *sed* mea quippe fides): fides R^2M *BDAθ* 11 dimissi Siculi *C*, *Alschefski*: dimissis siculi *PRM*, *cf. c.* 40. 14 *adn.*: dimissis siculis M^7*BDAθald. Frob.* 1. 2

32 1 sententiis *Gron.*, *cf. e.g.* 27. 6. 9: de sententiis (sentiis *M*) Πθ *ald. Frob.* 1. 2: diuersis sententiis *Koch*, *sed* de *illud uel ex* se- *male lecto uel ob constructionem uocis* certare *non intellectam ortum erit* 2 principe Π*ald. Frob.* 1. 2: a principe θ *ed. Rom.* 1469 stabiliri *Frob.* 1. 2: stabilire Πθ *ald.*, *cf.* 27. 4. 13 *adn.* bello Π*ald. Frob.* 1. 2: et bello θ *Lov.* 5 3 certamina *BDAθ*: certam iā (*uel* iam) π: certam̄ iam M^7 4 imperii (-rio *P*) Romani P^x *et iam antea ut uid.* P^1, *Aθ*: imperio romano π^2 5 mitius $\pi M^2\theta$: minutius *M*

acta M. Marcelli quae is gerens bellum uictorque egisset rata 6 habenda esse, in reliquum curae senatui fore rem Syracusanam, mandaturosque consuli Laeuino ut quod sine iactura rei publicae fieri posset fortunis eius ciuitatis consuleret. Missis duobus senatoribus in Capitolium ad consulem uti 7 rediret in curiam et introductis Siculis, senatus consultum recitatum est; legatique benigne appellati ac dimissi ad 8 genua se Marcelli consulis proiecerunt obsecrantes ut quae deplorandae ac leuandae calamitatis causa dixissent ueniam eis daret, et in fidem clientelamque se urbemque Syracusas acciperet. Potens senatus consulto consul clementer appellatos eos dimisit.

Campanis deinde senatus datus est, quorum oratio mi- **33**
serabilior, causa durior erat. Neque enim meritas poenas 2 negare poterant, nec tyranni erant in quos culpam conferrent, sed satis pensum poenarum tot ueneno absumptis, tot securi percussis senatoribus credebant: paucos nobilium 3

6 acta M. *Weissenb.*, *optime*: ctam *P*: tam (*A?*)Π^2 (*sed* cam *M*): cām (*i.e.* causam) $A^7\theta$: causa M^6(cā)*ald. Frob.* 1. 2 esse *K.ald. Frob.* 1. 2: et se ΠJ: et A^x reliquum $BDA\theta$: relicum P^1C: relictum *PRM* fore *CM? uel* M^1? *et* M^6 (*qui in ras. et* -e *et* r- *uocis insequentis scripsit*) $BDA\theta$: fere *PR et M?* ut quod *Alschefski*: ui quod *P* (*cf. e.g.* 28. 4. 2 *adn.*): quod Π^2 *uel* Π^1, *Gron.*: quo A^6: quidem si θ: quoad *Edd. ante Gron.* 8 obsecrantes $A\theta$*ald. Frob.* 1. 2: et (eum M^7) obsecrantes (ops- *P*) π, *u. adn. sq. et cf. de* et *insiticio* 27. 4. 12 *adn. et* (*de* -que) *c.* 11. 12 *adn.* (*a*): orantes et obsecrantes *Weissenb.* (*sed melius uel* or. obs. *uel* or. atque obs.) clientelamque P^1 *ut uid.* $CM^7A^7\theta$: et clientelamque PR^1(-tal- *R*)*M*(-quae) *BA*: et clientelam *D* Potens senatus consulto (*i.e.* sōc) *Walters*: potens oc (hoc *M*: ōc *B*) Π: potens c C^x: postea C^3: post haec (*uel* hec *uel* h') $M^8A^7\theta$*ald. Frob.* 1. 2, *cf.* 6. 37. 8 *adn.*: potens sui *Alschefski*, *cf.* 26. 13. 14: potens irae *Weissenb.*: potens uoti *Zingerle*: pollicens hoc *Boettcher, optime quidem ad sensum*; *sed pro Waltersio cf.* potens praeda 1. 33. 5, potens fauore 3. 19. 3 (*cf. etiam* hoc decreto armatus 4. 53. 8) *et de* sōc (*uel* s̄. c̄.) *corrupto cf.* 10. 1. 3; 27. 25. 2 *et* 3; 29. 15. 11 (socii *pro* s̄ c̄); 29. 36. 11; 30. 26. 12 *et huius libri c.* 15. 8, *etc.*

33 2 meritas ΠN^2(-ta *N*)θ*ald. Frob.* 1. 2: meritos *Duker*, *sed cf.* 8. 7. 12 *adn.* conferrent (-ferent *R*) π *Aldus*: deferrent $BDAN\theta$ *Edd. ante Ald.*

superstites esse, quos nec sua conscientia ut quicquam de se grauius consulerent impulerit nec uictoris ira capitis damnauerit; eos libertatem sibi suisque et bonorum aliquam partem orare ciues Romanos, adfinitatibus plerosque et propinquis iam cognationibus ex conubio uetusto iunctos.

4 Summotis deinde e templo paulisper dubitatum an arcessendus a Capua Q. Fuluius esset—mortuus enim post captam Claudius consul erat—ut coram imperatore qui res gessisset, sicut inter Marcellum Siculosque disceptatum

5 fuerat, disceptaretur. Dein cum M. Atilium C. Fuluium fratrem Flacci legatos eius et Q. Minucium et L. Veturium Philonem item Claudi legatos qui omnibus gerendis rebus adfuerant in senatu uiderent nec Fuluium auocari a Capua

6 nec differri Campanos uellent, interrogatus sententiam M. Atilius Regulus, cuius ex iis qui ad Capuam fuerant maxima

7 auctoritas erat, 'In consilio' inquit 'arbitror me fuisse consulibus Capua capta cum quaereretur ecqui Campanorum

8 bene meritus de re publica nostra esset. Duas mulieres compertum est Vestiam Oppiam Atellanam Capuae habi-

3 superstites esse $A^7N^3\theta$*ald. Frob.* I. 2: superior esse *P, cf. c.* 35. 6: superiores esse Π^2(*A?*)*N*: *ex lectione Puteani coni.* super iis esse *Gron., mire,* superesse *Alschefski, bene, sed* superstites *illud ex Spirensiano fonte fort. ortum melius est quam ut ab emendatore excogitatum esse credas, cf.* § 9   nec (uictoris) $M^7A\theta$*ald. Frob.* I. 2: ne π   eos Π*θ*: os *N*: eo se *Harant* (*qui post* R-os *sententiam claudit*), *fort. recte, sed si* eos *tutandum est fort. significabit* '*cum tales essent*', *nam negari non potest inter oratores hic fuisse* paucos nobilium   bonorum $CM^7BDAN\theta$: bononum *PRM*   iam *Frob.* 2: iam iam Π*Nθald.* (*cf.* § 14 *et* 27. 44. 1 *adn.*): iam etiam *Gron.*: etiam *Madv.* (*Em. p.* 384), *sed adhuc unum tantum exemplum* 10. 38. 2 *cognouimus ubi uocum* etiam *et* et *iunctura in codd. Liuianis admodum probabilis est. Cf.* 27. 10. 4; 28. 18. 5 *adnn.*   4 consul erat $CM^7BDAN\theta$: consuleret *PRM*   ut coram $A^7\theta$*ald. Frob.* I. 2: coram Π*N*   sicut π*Nθald. Frob.* I. 2: sicut et *M*, *non male*   5 fratrem *ald. Frob.* I. 2: fratres Π*θ*, *cf.* 27. 17. 1 *adn.*   et Q. *P*: et que *C*: atque *RM BDAθ*(*sed* atque leg. eius M. *K*)*ald.*: ac Q. *Frob.* 2   adfuerant (*sed* aff-) *C.ald. Frob.* I. 2: anfuerant π: an̄ (*uel* ante) fuerant *AJ*: interfuerant *K*   uellent $C^4BDA^7\theta$*ald. Frob.* I. 2: uellet π   7 ecqui *C*: equi *PRM*: qui *BDAθ*: et qui C^4: ecquis *ald. Frob.* I. 2

tantem et Paculam Cluuiam quae quondam quaestum corpore fecisset, illam cottidie sacrificasse pro salute et uictoria populi Romani, hanc captiuis egentibus alimenta clam suppeditasse: ceterorum omnium Campanorum eun- 9
dem erga nos animum quem Carthaginiensium fuisse, securique percussos a Q. Fuluio fuisse magis quorum dignitas inter alios quam quorum culpa eminebat. Per senatum agi 10
de Campanis, qui ciues Romani sunt, iniussu populi non uideo posse, idque et apud maiores nostros in Satricanis factum esse cum defecissent ut M. Antistius tribunus plebis prius rogationem ferret sisceretque plebs uti senatui de Satricanis sententiae dicendae ius esset. Itaque censeo cum 11
tribunis plebis agendum esse ut eorum unus pluresue rogationem ferant ad plebem qua nobis statuendi de Campanis ius fiat.' L. Atilius tribunus plebis ex auctoritate senatus 12
plebem in haec uerba rogauit: 'Omnes Campani Atellani Calatini Sabatini qui se dediderunt in arbitrium dicionemque populi Romani ⟨Q.⟩ Fuluio proconsuli, quosque una 13
secum dedidere quaeque una secum dedidere agrum urbemque diuina humanaque utensiliaque siue quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri uelitis uos rogo, Quirites.'

8 Paculam, *cf. It. Dial. p.* 204: fauculam (flau *D*) Π*θald.*: faculam J^1 *in marg., cf. Val. Max.* 5. 2. 1 *ubi* Cluuia Facula *uel* Falcula *nominatur* sacrificasse πM^7*θ* (-sset *RM*) 9 Fuluio fuisse A^7 *θald. Frob.* 1. 2, *quod emendationem non redolet, cf.* § 3: fului | cisse *P*: fuluio (flu- *B*) uicisse π$^2B^2$: Fuluio esse *Gron.* 10 Satricanis (*bis*) A^7*θ* satrianis (*bis*) Π *Lov.* 1. 3: sutrianis *ald. Frob.* 1. 2 sisceretque *Gron.*: sciretque Π*θ Edd. ante Gron., cf.* 27. 1. 11 *adn.* 11 qua π*ald. Frob.* 1. 2: quā *C*: qui *Aθ* 12 Q. (Fuluio) *Madv.*: *nesciunt* Π*θ Edd. uet.* 13 quosque una secum dedidere quaeque una secum dedidere *P*, *recte ut in huiusmodi formulis* (*cf. e.g. Tab. Iguuinas* VI, *It. Dial.* § 365): *del.* -didere quaeque una secum dedi- P^1 *uel* P^2 *sed rursus* -di- *illud alterum restituit* quosque una secum dedidere *praebens, quem secuti sunt* CR^1(dedere *R*)*MBD*(*om.* una)*Aθ Edd. ante Mog.*: quaeque una secum (secum una *ed. Mog.*) dedidere *Ed. Mog.* 1518 *Aldus, quibus consentit Madv.* quosque—dedidere *delens* de iis *PCR.ald. Frob.* 1. 2: de his R^2*MBDAK*: de hiis C^4J fieri CR^2*MBDAθ*: fiere *PR* uelitis Π*θ*: uelitis iubeatis *Luchs* 1889, *ex* § 14 *et Gell.* 5. 19. 9

14 Plebes sic iussit: 'Quod senatus iuratus, maxima pars,
censeat, qui adsient, id uolumus iubemusque.'

34 Ex hoc plebei scito senatus consultus Oppiae Cluuiaeque
primum bona ac libertatem restituit: si qua alia praemia
2 petere ab senatu uellent, uenire eas Romam. Campanis in
familias singulas decreta facta quae non operae pretium est
3 omnia enumerare: aliorum bona publicanda, ipsos liberos-
que eorum et coniuges uendendas, extra filias quae enupsis-
4 sent priusquam in populi Romani potestatem uenirent: alios
in uincula condendos ac de iis posterius consulendum:
aliorum Campanorum summam etiam census distinxerunt
5 publicanda necne bona essent: pecua captiua praeter equos
et mancipia praeter puberes uirilis sexus et omnia quae solo
6 non continerentur restituenda censuerunt dominis. Cam-
panos omnes Atellanos Calatinos Sabatinos, extra quam qui
eorum aut ipsi aut parentes eorum apud hostes essent,
7 liberos esse iusserunt, ita ut nemo eorum ciuis Romanus aut
Latini nominis esset, neue quis eorum qui Capuae fuisset
dum portae clausae essent in urbe agroue Campano intra
8 certam diem maneret; locus ubi habitarent trans Tiberim
qui non contingeret Tiberim daretur: qui nec Capuae nec in
urbe Campana quae a populo Romano defecisset per bellum
9 fuissent, eos cis Lirim amnem Romam uersus, qui ad Ro-

14 quod $C^4A\theta$*ald. Frob.* I. 2: quo π: quos *D* adsient *Cobet* (*iam* adsid *i.e.* adsit *Klockius*): adsidens (ass- *D*θ) Πθ*ald. Frob.* I. 2: adsidetis '*e uet. lib.*' *Sigonius*, *Drak.*: adsidet C^4. *De forma antiqua in formulis retenta cf.* 27. 43. 9 *et* I. 24. 3 *adnn.* iubemusque R^x *MBD* (lib-) *A*θ.: iubemusqueque (-que quę *CR*) *PCR*, *cf.* iam iam § 3
34 1 plebei scito B^2DA *Gron.*: plebe scito π: plebis scito M^7A^7: plebiscito $C^4\theta$*ald.* Oppiae *cf. c.* 33. 8 (*ubi* Opp- *codd.*): appiae (*uel* -ie) Π*N*θ uenire eas Π*N*θ *Edd.*, *quod si sanum est* (*i.e. si* iussit *uel* placuit *supplendum*) *cf. fort. Cic. Phil.* 11. 12. 30 *et Liui* 22. 61. 3. 2 familias Π: falerias θ 4 summam Π(*M uel* M^1)θ: summa *Duker* (*sic fort. M*) 5 uirilis sexus $CM^2A\theta$*ald. Frob.* I. 2: uiriles sexus π: uirile secus *Iac. Gron.*, *fort. recte*, *cf. c.* 47. 1 censuerunt $A^7\theta$*ald. Frob.* I. 2: censuerint (-rit *D*) Π dominis $C^4BA\theta$: dominus π 7 esset PCA^5*ald. Frob.* I. 2: set *R*: sed *MBDAJ*: *om. K* intra Πθ: ultra *Wesenberg* 8 Capuae M^2A^1 N^4 *ut s. l.* θ*ald. Frob.* I. 2: captae Π(*A?*)*N*

manos transissent priusquam Capuam Hannibal ueniret, cis
Volturnum emouendos censuerunt, ne quis eorum propius
mare quindecim milibus passuum agrum aedificiumue
haberet. qui eorum trans Tiberim emoti essent, ne ipsi 10
posteriue eorum uspiam pararent haberentue nisi in Veiente
Sutrino Nepesinoue agro, dum ne cui maior quam quin-
quaginta iugerum agri modus esset. Senatorum omnium 11
quique magistratus Capuae Atellae Calatiae gessissent bona
uenire Capuae iusserunt: libera corpora quae uenum dari
placuerat Romam mitti ac Romae uenire. Signa statuas 12
aeneas quae capta de hostibus dicerentur, quae eorum sacra
ac profana essent ad pontificum collegium reiecerunt. Ob 13
haec decreta maestiores aliquanto quam Romam uenerant
Campanos dimiserunt; nec iam Q. Fului saeuitiam in sese,
sed iniquitatem deum atque exsecrabilem fortunam suam
incusabant.

Dimissis Siculis Campanisque dilectus habitus. Scripto 35
deinde exercitu de remigum supplemento agi coeptum; in 2
quam rem cum neque hominum satis nec ex qua pararentur
stipendiumque acciperent pecuniae quicquam ea tempestate
in publico esset, edixerunt consules ut priuatim ex censu 3
ordinibusque, sicut antea, remiges darent cum stipendio
cibariisque dierum triginta. Ad id edictum tantus fremitus 4

10 posteriue $A^{x}\theta$*ald. Frob.* 1. 2: posterius Π: posteri *N*: posterique N^{5} *ut credo* in Veiente *Alschefski*: in ueniente (-iten- *B*: -ien- B^{2}) agros (agro $B^{2}DA?N$) Π*N* (agro *praesumpto et* s- *duplicato*): in ueiente agros M^{7}: agros *C*, *spatio ante relicto*, *sed* domos uel agros *ante* nisi *add.* C^{4}: in ueiente aut $A^{x}N^{2}\theta$(-uey- *K*)*ald. Frob.* 1. 2 *Drak.* ne cui $A^{7}\theta$(*sed* nec ui *K*)*ald. Frob.* 1. 2: ne ui *P*: ne qui Π^{1} *uel* Π^{2} (*A?*) 11 Calatiae *Frob.* 1. 2 (*ex* § 6 *ubi* Cal- *codd.*): galatiae A^{7} (-ie)*ald.*: galeae *P*: galetae (-lat- *B*) $\pi^{2}B^{2}$ uenum dari *PR*: uenundari $CR^{2}MBDA\theta$

35 1 exercitu $M^{2}BA\theta$*ald.*: exercitus π, *cf. c.* 40. 14 *adn.* remigum *CD*(-emig- *in ras.*)$A\theta$*ald.*: regimum π 2 quam $\pi^{2}\theta$*ald.*: aqua *PRM* (*infra pro* ex qua *praebet M* ex aqua) 3 consules $\Pi^{2}R^{x}$ (-lles *R*): consunt consules *P* priuatim Πθ *Aldus*: priuati *Frob.* 1: priuato *Edd. ante Ald.* cibariisque *ald. Frob.* 1. 2: dariisque Π: dari his(hiis *J*)que $C^{4}J$: dapibusque *K*

hominum, tanta indignatio fuit ut magis dux quam materia seditioni deesset: secundum Siculos Campanosque plebem Romanam perdendam lacerandamque sibi consules sump-
5 sisse. per tot annos tributo exhaustos nihil reliqui praeter terram nudam ac uastam habere. tecta hostes incendisse, seruos agri cultores rem publicam abduxisse, nunc ad militiam paruo aere emendo, nunc remiges imper-
6 ando; si quid cui argenti aerisue fuerit, stipendio remigum et tributis annuis ablatum. se ut dent quod non habeant nulla ui nullo imperio cogi posse. bona sua uenderent; in corpora quae reliqua essent saeuirent; ne unde rediman-
7 tur quidem quicquam superesse. Haec non in occulto, sed propalam in foro atque oculis ipsorum consulum ingens turba circumfusi fremebant; nec eos sedare consules nunc
8 castigando, nunc consolando poterant. Spatium deinde iis tridui se dare ad cogitandum dixerunt; quo ipsi ad rem in-
9 spiciendam ⟨et⟩ expediendam usi sunt. Senatum postero die habuerunt de remigum supplemento; ubi cum multa disseruissent cur aequa plebis recusatio esset, uerterunt orationem eo ut dicerent priuatis id seu aequum seu iniquum
10 onus iniungendum esse; nam unde, cum pecunia in aerario non esset, paraturos nauales socios? quomodo autem sine classibus aut Siciliam obtineri aut Italia Philippum arceri posse aut tuta Italiae litora esse?

4 tanta Π*ald. Frob.* I. 2: tantaque *θ* magis *R²MBDAθ*: mage *PCR* 5 rem publicam (*uel* rē *uel* rem p̄.) Π (*sed* R. P. *A*) *ald. Frob.* I. 2: romani populi *A⁷θ* imperando *C et ut uid. C¹BDA θald.*: imperam *P*(-rā|)*RM*: imperatos *Mˣ* (*uix M⁷*) 6 se ut dent *Pθald. Frob.* I. 2: seu (sue *B*) dent π²*B²*: suadent *C⁴* superesse *A⁷θald. Frob.* I. 2: superior esse *P*, *cf. c.* 33. 3: superiores esse Π²(*A?*) 7 circumfusi π*ald. Frob.* I. 2: circumfusa *A*(*uel* -si *A*: -sa *Aˣ?*)*θ* eos (sedare) *C⁷?BDAθald. Frob.* I. 2: eo π consolando *CR¹MBDAθ* (consul- *PR*) 8 iis (hiis *K*) tridui *θ et duce Sigonio 'e uet. lib.' Gron.*: iis tribui *PCMˣ* (*uix M⁷*): his tribui (-bin *B*) *C⁴BDA*: instribui *RM*: his tribuni *A⁶?*: his tribuere *ald. Frob.* I. 2 (*qui* -que *post* dare *addunt*) et *Alschefski*: *ignorant* Π*J*, *cf. c.* II. 12 *adn.* (*c*): *addunt* -que *post* exped. *K.ald. Frob.* I. 2, *Drak.*, *fort. recte* 9 cur aequa (curae qua *CRM*: cur ae- *M⁵*) π*ald. Frob.* I. 2: cum *B*: cum aequa (equa *Aθ*) *B²DAθ*

Cum in hac difficultate rerum consilium haereret ac prope 36
torpor quidam occupasset hominum mentes, tum Laeuinus
consul: magistratus senatui et senatum populo, sicut honore 2
praestet, ita ad omnia quae dura atque aspera essent sub-
eunda ducem debere esse. 'Si quid iniungere inferiori uelis, 3
id prius in te ac tuos si ipse iuris statueris, facilius omnes
obedientes habeas; nec impensa grauis est, cum ⟨ex⟩ ea plus
quam pro uirili parte sibi quemque capere principum uident.
Itaque ⟨si⟩ classes habere atque ornare uolumus populum 4
Romanum, priuatos sine recusatione remiges dare, nobismet
ipsis primum imperemus. Aurum argentum ⟨aes⟩ signatum 5
omne senatores crastino die in publicum conferamus, ita ut
anulos sibi quisque et coniugi et liberis, et filio bullam et
quibus uxor filiaeue sunt singulas uncias pondo auri relin-
quant: argenti qui curuli sella sederunt equi ornamenta et 6
libras pondo, ut salinum patellamque deorum causa habere

36 2 praestet $A^7\theta$*ald. Frob.* 1. 2: praestent (*sed* -stent tita *PR*: -stent ita P^1C) π(*A?*), *minus bene, seu per lapsum calami* (*cf.* -ent *pro* -et 27. 17. 4 *adn.*) *seu de industria mutatum est*: praestitit (-stetit R^3) R^3*MBD* essent Πθ (*sed* ẽet *i.e.* esset *CJ*): sint *I. H. Voss, sed* essent *pro* erunt *Orat. Rectae scriptum est, cf. App. II ad Liui Lib. II Cantab.* 1901 *editum et* 27. 17. 14 *adn.* ducem (duem *D*) Πθ*ald. Frob.* 1. 2: duces *Crevier* (*qui supra* praestent *retinuit*) 3 Si quid π$R^1\theta$*ald. Frob.* 1. 2: quid (*post spat. uel ras.*) *R*: si quod *Madv. Em. p.* 385, *omittens* si *infra, fort. recte* in te C^xA^7(*in ras. ubi et* ac tuos *erasum est*)θ*ald. Frob.* 1. 2: ante Π(*A?*) si *hic* (*post* tuos) *add.* $A^7\theta$*ald. Frob.* 1. 2: *ignorant* Π *neque inserit Madv., cf. supra*: *add.* si *ante* id *Hertz ab ordine Liuiano aberrans* (*et fort. post* prius *addidit uel addere incipiebat C*: *del.* C^4) ex ea *ed. Par.* 1513, *bene si* capere *pro* pati *ut in* 5. 20. 2 *interpretaris* (*cf. etiam* 2. 65. 5; 10. 5. 6): ea Π *Edd. ante ed. Par.*: eam $A^7\theta$ uident π *Aldus*: uideant *M*: uiderint *Lov.* 3 *Edd. ante Ald.*: uiderit θ 4 ⟨si⟩ classes *Madv. Em. p.* 386 (classes si *uel* classem si *Alschefski*): classes Πθ, *quos sequitur Gron., signum interrogationis post* dare *addens*: ut classem *ald. Frob.* 1. 2 (*cf. adn. sq.*). *Si Madvigium sequi nolis, fort. ante* uolumus *inseras* si habere atque *C*(*ut uid. sed* habẽ atquę)M^7A^v *Gron.*: habeatque (-quę B^2D) πB^2J: habeat populusquę *B*: habeat quam (quas *K*) *K ald. Frob.* 1. 2, *cf supra* populum Romanum (*sed* -nu' *A*) M^5A *Gron.*: pr. PCA^v: populus (-luc *D*) romanus $RMB^2D\theta$*ald. Frob.* 1. 2: romanus *B, cf. supra* imperemus (*uel* inp-) $CM^1BDA\theta$: pere-mus *PRM* 5 aes *add. ed. Mog.* 1518 *ex* § 8: *ignorant* Πθ *dett.* omne *Gron.*: omnes Πθ (*sc.* s- *duplicato*) 6 et libras *P* (*cf. c.* 47. 7 *adn.*): *fort.* et ⟨ii⟩ libras *legendum est* (*cf.* 29. 28. 10 *adn.*) salinum A^v *Valla et ald.*: alinum *P*: alignum P^2CR: lignum $R^2MB^2DA\theta$: lignumque *B*: ad ignem C^4: culignam *Lipsius*

7 possint: ceteri senatores libram argenti tantum: aeris signati quina milia in singulos patres familiae relinquamus:
8 ceterum omne aurum argentum aes signatum ad triumuiros mensarios extemplo deferamus nullo ante senatus consulto facto, ut uoluntaria conlatio et certamen adiuuandae rei publicae excitet ad aemulandum animos primum equestris
9 ordinis, dein reliquae plebis. Hanc unam uiam multa inter nos conlocuti consules inuenimus; ingredimini dis bene iuuantibus. Res publica incolumis et priuatas res facile saluas praestat: publica prodendo tua nequiquam serues.'
10 In haec tanto animo consensum est ut gratiae ultro con-
11 sulibus agerentur. Senatu inde misso pro se quisque aurum argentum et aes in publicum conferunt, tanto certamine iniecto ut prima aut inter primos nomina sua uellent in publicis tabulis esse ut nec triumuiri accipiundo nec
12 scribae referundo sufficerent. Hunc consensum senatus equester ordo est secutus, equestris ordinis plebs. Ita sine edicto, sine coercitione magistratus nec remige in supplementum nec stipendio res publica eguit; paratisque omnibus ad bellum consules in prouincias profecti sunt.

37 Neque aliud tempus belli fuit quo Carthaginienses Romanique pariter uariis casibus immixti magis in ancipiti spe

9 facile $M^5\theta$*ald. Frob.* 1. 2 : facite π(*A?*), *sed in codice M* -e *illud insolitam habet formam ut fort.* -o *M ipsum uoluisse conicere liceat* : facere A^7? : factae *D* (*qui* res p. . . . priuatas *om.*) 10 consensum $CM^7BDA\theta$: consensu *PRM*, *cf. c.* 41. 12 *adn.* 11 argentum πθ*ald. Frob.* 1. 2 (*sed om.* et *ante* aes *Aldus, non male*) : et argentum *C*, *sed* aurum argentum (*cf. c.* 47. 7) *fort. exemplum est Asyndeti more antiquo usitati* (*cf.* 22. 29. 11 *et* 27. 16. 6 *adnn.*), *cui* et aes *ut aliud adicitur* aut *Madv. Em. p.* 385 : ut *P* (*quod retinere uolt Friedersdorff deleto* ut prima) : *om.* $\Pi^2\theta$*ald. Frob.* 1. 2, *cf. de dittographiae falsa suspicione* 29. 7. 7 *adn.* tabulis esse $BDA\theta$*ald. Frob.* 1. 2 : tabulis tabulis sese *P* : tabulis sese π^1 12 coercitione A^x *Gron.* : coercitationem (*sed* -ne *BDA* : -nē *P*) π : coertione (coh- θ) $C\theta$: coertatione *M* : cohortatione (coor- M^7) M^7 *ald. Frob.* 1. 2 remige *C ut uid.* $A^x\theta$*ald.* : remiges π, *cf. c.* 40. 14 *adn.* : remigibus C^4

37 1 aliud *K Lov.* 2, *Perizonius* : aliud magis Π*J.ald. Frob.* 1. 2, *unde alterum* magis *infra secludere uoluit Sigonius, non male, sed hunc potius ad locum* (*post* aliud) *additurus erat corrector* immixti $MA^x\theta$ *Edd. ante Ald.* : immixtis (*uel* inm-) πM^1 *Aldus, uix recte*

ac metu fuerint. Nam Romanis et in prouinciis hinc in 2
Hispania aduersae res, hinc prosperae in Sicilia luctum et
laetitiam miscuerant, et in Italia cum Tarentum amissum 3
damno et dolori, tum arx cum praesidio retenta praeter
spem gaudio fuit, et terrorem subitum pauoremque urbis 4
Romae obsessae et oppugnatae Capua post dies paucos
capta in laetitiam uertit. Transmarinae quoque res quadam 5
uice pensatae: Philippus hostis tempore haud satis oppor-
tuno factus, Aetoli noui adsciti socii Attalusque Asiae rex,
iam uelut despondente fortuna Romanis imperium orientis.
Carthaginienses quoque Capuae amissae Tarentum captum 6
aequabant, et ut ad moenia urbis Romanae nullo prohibente
se peruenisse in gloria ponebant, ita pigebat inriti incepti,
pudebatque adeo se spretos ut sedentibus ipsis ad Romana 7
moenia alia porta exercitus Romanus in Hispaniam ducere-
tur. Ipsae quoque Hispaniae quo propius spem uenerant 8
tantis duobus ducibus exercitibusque caesis debellatum ibi
ac pulsos inde Romanos esse, eo plus ab L. Marcio tumul-
tuario duce ad uanum et inritum uictoriam redactam esse
indignationis praebebant. Ita aequante fortuna suspensa 9
omnia utrisque erant, integra spe, integro metu, uelut illo
tempore primum bellum inciperent.

Hannibalem ante omnia angebat quod Capua pertinacius **38**

3 dolori $P^2CRA^7\theta$: dololori *P*: dolore R^3 *uel* R^2MBD(-lere)*A?* arx *Aldus* 1521: ara *P* (*de* x *et* a *confusis cf. c.* 51. 8; 27. 25. 14; 27. 46. 11; 27. 49. 2): arcem π^2: arce $M^1?BDA^7\theta$ *Edd. usque ad Ald.* 4 ob-(op- *PR*: ob- R^2)sessae (*uel* -se) et oppugnatae (*uel* -te) π*ald*: obsessa et oppugnata *DAθ* Capua *DAθald. Frob.* 1. 2: capuae (-ue *B*) π 5 uelut *Aθ Frob.* 1: uel π*ald.*, *cf* 10. 19. 16 *adn.*: *om.* *M* 6 Capuae amissae *P*: capuae amissae[t] (*sic*) P^2, *unde* capuae (-ua $CB^1DA\theta$) amissa (adm- *J*) et *CRMBDAθ*: capuam amissam et M^7*ald. Frob.* 1. 2 pigebat $\pi M^7A\theta$: pigebant *RM* 8 Ipsae $M^7BDA\theta$*ald.*: ipsa π spem *θald. Frob.* 1. 2: spe Π, *cf. c.* 41. 12 *adn.* eo plus $C^4M^7A^v$ *ed. Rom.* 1469: eo pl. i. bus *PC*: eo p̄l. ibus *RMBDA?*: eo tempore $A^7\theta$ *Lov.* 3. 5: eo p. r. *Lov.* 4 (*et dett. alii alia*) indignationis *ed. Rom.* 1469: indignationes Π*θ dett.* 9 utrisque M^7: utriusque Π: utrinque A^7 *uel* $A^6\theta$*ald. Frob.* 1. 2, *fort. recte*

oppugnata ab Romanis quam defensa ab se multorum
2 Italiae populorum animos auerterat, quos neque omnes
tenere praesidiis nisi uellet in multas paruasque partes
carpere exercitum quod minime tum expediebat poterat,
nec deductis praesidiis spei liberam uel obnoxiam timori
3 sociorum relinquere fidem. Praeceps in auaritiam et crude-
litatem animus ad spolianda quae tueri nequibat, ut uastata
4 hosti relinquerentur, inclinauit. Id foedum consilium cum
incepto tum etiam exitu fuit. Neque enim indigna patien-
tium modo abalienabantur animi, sed ceterorum etiam;
5 quippe ad plures exemplum † quam † pertinebat; nec con-
sul Romanus temptandis urbibus sicunde spes aliqua se
ostendisset deerat.

6 Salapiae principes erant Dasius et Blattius, Dasius Hanni-
bali amicus; Blattius quantum ex tuto poterat rem Roma-
nam fouebat et per occultos nuntios spem proditionis
fecerat Marcello; sed sine adiutore Dasio res transigi non
7 poterat. Multum ac diu cunctatus, et tum quoque magis
inopia consilii potioris quam spe effectus, Dasium appellabat;
at ille, cum ab re auersus, tum aemulo potentatus inimicus,
8 rem Hannibali aperit. Arcessito utroque Hannibal cum pro
tribunali quaedam ageret mox de Blattio cogniturus, starent-
que summoto populo accusator et reus, Blattius de prodi-
9 tione Dasium appellat. Enimuero ille, uelut in manifesta re,

38 4 quam Π*J*: *om. K*: quam calamitas *ald. Frob.* 1. 2 *quos sequi malit Johnson*: *ipse lineam amissam ratus* (*cf. c.* 6. 16 *adn.*) quam ⟨perpessio malorum⟩ *temptaui.* Damnum, pernicies, clades, pestis, malum *ab aliis* (*post* quam) *coniecta sunt. Voluerat Walters codicem K sequi. Cf. de* quam *insiticio* 7. 12. 5 *adn.*, *ubi* 8. 36. 10 *addendum erat. Vix tamen credibile nobis uidetur ut glossema sine Substantiuo additum esse* quam   7 et (tum) Π*θ ald. Frob.* 1. 2: est *Madv. Em. p.* 386, *sensum uocis* et *in hoc loco neglegens. Cf. contra Madvigii adn. ad* 21. 25. 9, *ubi recte codd. lectionem castigat*   appellabat Π*θ ald.*: appellat *Madv. l. c.*, *uix necess.*; *haesitationem aliquam depingit Imperfectum*   8 appellat *Madv.*, *recte hic ut credimus, et corruptio hic facilior fuit post* § 7 *supra*: appellabat Π*θ ald.* (*Ussing* 1886)   9 in manifesta re *ald. Frob.* 1. 2: in manitestare (*uocibus aliter ab aliis diuisis*) π (-manu- *D*): in mani (*ceteris ab* C^x *erasis*) *C*: inmaniter instare *θ et dett. alii alia*: in manu rem stare A^5?

exclamat sub oculis Hannibalis secum de proditione agi.
Hannibali atque eis qui aderant quo audacior res erat, minus
similis ueri uisa est: aemulationem profecto atque odium 10
esse, et id crimen adferri quod, quia testem habere non
posset, liberius fingenti esset. Ita inde dimissi sunt. Nec 11
Blattius ante abstitit tam audaci incepto quam idem obtun-
dendo, docendoque quam ea res ipsis patriaeque salutaris
esset, peruicit ut praesidium Punicum—⟨quingenti⟩ autem
Numidae erant—Salapiaque traderetur Marcello. Nec sine 12
caede multa tradi potuit. Longe fortissimi equitum toto
Punico exercitu erant. Itaque, quamquam improuisa res
fuit nec usus equorum in urbe erat, tamen armis inter
tumultum captis et eruptionem temptauerunt et, cum euadere 13
nequirent, pugnantes ad ultimum occubuerunt, nec plus
quinquaginta ex his in potestatem hostium uiui uenerunt.
Plusque aliquanto damni haec ala equitum amissa Hannibali 14
quam Salapia fuit; nec deinde unquam Poenus, quo longe
plurimum ualuerat, equitatu superior fuit.

39 Per idem tempus cum in arce Tarentina uix inopia tolera-
bilis esset, spem omnem praesidium quod ibi erat Romanum
praefectusque praesidii atque arcis M. Liuius in commeatibus
ab Sicilia missis habebant, qui ut tuto praeterueherentur oram 2
Italiae, classis uiginti ferme nauium Regii stabat. Prae-
erat classi commeatibusque D. Quinctius, obscuro genere 3

10 posset Π*θald.* : potuisset *Frob.* 2: possit *Madv. Em. p.* 386 (sit *infra cum Gron. retinens*) fingenti esset. Ita A^7 : fingendi esset ita *θ Lov.* 5 (libertas *hic pro* liberius) : fingentisitia *P*, *unde* fingenti sit ita *Gron.*, *sed in breui eiusmodi oratione* esset (*cum* posset *supra*) *usitatius* : fingentis (*sed* -ti *C*) ita Π^2(*A?*), *sed fort.* fingenti ita P^2, *qui* -i- (*ante* -a) *certe sed non* (*ut Luchs ait*) -ia *deleuit* : fingeretur. ita *ald. Frob.* 1. 2 11 tam $C^x M^x A$*θald.* : tament *PR* : tamen ⋝ R^x : tamen (*uel* tam̄) *CMBD* : tamen tam *Gron.* docendoque (dic- *D*) Π*θald.* : -que *C* : *del.* C^2 *uel* C^4 quingenti (*i.e.* D) *Sigonius ex Val. Max.* 3. 8. *Ext.* 1 : *ignorant* Π, *cf. c.* 39. 21 *et* 29. 28. 10 *adnn.* : hii $A^7 J$: hi *ald. Frob.* 1. 2 : ii *K* 13 ex his Π*ald. Frob.* 1. 2 : ex hiis *J* : ex iis *K* 14 amissa $C^4 A$*θald. Frob.* 1. 2 : missa π
39 3 classi $C^x M^7$ *uel* $M^2 BD$: classis π, *cf. c.* 40. 14 *adn.*

ortus, ceterum multis fortibus factis militari gloria inlustris.
4 Primo quinque naues, quarum maximae duae triremes, a
Marcello ei traditae erant [habuit]: postea rem impigre saepe
5 gerenti tres additae quinqueremes: postremo ipse a sociis
Reginisque et a Velia et a Paesto debitas ex foedere exi-
gendo classem uiginti nauium, sicut ante dictum est, efficit.
6 Huic ab Regio profectae classi Democrates cum pari nauium
Tarentinarum numero quindecim milia ferme ab urbe ad
7 Sapriportem obuius fuit. Velis tum forte improuidus futuri
certaminis Romanus ueniebat; sed circa Crotonem Syba-
rimque suppleuerat remigio naues, instructamque et arma-
8 tam egregie pro magnitudine nauium classem habebat; et
tum forte sub idem tempus et uenti uis omnis cecidit et
hostes in conspectu fuere ut ad componenda armamenta
expediendumque remigem ac militem ad imminens certamen
9 satis temporis esset. Raro alias tantis animis iustae con-
currerunt classes, quippe cum in maioris discrimen rei quam
10 ipsae erant pugnarent, Tarentini ut reciperata urbe ab
Romanis post centesimum prope annum, arcem etiam libe-
rarent, spe commeatus quoque hostibus si nauali proelio
11 possessionem maris ademissent interclusuros, Romani ut
retenta possessione arcis ostenderent non ui ac uirtute, sed
proditione ac furto Tarentum amissum.

4 habuit Πθ*ald. Frob.* 1. 2: *seclusit Madv., Dukerum secutus*
5 Velia *scripsimus, cf. It. Dial. p.* 17 (Ἐλέα): uellia Π*J*, *num recte?*: uella *K* Paesto *Gron.* (Pesto *Sabellicus ald.*): pesio Πθ classem xx *C*[4] *ed. Mog.* 1518, *cf.* § 2: classe xxx *PCR*[1] *uel R*[2]: classes (-ases *B*) xxx *RMBDA*: classem xxx *M*[2] *uel M*[7]θ *Edd. ante Mog.* efficit Π, *cf.* § 16 *et* 27. 5. 9 *adn.*: effecit *K.ald. Frob.* 1. 2, *fort. recte*: exegit efficit *J* 6 pari *K*, *Crevier*: pari classi (clasi *RB*: classe *M*[2] *uel M*[7] *Edd.*) Π*J.ald Frob.* 1. 2 Sapriportem] *cf. It. Dial. p.* 33. *Sic PRM*, *sed* -tum *CM*[2] *uel M*[7], saci- *D*, sacriportam (-pert- θ) *A*θ 7 tum (*sed* tn̄ *i.e.* tamen *J*) forte Πθ*ald. Frob.* 1. 2: *del. Wesenberg, frustra* 8 idem π: idem fere *A*θ*ald. Frob.* 1. 2 ad (componenda) *PCA*[7]θ: *om. RMBDA* 9 discrimen Π*ald. Frob.* 1. 2: discrimine θ 10 spe (spem *A*) . . . interclusuros (-sores *C*) Π: spem . . . interclusuri *A*[7]θ*ald. Frob.* 1. 2
11 arcis *M?B*[2]*DA*θ: areis (aer- *B*) π*M*[1] ui ac *A*[7]: ut hac *A*θ: ut ac Π, *cf.* 23. 18. 1: *del. M*[2]: ui aut *ald. Frob.* 1. 2

Itaque ex utraque parte signo dato cum rostris concurris- 12
sent neque retro nauem inhiberent nec dirimi ab se hostem
paterentur quam quis indeptus nauem erat ferrea iniecta
manu, ita conserebant ex propinquo pugnam ut non missi-
libus tantum, sed gladiis etiam prope conlato pede gereretur
res. Prorae inter se iunctae haerebant, puppes alieno re- 13
migio circumagebantur; ita in arto stipatae erant naues ut
uix ullum telum in mari uanum intercideret; frontibus uelut
pedestris acies urgebant peruiaeque naues pugnantibus
erant. Insignis tamen inter ceteras pugna fuit duarum quae 14
primae agminum concurrerant inter se. In Romana naue 15
ipse Quinctius erat, in Tarentina Nico cui Perconi fuit
cognomen, non publico modo sed priuato etiam odio inuisus
atque infestus Romanis quod eius factionis erat quae Taren-
tum Hannibali prodiderat. Hic Quinctium simul pugnan- 16
tem hortantemque suos, incautum hasta transfigit. Ille ut
praeceps cum armis procidit ante proram, uictor Tarentinus 17
in turbatam duce amisso nauem impigre transgressus cum
summouisset hostes et prora iam Tarentinorum esset, puppim
male conglobati tuerentur Romani, repente et alia a puppe
triremis hostium apparuit; ita in medio circumuenta Romana 18
nauis capitur. Hinc ceteris terror iniectus uti praetoriam
nauem captam uidere, fugientesque passim aliae in alto
mersae, aliae in terram remis abreptae mox praedae fuere
Thurinis Metapontinisque. Ex onerariis quae cum com- 19

12 hostem Πθ: hostilem *Luchs* 1889 (*dubitanter*) gereretur res *A^{v}?K Gron.*: quereretur res *P*: quereretur (quaer- *RMB Edd.*) $Π^2$*J Edd. uet. quorum* -rentur *aliq.*: proeliarentur *ed. Mog.* 1518
13 in mari Π*ald. Frob.* 1. 2: in mare θ, *Forchhammer, probante H. J. Mueller* pedestris Πθ*ald.*: pedestres *Fabri*: 14 agminum *Koch*: agminus *P*, *cf.* 27. 17. 1 *adn.*: agminis $Π^2$ *uel* $Π^1$*J. ald. Frob.* 1. 2: agmini *K* 15 Quinctius (-nci- *C^xK*: -nti- *M^2B^2J*) erat *C^x M^2B^2θ*: quin et iusserat (ius erat *B*) π: quinestius erat *D*
16 Hic *BDA^7θald.*: hinc π transfigit Π*ald. Frob.* 1. 2: transfixit θ, *sed cf.* § 5 *et* 27. 5. 9 *adn.* Ille ut *A^7θ* (*cf.* 9. 4. 9 *adn.*): ille atque Π*ald. Frob.* 1. 2, *quod defendit Gron.* atque *pro* continuo *interpretatus*: atque ille *Ruperti, cum praecedentibus conectens*
18 uti *M^2*: utin π: ut *C^2BDAθald. Frob.* 1. 2: ubi *Woelfflin* (*quod malit Johnson*) 19 cum commeatu (come- *J*) *M^2A^7θald. Frob.* 1. 2: cum- (com- *CMB^2*) meatu (*A?*)Π (*sed* -tus eq- *MBD*: -tu seq- *M^2B^2*)

meatu sequebantur, perpaucae in potestatem hostium uenere;
aliae ad incertos uentos hinc atque illinc obliqua trans-
ferentes uela, in altum euectae sunt.
20 Nequaquam pari fortuna per eos dies Tarenti res gesta.
Nam ad quattuor milia hominum frumentatum egressa cum
21 in agris passim uagarentur, Liuius qui arci praesidioque
Romano praeerat, intentus in omnes occasiones gerendae
rei, C. Persium impigrum uirum cum duobus milibus et
22 ⟨quingentis⟩ armatorum ex arce emisit, qui uage effusos per
agros palatosque adortus cum diu passim cecidisset, paucos
ex multis, trepida fuga incidentes semiapertis portarum
foribus, in urbem compulit ne⟨que multum afuit quin⟩ urbs
23 eodem impetu caperetur. Ita aequatae res ad Tarentum,
Romanis uictoribus ⟨terra⟩, Carthaginiensibus mari. Fru-
menti spes, quae in oculis fuerat, utrosque frustrata pariter.

40 Per idem tempus Laeuinus consul iam magna parte anni
circumacta in Siciliam ueteribus nouisque sociis exspectatus
cum uenisset, primum ac potissimum omnium ratus Syracusis
2 noua pace inconditas componere res, Agrigentum inde, quod
belli reliquum erat tenebaturque a Carthaginiensium ualido
3 praesidio, duxit legiones. Et adfuit fortuna incepto. Hanno

21 qui (arci) *$CM^2A^7\theta$ald. Frob.* 1. 2 : aui π : ui (?) *M^1* Persium Π : perseum *$A^7\theta$* et quingentis *Alschefski* : et π, *cf.* (*de* D *omisso*) *c.* 38. 11 *et* 29. 28. 10 *adnn.* (*cf. etiam c.* 11. 12 *adn.* (*b*)) : *om. BDAθald. Frob.* 1. 2 22 incidentes (-tis *PCR*) *PCR Frob.* 1 : incedentis (-tes *B^2K.ald*) *C^5R^2 et $R^3MBDA\theta$ald.* ne⟨que multum afuit quin⟩ *Alschefski* (*qui tamen* nec *pro* neque *praebet*) : ne *Πθald. Frob.* 1. 2, *linea haud amplius xviii litt. omissa, cf. c.* 6. 16 *adn.* (*c*) : parumque afuit ne *Pal.* 2 : parum abfuit ne *A^5* 23 terra, Carthaginiensibus (*i.e.* -ib') *scripsimus, lineam xix uel xx litt. post* uictorib' *a P omissam esse rati, cf. adn. praec. et c.* 6 16 *adn.* : *ignorant ΠJ* : cartaginensibus *K*: terra tarentinis *hic ed. Mediol.* 1505 (*iam antea* terra *Edd. plerique praebent cum dett., quorum aliq.* mari *omittunt*); terra *post* Romanis *ponit C^4, qui et* tarentinis *post* uictorib. *praebet*: tarentinis (*sed post* mari) *A^5 Lov.* 3 : terra, uictis *J. Kvíčala*

40 1 Syracusis *dett. unus, Gron.* : syracusus *P*: syracusanus *π^2* : syracusanis (-aous- *B*) *BDAJ.ald. Frob.* 1. 2: syracusanas (sir- *K*) *C^4M^3K et Gron. ut lect. alteram, non male* 2 a Carthaginiensium (-inens- *B Edd.*) *Πθald. Frob.* 1. 2, *sed malimus cum Alano* a Carthaginiensibus *scribere, Genetiuum ex* § 3 *praesumptum esse rati, cf.* 24. 3. 3 *et* 29. 5. 6 *adnn.*

erat imperator Carthaginiensium, sed omnem in Muttine
Numidisque spem repositam habebant. Per totam Siciliam 4
uagus praedas agebat ex sociis Romanorum neque intercludi
ab Agrigento ui aut arte ulla nec quin erumperet ubi uellet
prohiberi poterat. Haec eius gloria quia iam imperatoris 5
quoque famae officiebat, postremo in inuidiam uertit ut ne
bene gestae quidem res iam Hannoni propter auctorem satis
laetae essent. Postremo praefecturam eius filio suo dedit, 6
ratus cum imperio auctoritatem quoque ei inter Numidas
erepturum. Quod longe aliter euenit; nam ueterem fauorem 7
eius sua insuper inuidia auxit; neque ille indignitatem
iniuriae tulit confestimque ad Laeuinum occultos nuntios
misit de tradendo Agrigento. Per quos ut est facta fides 8
compositusque rei gerendae modus, portam ad mare feren-
tem Numidae cum occupassent pulsis inde custodibus aut
caesis Romanos ad id ipsum missos in urbem acceperunt.
Et cum agmine iam in media urbis ac forum magno tumultu 9
iretur, ratus Hanno non aliud quam tumultum ac secessio-
nem, id quod et ante acciderat, Numidarum esse, ad com-
primendam seditionem processit. Atque ille cum ei multi- 10
tudo maior quam Numidarum procul uisa et clamor
Romanus haudquaquam ignotus ad aures accidisset, prius-
quam ad ictum teli ueniret capessit fugam. Per auersam 11

3 Muttine Π, *cf. c.* 21. 15 *et* 25. 40. 5: mutine (-ty- *K*) $A^7\theta$ habebant π *Gron.*: habebat $M^2BDA\theta$*ald. Frob.* 1. 2 4 sociis $\Pi^2\theta$*ald.*: sociis ad *P* (*sc.* ab *infra praesumptum, cf.* § 2 *et* 29. 5. 6 *et* (ad *pro* ab) 27. 25. 12) 5 auctorem . . . essent] *om. B*: *supplet* B^2 laetae (*uel* letae) $B^2DA\theta$*ald. Frob.* 1. 2: latae π: gratae M^4 (*uix* M^2) 6 Postremo C^xM^2 *uel* M^3B: propter postremo π (*fort.* propter *ex* § 5 *supra repetitum*) B^2: propterea A^7 (*sed* postremo *non delet*) θ: propter quae *ald. Frob.* 1. 2 7 euenit M^3 *uel* $M^2A\theta$*ald. Frob.* 1. 2: uenit π 8 ad id C^4 (*qui fort.* ipsum *delere uoluit*) *ald. Frob.* 1. 2: ad Πθ (*cf.* 21. 55. 11 *adn.*) 9 Hanno non R^2 *uel* $R^3BDA\theta$*ald.*: hannon *PCR*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: hanno C^x: hanno nē *M*: Hanno nihil *Luchs* 1889, *frustra* 10 uisa et Πθ*ald. Frob.* 1. 2, *probante Madv. edd.* 2 *et* 3: *add.* esset *inter* uisa *et* et *discipulus Siesbyaei, u. Madv. Em. p.* 388 *adn., sed cf. c.* 27. 6 *adn. et* 1. 59. 2

portam emissus adsumpto comite Epicyde cum paucis ad
mare peruenit; nactique opportune paruum nauigium, re-
licta hostibus Sicilia de qua per tot annos certatum erat, in
12 Africam traiecerunt. Alia multitudo Poenorum Siculorum-
que ne temptato quidem certamine cum caeci in fugam
ruerent clausique exitus essent circa portas caesa.
13 Oppido recepto Laeuinus qui capita rerum Agrigenti
erant uirgis caesos securi percussit, ceteros praedamque
14 uendidit; omnem pecuniam Romam misit. Fama Agri-
gentinorum cladis Siciliam cum peruasisset, omnia repente
ad Romanos inclinauerunt. Prodita breui sunt uiginti
oppida, sex ui capta: uoluntaria deditione in fidem uenerunt
15 ad quadraginta. Quarum ciuitatium principibus cum pro
cuiusque merito consul pretia poenasque exsoluisset, coegis-
setque Siculos positis tandem armis ad agrum colendum
16 animos conuertere, ut esset non incolarum modo alimentis
frugifera insula, sed urbis Romae atque Italiae, id quod multis
saepe tempestatibus fecerat, annonam leuaret, ab Agathyrna
inconditam multitudinem secum in Italiam transuexit.
17 Quattuor milia hominum erant, mixti ex omni conluuione
exsules obaerati capitalia ausi plerique cum in ciuitatibus
suis ac sub legibus uixerant, et postquam eos ex uariis causis
fortuna similis conglobauerat Agathyrnam per latrocinia

11 comite Epicyde (*sed* epichi- *a* B^x *in ras. vi uel vii litt. scriptum*) $CM^xB^xA^x$, *Sabellicus ed. Par.* 1510 *Frob.* 1: comitem epicyde *PR MB?*, *unde* comite m. (an *pro* m. *D*) epicyde (epycide *A*) *DA. ald.*, comite inde epicyde *θ*. *De* -m *in codice P addito cf. Praef.* § 79 *et* 22. 37. 13 *adn.*, *et cf. in hoc tomo e.g. cc.* 13. 15 (?); 22. 8; 50. 6 *et* 27. 18. 6; 27. 20. 9; 27. 45. 9; 28. 25. 14; 28. 30. 10; 28. 42. 1; 29. 17. 3; 30. 13. 12; 30. 31. 1. *Cf. de* -m *perdito c.* 41. 12 *adn.*, *et de* -s *addito et omisso cf. adn. sq.* 14 ui $C^xM^xBDA\theta$: sui *PRM*, *sc.* -s *post* sex *uel* VI *addito.* *De* -s *finali addito cf. Praef.* § 79 *et e.g. cc.* 21. 1 *et* 4; 35. 1; 36. 12; 49. 6; 51. 9; 27. 1. 6 *et* 13; 27. 5. 14; 27. 15. 2 (?); 27. 38. 9; 27. 51. 3; 28. 2. 6; 28. 19. 6; 28. 42. 5; 28. 45. 12; 29. 19. 6; 30. 16. 2; 30. 33. 10. *Cf. de* -m *addito adn. praec. et de* -s *perdito* 27. 17. 12 *adn.* 15 pretia (*uel* praet- *uel* praec- *uel* prec-) π: praemia (*uel* pre-) *Aθald. Frob.* 1. 2
17 cum *Madv. Em. p.* 387: et cum Π*θald. Frob.* 1. 2, *cf. c.* 32. 8 *et* 27 4. 12 *adn.*

ac rapinam tolerantes uitam. Hos neque relinquere Laeuinus 18
in insula tum primum noua pace coalescente uelut materiam nouandis rebus satis tutum ratus est, et Reginis usui futuri erant ad populandum Bruttium agrum adsuetam latrociniis quaerentibus manum. Et quod ad Siciliam attinet eo anno debellatum est.

In Hispania principio ueris P. Scipio nauibus deductis 41
euocatisque edicto Tarraconem sociorum auxiliis classem onerariasque ostium inde Hiberi fluminis petere iubet.
Eodem legiones ex hibernis conuenire cum iussisset, ipse 2
cum quinque milibus sociorum ab Tarracone profectus ad exercitum est. Quo cum uenisset adloquendos maxime ueteres milites qui tantis superfuerunt cladibus ratus, con-
tione aduocata ita disseruit: 'Nemo ante me nouus impera- 3
tor militibus suis priusquam opera eorum usus esset gratias
agere iure ac merito potuit: me uobis priusquam prouinciam 4
aut castra uiderem obligauit fortuna, primum quod ea pietate erga patrem patruumque meum uiuos mortuosque fuistis,
deinde quod amissam tanta clade prouinciae possessionem 5
integram et populo Romano et successori mihi uirtute uestra
obtinuistis. Sed cum iam benignitate deum id paremus 6
atque agamus non ut ipsi maneamus in Hispania sed ne Poeni maneant, nec ut pro ripa Hiberi stantes arceamus transitu hostes sed ut ultro transeamus transferamusque bel-
lum, uereor ne cui uestrum maius id audaciusque consilium 7

17 ac (rapinam) CM^2BD.*ald. Frob.* 1. 2: at *P*: ad *RM* 18 Laeuinus (*uel* leu-) CM^2B(leu-)$DA\theta$ (*et sic P in* § 1 *et* § 13): laeui-(laui- *M*)anos *PRM* in $C^4M^2A^1$ *uel* A^6*ald. Frob.* 1. 2: *om.* $\Pi\theta$ nouandis rebus CDA^7 *in ras. K*: nouam dis rebus (rebus *P*, *sed* rep *uel* rep̄ *RMB*)π(*A?*)*J* debellatum est πA^6K(*om.* est *K*) *ald. Frob.* 1. 2: de-(di- A^1 *uel* A^6)latum est *AJ* (*om.* est *J*)
41 2 superfuerunt ΠJZ: superfuerant *K.ald. Frob.* 1. 2
4 uobis $C^4M^2BDA\theta Z$: nouis π meum $CB^2DA\theta Z$: eum *PR*: *om. M* (*sed add.* eū *post* uiuos: *delet* M^2): in eum *B* 6 pare-mus $CA^7\theta Z$: parem PM^2A?: patrem *RMBD* sed ut (ultro) $PC\theta Z$ *Frob.* 1: sed ui *RMBDA.ald.* (*in M tamen* -i *pleniore cal. scriptum est*, *cf.* 22. 10. 9; 27. 2. 10 *adnn.*)

quam aut pro memoria cladium nuper acceptarum aut pro
8 aetate mea uideatur. Aduersae pugnae in Hispania nullius
in animo quam meo minus oblitterari possunt, quippe cui
pater et patruus intra triginta dierum spatium ut aliud super
9 aliud cumularetur familiae nostrae funus interfecti sunt; sed
ut familiaris paene orbitas ac solitudo frangit animum, ita
publica cum fortuna tum uirtus desperare de summa rerum
prohibet. Ea fato quodam data nobis sors est ut magnis
omnibus bellis uicti uicerimus.

10 Vetera omitto, Porsennam Gallos Samnites: a Punicis
bellis incipiam. Quot classes, quot duces, quot exercitus
11 priore bello amissi sunt? Iam quid hoc bello memorem?
Omnibus aut ipse adfui cladibus aut quibus afui, maxime
unus omnium eas sensi. Trebia Trasumennus Cannae quid
aliud sunt quam monumenta occisorum exercituum consu-
12 lumque Romanorum? Adde defectionem Italiae, Siciliae
maioris partis, Sardiniae; adde ultimum terrorem ac pauo-
rem, castra Punica inter Anienem ac moenia Romana posita
et uisum prope in portis uictorem Hannibalem. In hac
ruina rerum stetit una integra atque immobilis uirtus populi
13 Romani; haec omnia strata humi erexit ac sustulit. Vos

9 Ea *P*, *Gron.*: eo π^2 *uel* π^3*θZ.ald. Frob.* 1. 2 quodam data *Gron.* (*cf. cc.* 44. 4 *et* 48. 10 *adnn. et Periocham xv* nata *pro* data): quodam nata Π (*sed* quo damn- *R*: quo dampn- *A*): quo donata *θZ.ald. Frob.* 1. 2: quodam innata A^5 *in marg.*, *non male*: quodam nobis A^4 bellis C^4M^7*BDAθZ*: belli π, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* 10 Porsennam $Π^2C^4$ (p se- *C*) *θY* (-enam *KZ*), *cf.* 2. 9. 1 *adn.*: porsi|nam *uel* porsin|nam *P* quot (*ter*) M^7*BDAθZ*: quod (*ter*) π
11 quibus afui (aff- *CDJ*: abf- C^2A^x*KY*) Π*θZ*: a quibus afui *Madv.* 1882, *sed cf. e.g. c.* 13. 1; 7. 37. 6. *et fort.* 25. 16. 15 *et Hor. Carm.* 3. 24. 64 Trasumennus, *cf. e.g.* 22. 4. 1: thrasumenus (*sed* thars- *PRM*: taas- M^2: tras- *AK*: trans- *JZ*) Π (-ennus *D*) *θZ* 12 defectionem CM^2*AθZ*: fectionem *MBD*: fectione *PR* (de- *post* -de *om.*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*). *De* -m *perdito cf. Praef.* § 79 *et e.g.* § 15 *infra et cc.* 36. 3 *et* 10; 37. 8; 27. 37. 6; 27. 40. 4; 28. 1. 1; 28. 8. 6; 28. 10. 12; 28. 39. 6; 28. 43. 2 *et* 3; 29. 3. 13; 30. 5. 8 *al. De* -m *addito cf. c.* 40. 11 *adn.* maioris partis] *hic* Π*θZ.ald.*: *post* Italiae *uoluit Forchhammer, probante olim Madv. Em. p.* 388 in portis *DAθZ*: impor.is *PB*: impertis P^2?*RM*: imperiis *C* (-ru C^x)

omnium primi, milites, post Cannensem cladem uadenti
Hasdrubali ad Alpes Italiamque, qui si se cum fratre con-
iunxisset nullum iam nomen esset populi Romani, ductu
auspicioque patris mei obstitistis; et hae secundae res illas
aduersas sustinuerunt. Nunc benignitate deum omnia 14
secunda prospera in dies laetiora ac meliora in Italia Sicilia-
que geruntur. In Sicilia Syracusae, Agrigentum captum, 15
pulsi tota insula hostes, receptaque prouincia in dicionem
populi Romani est: in Italia Arpi recepti, Capua capta.
Iter omne ab urbe Roma trepida fuga emensus Hannibal, 16
in extremum angulum agri Bruttii compulsus nihil iam maius
precatur deos quam ut incolumi cedere atque abire ex
hostium terra liceat. Quid igitur minus conueniat, milites, 17
quam cum aliae super alias clades cumularentur ac di prope
ipsi cum Hannibale starent, uos hic cum parentibus meis—
aequentur enim etiam honore nominis—sustinuisse labantem
fortunam populi Romani, nunc eosdem quia illic omnia
secunda laetaque sunt animis deficere? Nuper quoque quae 18
acciderunt, utinam tam sine meo luctu quam ††.

Nunc di immortales imperii Romani praesides qui

13 esset $C^4B^2A\theta Z$ (*sed* esset nomen *K*) : set *P*: sed *CRMBD* mei $A^7\theta Z$.*ald. Frob.* I. 2 : ei Π(*A?*) 15 dicionem *Aldus* : dicione (*uel* dit-) ΠθZ *Edd. ante Ald.* (dict- *K*), *cf.* § 12 16 Roma Π*ald. Frob.* I. 2: romana θ 17 parentibus π*ald. Frob.* I. 2: patribus $A\theta Z$ enim π : enim ipsi $A\theta Z$.*ald.Frob.* I. 2 labantem π Aldus : labentem $CA\theta Z$ *Edd. ante Ald.* quia . . . sunt Π*ald. Frob.* I. 2 : quia . . . sint θZ : cum iam (cū iā) . . . sunt *Madv. Em. p.* 388 (cum . . . sunt *I. H. Voss*), *sed Indicatiuum miramur. Fort.* cum iam . . . sint *legendum, sed credi potest Scipio cum omnia in Italia laeta esse aperte dicat et militum animis deiectis de industria opponat subaudire tantum uoluisse in Hispania minus laeta* 18 quoque quae θZ.*ald. Frob.* I. 2 : quoque Π : que (*i.e.* quae) A^x luctu quam Π*N*, *qui post has uoces scribunt* armauerat, *omnia ab* nunc di *usque ad* Africa (*c.* 43. 8 *ad fin.*, *u. adn. ad loc.*) *omittentes* : *lacunam notauerunt* C^4R^x (*manus satis recens*), *et in marg. scripsit* M^x 'q', *quod postea erasit alter qui ipse* p (*i.e. perditum?*) *addidit* : luctu quam uestro (*uel* ūro, *sed* n̄ro *V*, nostro *F*) transissent $A^zVW\Theta F$ *Lov. quinque ald. Frob.* I. 2 (*sed plura hic excidisse liquet*), *post quae* (*sed cum* Π*N deficiunt VF Lov.* I. 2. 4. 5) *praebent cc.* 41. 18–43. 8 (nunc di—Africa) $A^zW\Theta$ *Lov* 3 *Ber. ald. Frob.* I. 2. *Hunc locum et in Sp exstitisse e uerbis Rhenani apparet. Cf. Praef.* § 88 di, *cf. c.* 30. 9 *et* 28. 28. 11 *adn.* : dii $A^z\Theta$*ald. Frob.* I. 2

centuriis omnibus ut mihi imperium iuberent dari fuere auctores, iidem auguriis auspiciisque et per nocturnos etiam
19 uisus omnia laeta ac prospera portendunt. Animus quoque meus, maximus mihi ad hoc tempus uates, praesagit nostram Hispaniam esse, breui extorre hinc omne Punicum nomen
20 maria terrasque foeda fuga impleturum. Quod mens sua sponte diuinat, idem subicit ratio haud fallax. Vexati ab iis socii nostram fidem per legatos implorant. Tres duces discordantes prope ut defecerint alii ab aliis, trifariam
21 exercitum in diuersissimas regiones distraxere. Eadem in illos ingruit fortuna quae nuper nos adflixit; nam et deseruntur ab sociis, ut prius ab Celtiberis nos, et diduxere
22 exercitus quae patri patruoque meo causa exitii fuit; nec discordia intestina coire eos in unum sinet neque singuli nobis resistere poterunt. Vos modo, milites, fauete nomini Scipionum, suboli imperatorum uestrorum uelut accisis
23 recrescenti stirpibus. Agite, ueteres milites, nouum exercitum nouumque ducem traducite Hiberum, traducite in terras
24 cum multis fortibus factis saepe a uobis peragratas. Breui faciam ut, quemadmodum nunc noscitatis in me patris patrui-
25 que similitudinem oris uoltusque et lineamenta corporis, ita

18 dari A^zΘ*ald. Frob.* 1. 2: *seclusit Duker, non male* auspiciisque et *Sp* (*hinc denuo a Rhen. citatus*, *cf. c.* 31. 2 *adn.*) A^z *Frob.* 2: auspiciis ac (*uel* et) *θXZ.ald.*: et auspiciis et *Y* uisus A^z*θXZ ald. Frob.* 1. 2: *om. Y* 19 extorre *Sp?* A^z*θZ Frob.* 2: extorrem *Y*: ex tempore *X*: tempore *Lov.* 3 *ald.* 20 iis *KZ.ald. Frob.* 1. 2: his A^z*Y*: hiis *JX* nostram *K.ald. Frob.* 1. 2: nostramque A^z*JXYZ*, *cf. c.* 11. 12 *adn.* (*a*): opem nostramque A^5 discordantes (-cer- *X*: -cor- X^1) A^z*JXYZ*: discrepantes *K.ald. Frob.* 1. 2, *quod uix sic a Liuio usurpatur* exercitum *Sp Frob.* 2: exercitus Θ*ald.* (exercit' A^z), *cf.* 27. 17 1 *adn.* 21 illos *Frob.* 2: uiros A^zΘ*ald.*: eos *Ber.* nos (adfl.) A^z*KXYZ.ald. Frob.* 1. 2: uos *J*, *cf.* § 22 *infra et c.* 43. 5 ab (*bis*) A^z*θXY.ald. Frob.* 1. 2: a (*bis*) *Z* et (*om.* et *Y*) diduxere A^z*JXY.ald. Frob.* 1. 2: et (*om.* et *K*) deduxere KX^2Z 22 fauete A^z*KZ.ald. Frob.* 1. 2: fauere *JXY* suboli *Frob.* 2: soboli A^zΘ*ald.* uestrorum A^z*K.ald. Frob.* 1. 2: nostrorum (*sed ante* imp. *X*) *JXYZ*, *cf.* § 21 (nos) 23 peragratas A^z*JXY.ald. Frob.* 1. 2: agitatas *K*: peragratis *Z*

ingenii fidei uirtutisque effigiem uobis reddam ut reuixisse
aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat.'

Hac oratione accensis militum animis relicto ad praesi- 42
dium regionis eius M. Silano cum tribus milibus peditum
et trecentis equitibus ceteras omnes copias—erant autem
uiginti quinque milia peditum, duo milia quingenti equites
—Hiberum traiecit. Ibi quibusdam suadentibus ut quo- 2
niam in tres tam diuersas regiones discessissent Punici exer-
citus, proximum adgrederetur, periculum esse ratus ne eo
facto in unum omnes contraheret nec par esset unus tot
exercitibus, Carthaginem Nouam interim oppugnare statuit 3
urbem cum ipsam opulentam suis opibus tum hostium
omni bellico apparatu plenam—ibi arma, ibi pecunia, ibi to-
tius Hispaniae obsides erant—sitam praeterea cum opportune 4
ad traiciendum in Africam tum super portum satis amplum
quantaeuis classi et nescio an unum in Hispaniae ora qua
nostro adiacet mari.

Nemo omnium quo iretur sciebat praeter C. Laelium. Is 5
classe circummissus ita moderari cursum nauium iussus erat
ut eodem tempore Scipio ab terra exercitum ostenderet et
classis portum intraret. Septimo die ab Hibero Carthaginem 6
uentum est simul terra marique. Castra ab regione urbis

25 effigiem *Hertz*, *recte* exemplum *ut gloss. secludens. cf.* 27. 34. 5 *adn.*: exemplum effigiem $A^{z}\Theta$: exemplum ac effigiem *ald. Frob.* 1. 2 : exemplum expressam ad effigiem *Curio* 1549

42 1 trecentis $A^{z}\Theta$*ald. Frob.* 1. 2 : quingentis *Sigonius ex Polyb.* 10. 6. 7, *fort. recte* 2 in tres (*uel* treis *uel* tris) $A^{z}KZ$.*ald. Frob.* 1. 2 : in t'ris (*i.e.* terris) *J* : īn trēs *X* : intus *Y* esset unus A^{v} *uel* $A^{5}\theta XY$: unus esset $A^{z}Z$ 3 cum (ipsam) *Frob.* 2 : tum $A^{z}\Theta$ (*quorum X uidetur dubitasse, cui* tamen *attribuit Luchs*) *ald.*, *cf. adn. sq. et c.* 43. 7 4 cum (opportune) *Frob.* 2 : tum $A^{z}\Theta$*ald.*, *cf. sup.* an unum *Sp Frob.* 2 : an num (*uel* annum) $A^{z}\Theta$ *Edd. principes* : an omnium A^{6} : an unam *ed. Par.* 1513 *ald.* in Hispaniae ora *Sp Frob.* 2 : hispaniae oram $A^{z}K$.*ald.* : in hispaniae oram *JXYZ* qua *Sp K Frob.* 2 : quam $A^{z}JXYZ$: quae A^{v} *ut s. l. ald.* 5 Scipio ab terra *Sp* A^{z} *Frob.* 2 : *om.* Θ *Lov.* 3 *Ber. ald.* exercitum *Sp* A^{z} *Frob.* 2 : exercitus $A^{x}\Theta$ *dett. ald.*, *cf. c.* 41. 20 *adn.* ostenderet *Sp ut uid.* $A^{z}JXYZ$.*ald. Frob.* 1. 2 : se ostenderet *K* et $A^{z}\Theta$*ald.* : *om. Sp? Frob.* 2 6 Hibero (*uel* ib-) $A^{z}K$.*ald. Frob.* 1. 2 : hi (hy- *JZ*) ero *JXYZ*

qua in septentrionem uersa est posita; his ab tergo—nam
7 frons natura tuta erat—uallum obiectum. Etenim sita Car-
thago sic est. Sinus est maris media fere Hispaniae ora,
maxime Africo uento oppositus, ⟨ad duo milia⟩ et quingentos
passus introrsus retractus, paululo plus passuum ⟨mille et
8 ducentos⟩ in latitudinem patens. Huius in ostio sinus parua
insula obiecta ab alto portum ab omnibus uentis praeter-
quam Africo tutum facit. Ab intimo sinu paeneinsula ex-
currit, tumulus is ipse in quo condita urbs est, ab ortu solis
et a meridie cincta mari: ab occasu stagnum claudit paulum
etiam ad septentrionem fusum, incertae altitudinis utcumque
9 exaestuat aut deficit mare. Continenti urbem iugum ducen-
tos fere et quinquaginta passus patens coniungit. Vnde
cum tam parui operis munitio esset, non obiecit uallum im-
perator Romanus, seu fiduciam hosti superbe ostentans siue
43 ut subeunti saepe ad moenia urbis recursus pateret. Cetera
quae munienda erant cum perfecisset, naues etiam in portu
uelut maritimam quoque ostentans obsidionem instruxit;
circumuectusque classem cum monuisset praefectos nauium
ut uigilias nocturnas intenti seruarent, omnia ubique primo
2 obsessum hostem conari, regressus in castra ut consilii sui

6 uallum obiectum *Rhen. Frob.* 2: nullum obiectum *Sp*: nullum uallum obiectum (*uel* n. o. u. *uel* o. n. u.; *de uariatione ordinis dittographiam indicante cf.* 27. 34. 3 *adn.*) A^zΘ*ald.*: duplex (duplum *Gron.*) uallum obiectum *Gron. et Schelius ex Polyb.* 10. 9 7, *optime sed uix necess.* 7 Etenim *Sp?* A^z *Frob.* 2: ceterum Θ*ald.* ad duo milia *Sigonius ex Polyb.* 10. 10. 1: *ignorant* A^zΘ*ald. Frob.* 1. 2 (*om.* et *Edd.*), *cf. inf. et* 29. 28. 10 *adn.* paululo *Sp? Frob.* 2, *cf.* 8. 39. 3 *adn.*: paulo A^zΘ*ald.* mille et ducentos *Madv.* (*cf. Polyb. l. c.*): *om.* A^zΘ*ald. Frob.* 1. 2 (*cf.* 29. 28. 10 *adn.*) *sed ab* A^z *spat. xii uel xiii litt., ab YZ spat. vi uel vii litt. relictum est* latitudinem A^z*X ald. Frob.* 1. 2: latitudine *Z*: altitudine *θY*: *K et X falso citat Luchs* 8 tutum] *hic ald. Frob.* 1. 2: *post* portum *Ber.*: *om.* A^zΘ paeneinsula (*uel* pen-) A^zΘ: paeninsula (*uel* pen-) A^6*ald. Frob.* 1. 2 paulum *Sp? Frob.* 2: patulum A^zΘ*ald.* aut deficit *Sp?* A^z *Frob.* 2: *om.* Θ*ald.* 9 urbem Θ*ald. Frob.* 1. 2: urbe A^z *post* ostentans *om. X omnia ab* siue ut *ad* ostentans (*c.* 43. 1)
43 1 classem *Sp* A^z*J Frob.* 2: classe A^5*?KXYZ.ald.* intenti *Sp Frob.* 2: interim A^zΘ*ald.*

rationem quod ab urbe potissimum oppugnanda bellum orsus esset militibus ostenderet et spem potiundae cohortando faceret, contione aduocata ita disseruit:

'Ad urbem unam oppugnandam si quis uos adductos 3
credit, is magis operis uestri quam emolumenti rationem exactam, milites, habet; oppugnabitis enim uere moenia unius urbis, sed in una urbe uniuersam ceperitis Hispaniam. Hic 4
sunt obsides omnium nobilium regum populorumque, qui simul in potestate uestra erunt, extemplo omnia quae nunc sub Carthaginiensibus sunt in dicionem tradent; hic pecunia 5
omnis hostium, sine qua neque illi gerere bellum possunt, quippe qui mercennarios exercitus alant, et quae nobis maximo usui ad conciliandos animos barbarorum erit; hic tor- 6
menta arma omnis apparatus belli est, qui simul et uos instruet et hostes nudabit. Potiemur praeterea cum pulcherrima opu- 7
lentissimaque urbe tum opportunissima portu egregio unde terra marique quae belli usus poscunt suppeditentur; quae cum magna ipsi habebimus tum dempserimus hostibus multo maiora. Haec illis arx, hoc horreum aerarium armamenta- 8
rium, hoc omnium rerum receptaculum est; huc rectus ex

2 ab urbe—oppugnanda *Sp? Frob.* 2 : ad urbem—oppugnandam A^{z} Θ*ald.* bellum *Sp?* A^{z}Θ *Frob.* 2 : bello *ald.* cohortando *Sp? Frob.* 2 : hortando (*uel* ort-) $A^{z}\theta XY$: urbis hortando *Z* 3 credit $A^{z}\theta XY^{2}Z$.*ald. Frob.* 1. 2 : querit *Y* : queritur A^{5}*? ut s. l. in marg.* uestri $A^{z}\theta YZ$.*ald. Frob.* 1. 2 : nostri *X*, *cf. c.* 41. 21 *adn. et* § 5 *infra* exactam $A^{z}JXYZ$.*ald. Frob.* 1. 2 : *om. K* : exactam urbem *W* 4 dicionem (*uel* dit- *uel* dict-) *Sp* A^{z}Θ *Frob.* 2 : dicionem nostram *ald.* : dicionem populi Romani *Weissenb.*, *sed praecedente uoce* uestra *aliena ab hac oratione uel uox* nostram *uel populi R. mentio* 5 nobis *ald. Frob.* 1. 2 : uobis A^{z}Θ (*cf.* § 3), *quod retinere malit Johnson, Scipionis esse ratus rem ita depingere militibus uelut si ipsi distributuri essent dona* 6 arma A^{z}Θ(*sed in Z* arma omnis *bis scripto, tum expuncto*)*ald.* : armamenta arma *Sp?* : arma armamenta *Frob.* 2 et uos *Sp?* A^{z} *Frob.* 2 : uos θXZ.*ald.* : *om. Y* nudabit] *post lemma illud quod in hanc uocem exit scripsit Rhenanus 'Et hic deerat pagina aut amplius in exemplari manu scripto', nec rursus ex codice Sp lectiones citat ante c.* 46. 2 intentis omnibus. (*Cf. Praef.* § 88) 7 cum (pulcherrima) $A^{z}JX$.*ald. Frob.* 1. 2 : tum KY^{2} *uel* $Y^{1}Z$, *cf. c.* 42. 3 : *om. Y* 8 huc (rectus) *Aldus Frob.* 1. 2 : hoc A^{z} : hic A^{5}Θ : hinc *Edd. ante Ald.*

Africa cursus est; haec una inter Pyrenaeum et Gades statio;
hinc omni Hispaniae imminet Africa.††

44 †† armauerat. Cum terra marique instrui oppugnationem
2 uideret et ipse copias ita disponit. Oppidanorum duo milia
ab ea parte qua castra Romana erant opponit: quingentis
militibus arcem insidit, quingentos tumulo urbis in orientem
uerso imponit: multitudinem aliam quo clamor, quo subita
3 uocasset res intentam ad omnia occurrere iubet. Patefacta
deinde porta eos quos in uia ferente ad castra hostium instruxerat emittit. Romani duce ipso praecipiente parumper cessere, ut propiores subsidiis in certamine ipso sum-
4 mittendis essent. Et primo haud impares stetere acies;

8 omni Hispaniae . . . Africa A^{z} *Gron.* : omnis hispaniae (*uel* -ie) . . . africa (*uel* affr-) Θ : omnis hispania . . . Africae *ald. Frob.* I. 2 *Post* imminet Africa (*sed post* luctu quam nostro transissent *VF*, *u. c.* 41. 18 *adn.*) *et ante* Cum terra (*c.* 44. 1) *praebent cum minutis uariationibus hoc supplementum* A^{z} (*ubi minor quidem scriptura sed eadem manus est*) *VW*Θ*F.ald. Frob.* I. 2 :—sed quoniam (quidem *F*) uos (nos *J*: *om. Y*) instructos et ordinatos cognosco, ad Cartaginem nouam oppugnandam totis uiribus et bono animo transeamus. Cumque omnes una uoce hoc faciendum (hoc f. una u. *K*) succlamarent (-assent *YF*) eos Cartaginem duxit. Tunc (tum *X.ald.*) terra marique eam oppugnari iubet. Contra Mago dux Poenorum (*uel* pen-) : *haec omnia ut spuria deleuit Heerwagen, recte*: *lacunam hic esse negat H. Bernhardt et pro* armauerat (*u. adn. sq.*) *praebet* Mago (Mago *illud supra delens*) : *sed ut alia taceamus* (*cf. Praef.* § 89) *et deficiunt haec in* Π *et in Sp* (*u.* § 6 *adn.*) *defecerunt*

44 I armauerat Π, *quod post* luctu quam (*uide c.* 41. 18 *adn.*) *sine interuallo scribunt* (*post quae spatium iv litt. reliquit P*, *et* Cum *insequens capitali littera scribunt RMD*) : *del.* A^{x} : *ignorant V*Θ*F.ald. Frob.* I. 2 disponit Π*JZ.ald.* : disposuit *KY* 2 insidit *Madv. Em. p.* 389 : insedit Π*θald.*, *uix recte hic Perfectum praebentes. Quod autem ad* insīdĕre *attinet cf.* 3. 50. 13, *quod ad* insĭdēre *sensu transitiuo cf.* 21. 54. 3 (*cum adn.*). *Hos duos tantum locos apud Liuium adhuc repperimus ubi formae eae occurrunt quas non ad utramque partem referre liceat* imponit Π*JZ.ald. Frob.* I. 2 : opponit *K* : imposuit *Y* quo subita uocasset π (*sed* qua *pro* quo *ante* clamor *M*) *Gron.* : quos ubi auocasset *BDA* : quo uis (quo subita uis *ald.*) aduocasset A^{6}*θald.* res intentam PC^{4} (rem *C*) *Gron.* : resistentam (res sist- *B*) *RMB* (-tem *DAθ Edd. ante Gron.*) 3 emittit *Weissenb.* : mittit Π*θald.*, *uix recte, quamquam cf. e.g. Verg. Aen.* 7. 715 summittendis *P*, *u.* § 4 *adn.* 4 impares (stetere) CM^{2}, *Duker* : impare *PR* : impar $R^{2}MB^{2}D$ (impar te *B*, *qui inde spat. iv litt. reliquit ante* acies, *mox in* impar stetere *uertit* B^{2}) : impari *Aθald.*, *qui* acie (*cum D* : acies π) *praebent*

subsidia deinde identidem summissa e castris non auerterunt solum in fugam hostes, sed adeo effusis institerunt ut nisi receptui cecinisset permixti fugientibus inrupturi fuisse in urbem uiderentur.

Trepidatio uero non in proelio maior quam tota urbe 5
fuit; multae stationes pauore atque fuga desertae sunt relictique muri cum qua cuique erat proximum desiluissent.
Quod ubi egressus Scipio in tumulum quem Mercuri uocant 6
animaduertit multis partibus nudata defensoribus moenia esse, omnes e castris excitos ire ad oppugnandam urbem et ferre scalas iubet. Ipse trium prae se iuuenum ualidorum 7
scutis oppositis—ingens enim iam uis omnis generis telorum e muris uolabat—ad urbem succedit; hortatur imperat quae in rem sunt, quodque plurimum ad accendendos militum 8
animos intererat, testis spectatorque uirtutis atque ignauiae cuiusque adest. Itaque in uolnera ac tela ruunt; neque 9
illos muri neque superstantes armati arcere queunt quin

4 summissa (subm- M^2) e *PM^2ald.* : summissae (subm- *MB*) *CR MBA?* : summissa *$C^4A^7\theta$.* *De* subm- *et* summ- *cf. in prima Decade* 3. 48. 3; 3. 67. 11 *adnn.*; *cui adde* 2. 7. 7; 2. 59. 3; 2. 60. 5; 3. 45. 6; *ubi consensus optimorum codicum tantus erat ut contra Buckium* (*Latin Grammar*, *p.* 25) subm- *scripserimus.* Summ- *tamen fere constanter praebet Puteanus, cf. e.g.* § 3 *supra*; 25. 3. 16; 27. 31. 6; 28. 27. 15; 29. 2. 3. *His et pluribus aliis locis freti in hoc tomo* summ- *semper scribimus* cecinisset π^1 *uel* $\pi^2 K$: cecidissent (cecin- *CJ*) *PCJ*, *cf. c.* 41. 9 *et* 27. 17. 4 *adnn.* 5 in *PC Gron.* : *om.* *RMBDAθ Edd. ante Gron.* fuga desertae *Gron.* : loca (*sed* oga *P*: loga P^1 *uel* P^2, *cui perperam* loca *attribuit Luchs*) desertae π^1 *uel* π^2 : loca deserta *Aθ Edd. ante Gron.* relictique muri *$CM^4BDA\theta$ald.* : relicti quem uiri *PRM* 6 ubi egressus *Salmasius* : obuereessus *P*: obueressus P^1 *uel* P^2R: obueresus (*sed* -su *C?MDA? ita ut* ob uere suscipio *aedificent MD*) *$C?R^xMBDA?$* : obuersus (-sis *J*) C^4 *uel* C^5 θ (*et Edd. ante Ald.*, *sed* quod ubi Sc. in t. obu.) : congressus (*om.* quod) *A^4 in ras.* : ubi uidet *J^1 ut s. l. in marg.* : ubi uersus *Aldus Frob.* 1. 2 Mercuri (*sed* -rii) *Rubenius* : mercurium $\Pi\theta$: Mercurium Teutatem *ald. Frob.* 1. 2 uocant animaduertit C^4 *Salmasius* (uocant adu- *A^v?*) : cantanti (*sed* cantāi, *i.e.* cantanimi *C?* : cantant *Aθ*) aduertit $\Pi\theta$ (au- *J*) : appellant aduertit *ald. Frob.* 1. 2
8 quodque *Vat. Pal.* 2 *ald. Frob.* 1. 2: quod ΠK, *cf. c.* 11. 12 *adn.* (*c*) : q; *J* 9 uolnera (*uel* uul-) *$CM^2BDA\theta$ald.* : uulnerata *PRM*

10 certatim adscendant. Et ab nauibus eodem tempore ea
quae mari adluitur pars urbis oppugnari coepta est. Ceterum
11 tumultus inde maior quam uis adhiberi poterat. Dum ap-
plicant, dum raptim exponunt scalas militesque dum qua
cuique proximum est in terram euadere properant, ipsa
festinatione et certamine alii alios impediunt.

45 Inter haec repleuerat iam Poenus armatis muros, et uis
2 magna ex ingenti copia congesta telorum suppeditabat; sed
neque uiri nec tela nec quicquam aliud aeque quam moenia
ipsa sese defendebant. Rarae enim scalae altitudini aequari
poterant, et quo quaeque altiores, eo infirmiores erant.
3 Itaque cum summus quisque euadere non posset, subirent
tamen alii, onere ipso frangebantur. Quidam stantibus
scalis cum altitudo caliginem oculis offudisset, ad terram
4 delati sunt. Et cum passim homines scalaeque ruerent et
ipso successu audacia atque alacritas hostium cresceret, sig-
5 num receptui datum est; quod spem non praesentis modo
ab tanto certamine ac labore quietis obsessis, sed etiam in
posterum dedit scalis et corona capi urbem non posse: opera
et difficilia esse et tempus datura ad ferendam opem im-
peratoribus suis.

6 Vix prior tumultus conticuerat cum Scipio ab defessis
iam uolneratisque recentes integrosque alios accipere scalas
7 iubet et ui maiore adgredi urbem. Ipse ut ei nuntiatum est
aestum decedere, quod per piscatores Tarraconenses, nunc

9 adscendant (*uel* asc-) $M^2A^7\theta$*ald. Frob.* 1. 2: ascendunt Π: accedant C^4 10 adhiberi *Gron.*: hiberi π: haberi $A\theta$: uideri *Edd. ante Gron.* 11 raptim *Crevier*: partim Πθ*ald. Frob.* 1. 2, *cf.* 23. 36. 6; 29. 28. 9 *adnn.* alii M^1 *uel* $M^2A^7\theta$*ald. Frob.* 1. 2: alia Π
45 1 ex ingenti *Gron.*: et ingenti Π: et ingens A^6?θ*ald. Frob.* 1. 2 copia $CM^2A\theta$: conia π suppeditabat $A\theta$*ald.*: suppedabat (*uel* subp-) π (suppe|dabat *P*), *cf.* 27. 1. 11 *adn.* 2 tela $C^4M^2A\theta$*ald.*: teli π ipsa sese π*ald.*: ipse (ipsa C^4 *uel* C^3) se *C*: esse (ex se *K*) ipsa sese θ erant $CM^2BDA\theta$: erunt *PRM*
3 alii *P*(*an* alit?)*K*: alie π^2J: alię (*uel* -iae) *CMB* offudisset π*ald.*: effudisset $C\theta$ 5 corona (ch- *RM*) πM^2*ald. Frob.* 1. 2: conatu θ datura *K*, *ed. Par.* 1513 *et Frob.* 1: daturum Π*J* *Edd. principes et ald.*: datum iri *Weissenb.* 6 et ui θ*ald. Frob.* 1. 2: ui Π (*sc.* et *post* -et *omissum*)

leuibus cumbis, nunc ubi eae siderent uadis peruagatos stagnum, compertum habebat facilem pedibus ad murum transitum dari, eo secum armatos quingentos duxit. Medium 8
ferme diei erat, et ad id, quod sua sponte cedente in mare aestu trahebatur aqua, acer etiam septentrio ortus inclinatum stagnum eodem quo aestus ferebat et adeo nudauerat uada ut alibi umbilico tenus aqua esset, alibi genua uix superaret.
Hoc cura ac ratione compertum in prodigium ac deos 9
uertens Scipio qui ad transitum Romanis mare uerterent et stagna auferrent uiasque ante nunquam initas humano uestigio aperirent, Neptunum iubebat ducem itineris sequi ac medio stagno euadere ad moenia.

Ab terra ingens labor succedentibus erat; nec altitudine **46**
tantum moenium impediebantur, sed quod † euntes † ad ancipites utrimque ictus subiectos habebant Romanos, ut latera infestiora subeuntibus quam aduersa corpora essent.
At parte † in alia quingentis et per stagnum facilis transitus 2
et in murum adscensus inde fuit; nam neque opere emunitus erat ut ubi ipsius loci ac stagni praesidio satis creditum

7 eae A^1 *uel A.ald. Frob.* I. 2 : ea $\pi\theta$ uadis A^1 *ipse* (*ut uid.*) *in ras. ald.* : uagis Π(*A?*)*J* : mag' *K*   pedibus *πald.* : *om.* *Aθ*   eo secum *Gron.* : eos eum *P* : eos $\Pi^2\theta$: eo M^2 *dett. ald. Frob.* I. 2   quingentos (*i.e.* d.) *hic post* armatos *add. Weissenb.*, *post* eo *Crevier ex c.* 46. 2 (.d. *illud facilius ante* duxit *omitti poterat*) : *ignorant* Π*θald.*, *cf. e.g. c.* 38. 11 *et* 29. 28. 10 *adnn.*   8 aestu C^4M^2 *uel* $M^?A^?\theta$*ald.* : aestut *P* : est ut *C?RMDA?* : estus *B*   alibi (umbilico) Π^2 *uel* $\Pi^1\theta$: libi *P*   9 uerterent Π*θ* : auerterent *Luchs dubitanter*   stagna (auf-) *πald.* : stagnum *Aθ* : stagno *Gron.*, *quod 'optimis' attribuit*

46 1 quod euntes (*uel* -tis) Π*θald. Frob.* I. 2 : coeuntis *N*: *castigabat locum Gron.* (*i*) et tuentes, (*ii*) quod adeuntes, (*iii*) et cuneis *temptando* : *alii alia post* quod *add.*, *e.g.* superstantes *Doering*, defendentes *Weissenb.* (*om.* quod), e turribus pugnantes *M. Mueller*, iacientes *Friedersdorff*, hostes *Luchs* 1879 *qui postea* (1889) tuentes (*post* quod) *dubitanter accepit. Cum et nominatiuus et uerbum magis proprium desiderentur,* quod ⟨defensores adgred-⟩ ientes (*i.e.* -tis) *conicio duas lineas in archetypo in* -d *exiisse ratus et cum* d- *coepisse alterutram* (-diebantur sed quod | defensores adgred-), *cf. c.* 6. 16 *adn.*
2 parte in alia Π*N.ald. Frob.* I. 2 : parte in aliam $A^?\theta$ (hac *pro* at *praebentes*) : in *suspicatur recte Weissenb.* : *si quid mutandum, fort.* parte marina *scribendum* ; *utique* in *deletum uelim*

foret, nec ulla armatorum statio aut custodia opposita in-
tentis omnibus ad opem eo ferendam unde periculum os-
tendebatur.
3 Vbi urbem sine certamine intrauere, pergunt inde quanto
maximo cursu poterant ad eam portam circa quam omne
4 contractum certamen erat; in quod adeo intenti omnium
non animi solum fuere sed etiam oculi auresque pugnantium
5 spectantiumque et adhortantium pugnantes ut nemo ante
ab tergo senserit captam urbem quam tela in auersos inci-
6 derunt et utrimque ancipitem hostem habebant. Tunc tur-
batis defensoribus metu et moenia capta et porta intus
forisque pariter refringi coepta; et mox caedendo confectis
ac distractis ne iter impediretur foribus armati impetum
7 fecerunt. Magna multitudo et muros transcendebat; sed
hi passim ad caedem oppidanorum uersi; illa quae portam
ingressa erat iusta acies cum ducibus, cum ordinibus media
8 urbe usque in forum processit. Inde cum duobus itineribus
fugientes uideret hostes, alios ad tumulum in orientem

2 intentis omnibus ad opem] *hinc lectiones ex codice Sp denuo citare incipit Rhenanus, cf. c.* 43. 6 *adn.* eo ferendam *Sp?N*^{4} *Frob.* 2 : offerendam π : ferendam *MBANθald.* 4 fuere Π*N.ald.* : erant *θ* : fuerant *Frob.* 2 et (adhortantium) *A*^{7}*θald. Frob.* 1. 2 : *om.* Π*N*, *fort. recte, cf. c.* 47. 7 *infra et* 22. 29. 11 *et* 27. 16. 6 *adnn.*, *sed* et *retinemus ut fort. ex Sp ortum* (*et cf. c.* 11. 12 *adn.* (*c*) *et* § 5 *infra*) 5 ante ab (*sed* a) tergo senserit *Sp? Frob.* 2 : ab tergo ante (an *P* : ante *P*^{2}) sentiret π : sentiret ante ab (*uel* a) tergo *ANθald.*, *cf. c.* 5. 17 *adn. Ideo fort. errauit P quod uocem* ante *in exemplari suo omissam* (*cf.* 27. 43. 3) *et inter lineas additam male tanquam* an ti *intellexit, unde* an senti- *pro* ante senser- *scripsit* auersos *ald. Frob.* 1. 2 : aduersos (-sus *M* : -sos *M*^{2}) Π*Nθ* et (utrimque) *Sp Frob.* 2 : *om.* Π*Nθald.*, *cf.* § 4 *et c.* 11. 12 *adn.* (*c*) 6 turbatis *CM*^{2}*B*^{2}*A*^{7}*θald. Frob.* 1. 2 : uerbatis π : uerberatis *A?N* coepta (*uel* cep-) Π*Nθald.* : coepit *Sp? Frob.* 2 confectis Π*Nθald.* : confractis *N*^{4} *ut s. l. Frob.* 2 (*om. hic* ac distractis) impediretur *ANθald. Frob.* 1. 2 : impediret (-ent *M*^{2}) π foribus *M*^{1}*B*^{2}*DANθ* (*sed post* distractis *K*) *ald. Frob.* 1. 2 : fortibus π 7 hi (*sed* hii) passim *Frob.* 2 : ipassim *P*, *ubi supra* i- *illud add.* •/• *P*^{1} *uel P*^{2} *aut ut aliquid inseratur aut siglum ad uoces separandas adhibens* : ii passim *CR*^{2}*?* : ipsas sim *R et R*^{x}*M* : ipsi (ipsa *N*) passim *BDANθald.* usque in *N*^{4} : in π*Nθald. Frob.* 1. 2 (*sc. post* urbe *om.* usque *P*) : *om. M*

uersum qui tenebatur quingentorum militum praesidio, alios in arcem in quam et ipse Mago cum omnibus fere armatis qui muris pulsi fuerant refugerat, partem copiarum ad tumulum expugnandum mittit, partem ipse ad arcem ducit. Et 9
tumulus primo impetu est captus, et Mago arcem conatus defendere, cum omnia hostium plena uideret neque spem ullam esse, se arcemque et praesidium dedidit. Quoad 10
dedita arx est, caedes tota urbe passim factae nec ulli puberum qui obuius fuit parcebatur: tum signo dato caedibus finis factus, ad praedam uictores uersi, quae ingens omnis generis fuit.

Liberorum capitum uirile secus ad decem milia capta; **47**
inde qui ciues Nouae Carthaginis erant dimisit urbemque et sua omnia quae reliqua eis bellum fecerat restituit. Opifices 2
ad duo milia hominum erant; eos publicos fore populi Romani edixit, cum spe propinqua libertatis si ad ministeria belli enixe operam nauassent. Ceteram multitudinem in- 3
colarum iuuenum ac ualidorum seruorum in classem ad supplementum remigum dedit; et auxerat nauibus octo captiuis classem. Extra hanc multitudinem Hispanorum 4
obsides erant, quorum perinde ac si sociorum liberi essent cura habita. Captus et apparatus ingens belli; catapultae 5
maximae formae centum uiginti, minores ducentae octoginta

8 militum $C^4M^2AN\theta$: milium π   alios in arcem $A^v\theta$*ald. Frob.* 1. 2: alios Π*N*: alios qui in arcem N^4 partem (copiarum) $C^4M^2A^x\theta$*ald. Frob.* 1. 2: partim (-tum *M*) Π*N*, *quod Liuium ipsum scripsisse negare noluerimus*   partem (ipse) C^4A^7*ald.*: partim Π, *u. supra*: *om.* *Spθ Frob.* 2, *fort. recte* (*de* ducit *intransitiuo cf. e.g.* 22. 18. 6)   9 plena $\pi^2N\theta$: plera *P*: plebs R^1M: ples *R*   spem ullam A^7N^G (*in ras., fort.* N^4 *ut saepe rescribens*) θ*ald. Frob.* 1. 2: se multam Π(*A?*)*N?*   se $PA^7N^4\theta$*ald Frob.* 1. 2: *om.* Π^2N (*u. adn. praec.*)   10 fuit (parcebatur) Π*N*θ*ald. Frob.* 1. 2: fuisset *Siesbyaeus*   caedibus $CM^2BDAN\theta$*ald. Frob.* 1. 2: aedibus *PRM*

47 1 uirile secus PRN^4 *ut s.l., cf. e.g.* 31. 44. 4: uirile (-ae *D*) sexus CR^3MBDAN: uirilis sexus $M^2A^x\theta$*ald. Frob.* 1. 2 *ut P* (*sed* -les) *c.* 34. 5   3 octo Π*N*θ*ald. Frob.* 1. 2: XVIII *Sigonius ex Polyb.* 10. 17. 13, *fort. recte*   5 formae π*Sp Frob.* 2: ferme (-mę B^2) $CB^2DAN\theta$*ald.*

6 una; ballistae maiores uiginti tres, minores quinquaginta
duae; scorpionum maiorum minorumque et armorum telo-
rumque ingens numerus; signa militaria septuaginta quat-
7 tuor. Et auri argenti relata ad imperatorem magna uis:
paterae aureae fuerunt ducentae septuaginta sex, librales
ferme omnes pondo; argenti infecti signatique decem et
octo milia et trecenta pondo, uasorum argenteorum magnus
8 numerus; haec omnia C. Flaminio quaestori appensa adnu-
merataque sunt; tritici quadringenta milia modium, hordei
9 ducenta septuaginta. Naues onerariae sexaginta tres in
portu expugnatae captaeque, quaedam cum suis oneribus,
frumento, armis, aere praeterea ferroque et linteis et sparto
10 et nauali alia materia ad classem aedificandam, ut minimum
omnium inter tantas opes belli captas Carthago ipsa fuerit.
48 Eo die Scipio C. Laelio cum sociis naualibus urbem cus-
2 todire iusso ipse in castra legiones reduxit fessosque milites
omnibus uno die belli operibus, quippe qui et acie dimicas-
sent et capienda urbe tantum laboris periculique adissent et
capta cum iis qui in arcem confugerant iniquo etiam loco
3 pugnassent, curare corpora iussit. Postero die militibus
naualibusque sociis conuocatis primum dis immortalibus

6 maiorum *A*^{7}*θald. Frob.* 1. 2: *om.* Π*N*, *cf.* § 9 *et c.* 11. 12 *adn.* (*b*) 7 argenti π, *cf. c.* 36. 11 *supra* (*et u. sis* 27. 16. 6 *adn.*): argentique *M*^{2}*ANθald. Frob.* 1. 2 librales *Sp?A*^{6}*θ Frob.* 2: libras π, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: librae (*uel* -re) *AN.ald.*, *cf.* 3. 29. 3; 4. 20. 4 *ubi tamen Singularis*; *si quis* librales *hic unice apud Liuium occurrere queritur, notato* cubitalis *in* 24. 34. 9. *Cf. etiam c.* 36. 6 *adn.* infecti *Gron.*: facti (-te *AN qui et* signate *praebent*: signati *A*^{6}) Π*θald. Frob.* 1. 2; *cf. de* in *omisso c.* 13. 7 *adn.* 8 quadringenta *PRB*^{2}*D*: quadraginta (*uel* XL) *CMBANθald. Frob.* 1. 2 9 Naues *Sp ut uid., Frob.* 2: ad naues π: at naues *M*^{2} (*si sic uoluit*) *BDANθald.*: ac naues *dett. plerique* captaeque *A*^{7}*N*^{6} *in ras. θald. Frob.* 1. 2: que π(*A?N?*), *cf.* § 6 *et c.* 11. 12 *adn.* (*b*): *om. M*^{2}*DA*^{x}*?N*^{x}*?* nauali alia (alia *A*) Π^2*N*^{6} (*ubi* -li *in ras. v litt. est*) *θald. et in Frob.* 2 *retentum*: naualiali | alia *P et sic R*^{x} *et fort. N*: naualia *Sp*, *unde* nauali *Rhen.* 10 belli captas *Sp? N*^{2} *ab N*^{6} *in ras. rescriptus, Frob.* 2: belli castas *P*: bellicas Π^2*N?θald.*

48 2 operibus Π*N.ald.*: operis *Spθ, Frob.* 2, *sed de* -is *pro* -ib. *cf.* 22. 21. 4 *et* 27. 2. 8 *adnn.* et capta . . . pugnassent] *omnia om. N, add. in marg. N*^{3} (*non N*^{4})

laudes gratesque egit, qui se non urbis solum opulentissimae
omnium in Hispania uno die compotem fecissent, sed ante eo
congessissent omnis Africae atque Hispaniae opes, ut neque
hostibus quicquam relinqueretur et sibi ac suis omnia super-
essent. Militum deinde uirtutem conlaudauit quod eos non 4
eruptio hostium, non altitudo moenium, non inexplorata stag-
ni uada, non castellum in alto tumulo situm, non munitissima
arx deterruisset quo minus transcenderent omnia perrum-
perentque. itaque quamquam omnibus omnia deberet, prae- 5
cipuum muralis coronae decus eius esse qui primus murum
adscendisset; profiteretur qui se dignum eo duceret dono.
Duo professi sunt, Q. Trebellius, centurio legionis quartae, et 6
Sex. Digitius, socius naualis. Nec ipsi tam inter se acriter
contendebant quam studia excitauerant uterque sui corporis
hominum. Sociis C. Laelius, praefectus classis, legionariis 7
M. Sempronius Tuditanus aderat. Ea contentio cum prope 8
seditionem ueniret, Scipio tres recuperatores cum se daturum
pronuntiasset qui cognita causa testibusque auditis iudicarent
uter prior in oppidum transcendisset, C. Laelio et M. Sem- 9
pronio, aduocatis partis utriusque, P. Cornelium Caudinum
de medio adiecit eosque tres recuperatores considere et cau-
sam cognoscere iussit. Cum res eo maiore ageretur certa- 10
mine quod amoti tantae dignitatis non tam aduocati quam

3 eo π$A^{6}N^{4}$ *ut s. l.* (*uel* N^{1} *ab* N^{4} *ut s. l explicatum*) *θald. Frob.* 1. 2: eum C^{4}*AN* omnis Π*N*, *quod ut Genetiuus mihi magis placet* (*uocibus* urbis opulentissimae *oppositus*) *ut Accus. Johnsonio* (*cum Madv.*): omnis (*uel* -nes) paene (*uel* pene) A^{7}*θald. Frob.* 1. 2 4 inexplorata *PC*$A^{6}N^{4}$*θ*: explorata *RMBDAN* 6 Trebellius (*hic, et in* § 13 -um) *Sp?*A^{7}*θ* (-eli- *J*) *Frob.* 2: ti-(ty- *ald.*)-berilius (*hic, et in* § 13 -um) Π*N.ald.*, *nomen gentilicium quod in Indice nominum Italic. ex C. I. L. constructo in 'It. Dial.' non reperies* 7 praefectus N^{3} *in marg., Rhen., Frob.* 2: que tectus *Sp*: q. *uel* que π*N*: quę *B*: qui *D*: *om.* $C^{2}A^{x}$*θald.* (*sed* classicis *pro* classis *ald.*, et classi A^{7}) legionariis $A^{7}N^{4}$ (-ris N^{4}) *θald. Frob.* 1. 2: legionarii Π*N*, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* (-arii et C^{4}) 9 P. (Cornelium) *Sp*A^{7} *Frob.* 2: *om.* Π*N. ald.* 10 quod amoti (*A?*)π (*sed* quodam oti *RM*: quodam uti R^{3}*BD*) N^{6} *in ras.* (quod amore N^{7}!) *Sp?K Edd. ante ed. Par.* 1513, *Frob.* 2: quod admoti $C^{4}M^{2}A^{7}$*N?J.ald.* (*sed* indignitatis *ald.*)

moderatores studiorum fuerant, C. Laelius relicto consilio
11 ad tribunal ad Scipionem accedit, eumque docet rem sine modo ac modestia agi ac prope esse ut manus inter se conferant: ceterum, etiamsi uis absit, nihilo minus detestabili exemplo rem agi, quippe ubi fraude ac periurio decus petatur
12 uirtutis. stare hinc legionarios milites, hinc classicos, per omnes deos paratos iurare magis quae uelint quam quae sciant uera esse et obstringere periurio non se solum suumque caput sed signa militaria et aquilas sacramentique religionem.
13 haec ad eum de sententia P. Corneli et M. Semproni deferre. Scipio conlaudato Laelio ad contionem aduocauit pronuntiauitque se satis compertum habere Q. Trebellium et Sex. Digitium pariter in murum escendisse, seque eos
14 ambos uirtutis causa coronis muralibus donare. Tum reliquos prout cuiusque meritum uirtusque erat donauit; ante omnes C. Laelium praefectum classis et omni genere laudis sibimet ipsi aequauit et corona aurea ac triginta bubus donauit.

49 Tum obsides ciuitatium Hispaniae uocari iussit; quorum

10 ad (tribunal) *ANθald. Frob.* 1. 2: an π, *cf. c.* 41. 9 *adn.*: ante CM^2A^x *in marg.* accedit $\pi^2N\theta$: accendit *P*: misit *C*, *mire*: accepit *D* 12 paratos SpN^3 *uel* $N^4\theta$ *Frob.* 2: apparatos πC^4N: apparat *C* aquilas] *post hanc uocem add.* ut in pluribus A^v? *in marg. Vat.* θ *Lov.* 4, *quod obiter dictum fuisse a nescioquo uidetur et a codd.* Θ *in contextum insertum*: etiam pluribus *Ven. Lov.* 2: *nesciunt* Π*N.ald. Frob.* 1. 2: *delet* A^x 13 haec Π*N*: haec se $A^7N^4\theta$*ald. Frob.* 1. 2, *fort. recte* (*et hic malit Johnson*), *sed cf.* 23. 34. 4. *adn. et Frigell, Prolegom. in Lib.* 23 *pp. xlvii–liv. Cf. etiam* 27. 19. 9; 28. 18. 3; 28. 34. 9; 30. 22. 5 (*et e.g.* 27. 36. 4; 28. 35. 11; 29. 5. 5; 29. 8. 4; 29. 19. 2). *De Infinitiuo futuri sine* se *uide* 27. 38. 5 *adn.* aduocauit Π*Nθald.*, *cf. e.g.* 42. 33. 2: uocauit *Sp Frob.* 2 compertum habere Π*Nθald. Frob.* 1. 2: comperisse *Sp* Trebellium] *u.* § 6 escendisse *PR*, *cf.* 27. 5. 8 *adn.*: ascendisse CR^3MBD *ANθald. Frob.* 1. 2 ambos $N^4\theta$*ald. Frob.* 1. 2: *om.* Π*N*
14 cuiusque *θald. Frob.* 1. 2: cuique πR^2 *uel* R^3 (*sed* -iq. *in marg. scripsit*): cui *M* ipsi *AN.ald. Frob.* 1. 2: ipse πθ, *cf.* 6. 37. 3 *et* 27. 3. 2 *adnn.* ac xxx Π*N.ald. Frob.* 1. 2: xx *Sp ut uid.*: et xxx θ bubus Π*NSp*, *cf.* 7. 26. 10; 7. 37. 1; 28. 38. 8: bobus *θald. Frob.* 1. 2
49 1 ciuitatium πD^xN: ciuitatum *Dθald.* (*cf.* § 9)

quantus numerus fuerit piget scribere, quippe ubi alibi tre-
centos ferme, alibi tria milia septingentos uiginti quattuor
fuisse inueniam.—Aeque et alia inter auctores discrepant. 2
Praesidium Punicum alius decem, alius septem, alius haud
plus quam duum milium fuisse scribit. Capta alibi decem
milia capitum, alibi supra quinque et uiginti inuenias. Scor- 3
piones maiores minoresque ad sexaginta captos scripserim,
si auctorem Graecum sequar Silenum; si Valerium Antiatem,
maiorum scorpionum sex milia, minorum tredecim milia;
adeo nullus mentiendi modus est. Ne de ducibus quidem 4
conuenit. Plerique Laelium praefuisse classi, sunt qui M.
Iunium Silanum dicant; Arinen praefuisse Punico praesidio 5
deditumque Romanis Antias Valerius, Magonem alii scrip-
tores tradunt. Non de numero nauium captarum, non de 6
pondere auri atque argenti et redacta pecunia conuenit; si
aliquis adsentiri necesse est, media simillima ueri sunt.—
Ceterum, uocatis obsidibus primum uniuersos bonum ani- 7
mum habere iussit: uenisse enim eos in populi Romani 8

1 ubi Π(*A?*)*N.ald.* (*de subiunctiuo cf. e.g. c.* 46. 2): cum $A^7\theta$ *Frob.* 2   tria milia (*i.e.* ∞ ∞ ∞) *PC*: *om. RMBDANθald. Frob.* 1. 2   XXIV *PCR*: XXV $R^xMBDANJ$*.ald. Frob.* 1. 2: LXV *K*   2 haud π*J.ald. Frob.* 1. 2: aut *C*: haut C^1 *uel* C^2B: non *AN*: *om. K*   alibi decem milia (m̄ N^x) capitum $A^7N^x\theta$*ald. Frob.* 1. 2: *om.* Π*N* (*et pro* alibi *insequenti praebet* alii *J*: *om. N et silet* N^x), *linea xviii litt. ante alt.* alibi *deperdita, cf. c.* 51. 8 *adn.*: *delet* A^x inuenias (-ies *RN*) Π: inuenio $A^7N^7\theta$*ald. Frob.* 1. 2, *fort. recte, sed cf. e.g.* 23. 12. 10 *adn. et* 22. 7. 4   3 tredecim *Gron.*: XIII $DA^7\theta$ *et* (*sed om.* milia) *ald. Frob.* 1. 2 (*et* milia *summatim a DK scriptum est*): decem tria π*N* (*substrinxit* decem M^2?: *lineam erasit* M^x): decem et tria AN^2. *Paene certum est in archetypo* XIII *stetisse*; *nos igitur* (*pace A. C. Clark quem uide e.g. ad Cic. Rosc. Am.* 7. 20) tredecim, quattuordecim *etc. semper in hoc tomo scribimus, cf. Neue-Wagener pp.* 286 *sqq. et e.g.* 27. 29. 8; 28. 4. 6; 28. 38. 5; 29. 2. 17; 29. 37. 6 (*cf. contra* 24. 49. 1)   4 Ne π*ald. Frob.* 1. 2, *cf.* § 15: nec *AN* (*om.* de ducibus *AN*: *add.* A^7N^4 *ab* N^6 *rescriptus*), *quod si probas, cf. e.g.* 8. 7. 19   6 pondere $CM^2BDAN\theta$*ald. Frob.* 1. 2: ponere *PRM*: numero *Sp*   redacta pecunia *Sp Frob.* 2: redactae pecuniae (*uel* -te -nie) Π*Nθald.*, *non male*   aliquis Π*NSp*: aliquibus $C^5A^7\theta$*ald. Frob.* 1. 2 (*cf. c.* 15. 3): alicui M^2 simillima Π*Nθald.*: similia *Sp Frob.* 2   ueri M^1BSp *Frob.* 2, *cf.* 5. 21. 9 *adn.*: ueris *DANθ ald.*: ueneris π   8 uenisse enim $A^7\theta$: uenire enim N^4: uenisses *P*, *cf.* 5. 39. 6 *et* 7 *et* (-s *pro* -m) 27. 17. 1 *adn.*: uenisse Π^2*ald. Frob.* 1. 2: uenire *N*

potestatem, qui beneficio quam metu obligare homines malit
exterasque gentes fide ac societate iunctas habere quam tristi
9 subiectas seruitio. Deinde acceptis nominibus ciuitatium
recensuit captiuos quot cuiusque populi essent, et nuntios
10 domum misit ut ad suos quisque recipiendos ueniret. Si
quarum forte ciuitatium legati aderant, eis praesentibus suos
restituit: ceterorum curam benigne tuendorum C. Flaminio
11 quaestori attribuit. Inter haec e media turba obsidum mulier
magno natu, Mandonii uxor, qui frater Indibilis Ilergetum
reguli erat, flens ad pedes imperatoris procubuit obtestarique
coepit ut curam cultumque feminarum impensius custodibus
12 commendaret. Cum Scipio nihil defuturum iis profecto
diceret, tum rursus mulier 'Haud magni ista facimus' in-
quit; 'quid enim huic fortunae non satis est? Alia me
cura aetatem harum intuentem—nam ipsa iam extra pericu-
13 lum iniuriae muliebris sum—stimulat.'—Et aetate et forma
florentes circa eam Indibilis filiae erant aliaeque nobilitate

8 tristi Π*N*θ*ald. Frob.* 1. 2: a tristi *Sp* 9 ciuitatium (*hic et* § 10) πD^4*N*, *cf.* § 1: ciuitatum (*hic et* § 10) *BD*A^7θ*ald.Frob.*1.2 quot M^2 *uel* M^7A^7θ*ald. Frob.* 1. 2: quod Π*N* 10 suos C^4*DAN*θ*ald. Frob.* 1. 2: uos π (*sc.* s- *post* -s *om.*): hos M^2: suis *B* 11 e Π*N*θ*ald. Frob.* 1. 2: *om. Sp* Indibilis (*et sic P in* § 13) πM^2N^6 *in ras. ald.*, *cf.* 25. 34. 6 *adn.* (Indib- *praebet P in* 27. 17. 3; 28. 24. 3; 28. 31. 5; 28. 34. 8; 29. 1. 19: Indeb- *in* 29. 2. 14): indebilis R^2 *uel* R^3*MBDN?*: *om. A*θ procubuit π*ald. Frob.* 1. 2: procidit *AN*θ 12 iis *Sp*: his N^4: *om.* π*N*θ*ald. nec in Frob.* 2 *additum, non male* Alia me N^6 *in ras.* (*correcturam ab* N^4 *profectam fort. obtegente*): aliam Π*N?*: aliarum (curam) M^2 *uel* M^7: alia A^xθ: alia me angit *Sp Frob.* 2, *optime dumtaxat sed u. adn. inf.* (stimulat) ipsa iam DN^6 *Edd.*: ipsa nam (-a am *B*) πB^2 (*cf. c.* 7. 3 *adn.*): *om. AN*θ: ipsa A^5? sum $C^4A^7N^6$ *in ras. J Edd.*: cum Π(*A?*)*N?*: sub *K* 12–13 stimulat.—Et *PC*: stimulat C^4*RMBDAN*^{6} *in ras.* θ: animum stimulat *ald.*: Simul *Sp Frob.* 2 (*u. supra*). *Aut uoce* angit *supra in exemplari Puteani omissa* stimulat *in marg. additum erat, mox huc insertum*; *aut* (*ad quod re saepius perpensa inclinamur*) stimulat *in* simul *in fonte Spirensiano corruptum est ideoque uox* angit *supra a docto aliquo uiro addita*; *quippe parenthesis* nam—sum *matronae precibus bene conuenit et uox* stimulat *i.q.* 'me loqui cogit' *significat*; *contra* simul, *siue cum* florentes *siue cum* erant *coniungas, prorsus languet* 13 filiae erant aliaeque *Sp* N^6 *in ras.* (*u. supra*) *Frob.* 2: filiaeque *PC*, *cf. c.* 11. 12 *adn.* (*b*): filii aeque (*uel* eque) *RMBDAN?*: filiae eaeque (eque θ) θ*ald.* (*sed ante* aetate *add.* stabant *ald.*): filiae quinque C^4: filii filiaeque A^x

pari, quae omnes eam pro parente colebant.—Tum Scipio 14
'Meae populique Romani disciplinae causa facerem' inquit, 'ne quid quod sanctum usquam esset apud nos uiolaretur: nunc ut id curem impensius, uestra quoque uirtus dignitas- 15
que facit quae ne in malis quidem oblitae decoris matronalis estis.' Spectatae deinde integritatis uiro tradidit eas tuerique 16
haud secus uerecunde ac modeste quam hospitum coniuges ac matres iussit.

Captiua deinde a militibus adducitur ad eum adulta uirgo, **50**
adeo eximia forma ut quacumque incedebat conuerteret omnium oculos. Scipio percontatus patriam parentesque, 2
inter cetera accepit desponsam eam principi Celtiberorum; adulescenti Allucio nomen erat. Extemplo igitur parentibus 3
sponsoque ab domo accitis cum interim audiret deperire eum sponsae amore, ubi primum uenit, accuratiore eum sermone quam parentes adloquitur. 'Iuuenis' inquit 'iu- 4
uenem appello, quo minor sit inter nos huius sermonis uerecundia. Ego cum sponsa tua capta a militibus nostris ad me ducta esset audiremque tibi eam cordi esse, et forma faceret 5
fidem, quia ipse, si frui liceret ludo aetatis, praesertim in

13 eam πN^4*ald. Frob.* 1. 2: *om. AN*θ 14 quid *RMBDAN*θ*ald. Frob.* 1. 2: quit *PC, cf. e.g.* § 9: *om. Sp, uix recte* 15 facit πB^x *N*θ*ald. Frob.* 1. 2 (fuit *B*): *om. Sp*: monet Sp^x *ut uid.* ne πR^2A^x, *cf.* § 4: nec *RMAN.ald. Frob.* 1. 2 oblitae C^4M^1DAN θ*ald. Frob.* 1. 2: oblatae πR^1 *uel* R^2 (abl- *R*) 16 hospitum *Sp* A^v?N^6 *in ras. Frob.* 2: hostitum *PRM, cf.* 27. 15. 11 *adn.*: hostium CR^1 *uel* R^2M^1BDA: ciuium A^x *in marg.* θ *Lov.* 5 *ald.*

50 1 incedebat πA^v *Aldus Frob.* 1. 2: se uerteret *AN*θ *Edd. ante Ald.* 2 desponsam π*Sp*θ: desponsatam $DANJ^1$ *ut s. l. ald. Frob.* 1. 2 eam Π*N*θ*ald. Frob.* 1. 2: eam esse N^4, *optime* Allucio (*hic et in* § 12) *Sp ut uid. Frob.* 2, *cf. Dio. Cass.* 16. 43: aluccio *PRM* (*in* § 12 alucceio *PR*: lucc- R^xM): aluceio *C*(*et in* § 12)M^2: luctio*B*: cui luceio *AN*θ*ald.*: luceio C^x?M^2?B^2 (*et sic in* § 12 *BD AN*θ (lut- *J*) *ald.*): *om.* Allucio—erat *D* 3 ab (domo) ΠN^2K. *ald. Frob.* 1. 2: a *SpJ*: ad *N* 4 quo minor *Gron. ab* N^6 *anticipatus*: minor Π*N*θ*ald.*: quominus *Sp Frob.* 2 inter nos huius Π*N*θ*ald. Frob.* 1. 2: huius inter nos *Sp* N^4 *ab* N^6 *rescriptus* tua capta *PCSp*?N^4 *ut uid., Frob.* 2: tua cata *R*: uacata R^2M: uocata M^7 *uel* M^2BDAN: tua uocata A^v?θ*ald.* ducta π*N*: deducta AN^1 θ*ald. Frob.* 1. 2 5 in recto *Sp*? (*ubi tamen fort.* recto *sine* in *legebat Rhen. et sic Frob.* 2): in lecto et lecto *PRM*: lecto *C*: in lecto M^2: in lecto (ill- θ*ald.*) et laeto (leto *AN*θ) *BDAN*θ*ald.*

recto et legitimo amore, et non res publica animum nostrum
occupasset, ueniam mihi dari sponsam impensius amanti
6 uellem, tuo cuius possum amori faueo. Fuit sponsa tua
apud me eadem qua apud soceros tuos parentesque suos
uerecundia; seruata tibi est, ut inuiolatum et dignum me
7 teque dari tibi donum posset. Hanc mercedem unam pro
eo munere paciscor: amicus populo Romano sis et, si me
uirum bonum credis esse quales patrem patruumque meum
iam ante hae gentes norant, scias multos nostri similes in
8 ciuitate Romana esse, nec ullum in terris hodie populum dici
posse quem minus tibi hostem tuisque esse uelis aut amicum
9 malis.' Cum adulescens, simul pudore et gaudio perfusus,
dextram Scipionis tenens deos omnes inuocaret ad gratiam
illi pro se referendam, quoniam sibi nequaquam satis facul-
tatis pro suo animo atque illius erga se merito esset, parentes
10 inde cognatique uirginis appellati; qui, quoniam gratis sibi
redderetur uirgo ad quam redimendam satis magnum attulis-
11 sent auri pondus, orare Scipionem ut id ab se donum acci-
peret coeperunt, haud minorem eius rei apud se gratiam
futuram esse adfirmantes quam redditae inuiolatae foret
12 uirginis. Scipio quando tanto opere peterent accepturum
se pollicitus, poni ante pedes iussit uocatoque ad se Allucio

5 et legitimo π*Sp? Frob.* 2 : legitimoque *ANθald.* cuius possum *PSp*N^4 *Frob.* 2 : cuius sposso P^2 : cuius (eius *K*) sponso (-sa *A*) *RMBDANθ* : cui uis ius sponso (*om.* tuo) *C* : cuius sponsa est A^6*?ald.* 6 qua M^2A^v*?Sp ut uid. θald. Frob.* 1. 2 *et sic fort. uoluit* N^4 (*uel* N^1) *qui tamen* q (*i.e. in N* quam) *reliquit* : que *N* : quam π, *cf. c.* 40. 11 *adn.* : que *A* tibi est π*Sp? Frob.* 2 : est tibi *ANθald.* (*cf. c.* 5. 17 *adn.*) 7 quales (*uel* -is) Π(*A?*)*ald. Frob.* 1. 2 (-eis *Edd. hi*): qualem $A^7θ$ 9 Cum *Sp Frob.* 2 : *om.* Π*Nθald.* (*add. post* omnes C^4) et gaudio *PCSp* : gaudio *RMBD* : gaudioque *ANθald. Frob.* 1. 2 perfusus *Sp Frob.* 2: perusus *P*: percusus P^2R : percussus R^2*MBDAN* : perculsus CA^v*?ald.* inuocaret π*Sp Frob.* 2 : inuocare *BDANθald.* (*sc.* cum *supra omittentes*) quoniam (sibi) *Sp ut uid.* A^7*θald. Frob.* 1. 2 : quā iam π : quamquam iam *AN* merito *Sp*N^4*K Frob.*2 : *om.* Π*NJ.ald.* 11 ab se Π*NSp ut uid. θald. Frob.* 1. 2 : ipse Sp^x *ut uid.* futuram esse Π*Nθ* : futuram *Frob.* 2 *et sic Liuium scripsisse suspicamur, cf.* 27. 38. 5 *adn.* : fore *ald.* 12 Allucio] *u.* § 2 *supra*

'Super dotem' inquit, 'quam accepturus a socero es, haec tibi a me dotalia dona accedent'; aurumque tollere ac sibi habere iussit. His laetus donis honoribusque dimissus do- 13
mum, impleuit populares laudibus meritis Scipionis: uenisse dis simillimum iuuenem, uincentem omnia cum armis, tum benignitate ac beneficiis. Itaque dilectu clientium habito 14
cum delectis mille et quadringentis equitibus intra paucos dies ad Scipionem reuertit.

Scipio retentum secum Laelium, dum captiuos obsidesque **51**
et praedam ex consilio eius disponeret, satis omnibus rebus 2
compositis, data quinquereme ⟨et⟩ captiuis †cum Magone et quindecim fere senatoribus qui simul cum eo capti erant in naues sex impositis nuntium uictoriae Romam mittit. Ipse 3
paucos dies quibus morari Carthagine statuerat exercendis naualibus pedestribusque copiis absumpsit. Primo die legi- 4
ones in armis quattuor milium spatio decurrerunt; secundo

12 accedent (-nent *M*: -dent *M*[1]) Π*N.ald. Frob.* 1. 2: accedant *θ* 13 honoribusque *A*[7] *uel A*[v]*N*[4]*ald. Frob.* 1. 2: honoribus Π*N*, *uix recte* (*quamquam cf.* 27. 16. 6 *adn.*), *cf. c.* 11. 12 *adn.* (*c*) cum (armis) Π*N.ald. Frob.* 1. 2: tum *DA*[7] *uel A*[v]*N*[2]*θ* 14 delectis *Aldus Frob.* 1. 2: dilectis π (*ob* dilectu *errantes*): *om. ANθ Edd. ante Ald.* quadringentis (*i.e.* cccc) π*N.ald. Frob.* 1. 2: ccc *A*[7] *uel A*[v]*θ* reuertit π *Aldus Frob.* 1. 2: redit *ANθ Edd. ante Ald.* (-iit *hi*)

51 2 satis omnibus rebus *Walters*: satis omnibus π*Nθald.*: rebus omnibus *SpN*[4]*Frob.* 2; *cf.* 29. 7. 7 *adn.* ⟨et⟩ captiuis cum *Johnson* (*qui* et captiuis centum (*uel* c.) cum *malit*): captiuis cum *SpN*[4] *Frob.* 2: captiuisque *PC* (magone *P*[2]: magn- *P*): captiuis *RMBDANθald.*: e captiuis (*sc.* nauibus) atque *Madv.*, *cf. c.* 47. 3. *Nos uero non audemus* captiuis *a* Magone *separare, cum Polybius* (10. 19 8) *non solum Magonem et senatores Poenorum* (*id.* 10. 18. 1) *sed etiam* τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων τοὺς ἐπιφανεστάτους *cum Laelio Romam missos narret*; *cf. etiam apud Liuium* 27. 7. 1 *ubi 'agmen captiuorum' cum Laelio urbem ingreditur* (*u. adn. sq.*). *De* -que *pro* cum *in P cf.* 22. 1. 1 *adn.* naues sex (*i e.* VI) *scripsi, respiciens* 27. 7. 4 *ubi non una nauis sed naues nominantur* (*cf. etiam App.* 6. 23): naue ut π (*de* -s *omisso u.* 27. 17. 12 *et de* ut *pro* ui 23. 18. 1 *adnn.*): naue *C*[4]*M*[1]*BDAN.ald. Frob.* 1. 2: nauem *θ Madv.* (ut *pro* -m *in P positum ratus*), *satis scite si modo statuis tot tantosque uiros a Scip. uni nauigio commissos esse et Liuium Polybio hic obsecutum esse, sed in* 27. 7. 4 *hunc locum neglexisse. De corruptelis numerorum cf.* 1. 19. 6; 21. 28. 8; 26. 11. 5; 27. 7. 7; 27. 11. 8; 27. 28. 11; 27. 40. 7; 28. 34. 2; 30. 10. 20 *al.* (*de numeris omissis u.* 29. 28. 10 *adn.*)

die arma curare et tergere ante tentoria iussi; tertio die rudibus inter se in modum iustae pugnae concurrerunt praepilatisque missilibus iaculati sunt; quarto die quies data;
5 quinto iterum in armis decursum est. Hunc ordinem laboris
6 quietisque quoad Carthagine morati sunt seruarunt. Remigium classicique milites tranquillo in altum euecti, agilitatem
7 nauium simulacris naualis pugnae experiebantur. Haec extra urbem terra marique corpora simul animosque ad bellum acuebant; urbs ipsa strepebat apparatu belli fabris
8 omnium generum in publicam officinam inclusis. Dux cuncta pari cura obibat: nunc in classe ac nauali erat, nunc cum legionibus decurrebat: nunc operibus adspiciendis tempus

4 iussi *Gron.* : iussit ΠNθ (*cf.* 27. 24. 3) rudibus ΠN: sudibus M^6θ*ald. Frob.* 1. 2 praepilatisque (prop- *M*) πB^2Nθ*ald. Frob.* 1. 2 : piiatisque *Sp* : *om. B* praep. . . . data (*sc. lineam codicis M*) *quae supplet* B^2 6 classicique *PCSpN*^{4} *ut uid.* : classici *Frob.* 2 : clausicique *R* : clausi (classi *D*) ciuesque R^2*MBDAN* : classis ciues (-esque A^7K) A^7θ*ald.* (*sed* remigio *ald.*) naualis *PCR Edd.* : naualibus R^2*MBDAN*θ (*cf.* 27. 2. 8 *adn.*) pugnae C^5M^6 *uel* M^4 *per ras.* : pugna π(*M? A?*) : pugnam *M uel* M^xA^x : pugnis A^7θ 7 urbs *SpHFrob.* 2 : urp. s *P* : -ur.p.s *CR* : ·ur. p̄ K^2M (*delet* -ur M^7) : r. p. (*uel* respublica) *BDAN*θ*ald.* belli . . . publicam officinam *Walters ex Sp et* Π : belli . . . publica officina ΠNθ*ald. Frob.* 1. 2, *cf. c.* 41. 12 *adn.* : bellicam officinam *Sp, sc. post* belli *xxvi litteris ob* -li -li- *omissis, cf.* 28. 2. 16 *adn.* 8 Dux *SpN*^{4} *ab* N^6 *rescriptus Frob.* 2 : data Π(*C?*)Nθ*ald.* (*add.* quam *ante* pari *ald. et uoces* data cuncta *cum praec.* § 7 *coniungunt*) : Scipio C^4; *uidetur* dux *in* data *corruptum esse per* -a- *pro* -x- *scriptum* (*cf. c.* 37. 3 *adn.*); *scribit M* data *in spatio vii litt. ut solet cum difficilia se scribere scit* (*et sic* data *in* § 2 *supra*), *cf.* 22. 10. 9 *adn.* obibat *SpN*^{4} *ab* N^6 *rescriptus Frob.* 2 : ubibat *P* : subibat (subb- *R*) π$^2R^2$Nθ*ald.* nunc in classe . . . decurrebat *SpN*^{3} *Frob.* 2 : *om.* ΠNθ*ald., sc. tribus lineis* (*li litteris*) *quarum prima cum uoce* nunc *incipiebat perditis. Cf. Praef.* §§ 41–46 (*et* 8. 8. 8 *adn.*) *et Praef.* § 97. *Exempla linearum in P siue ob homoioteleuton quod uocant siue alias ob causas omissarum et per fontes Spirensianos seruatarum his in locis reperies;—huius libri cc.* 17. 5; 31. 2; 49. 2; *libri* 27 *cc.* 7. 1 *et* 10 *et* 13; 12. 12; 15. 8; 17. 7 *et* 9–10; 22. 3; 23. 5; 28. 3; 31. 1; 32. 7; 34. 13 (*Sp et Ta*); 35. 2; 36. 13; 37. 5; 40. 6; 46. 9; 47. 5; 51. 10; *libri* 28 *cc.* 3. 13; 5. 14; 8. 12; 11. 2 *et* 8; 12. 9; 21. 2; 23. 1 *et* 4 *et* 8; 33. 5; 34. 9 *et* 10 *et* 12; 39. 19? *et* 20; 41. 1; 42. 6?; 44. 2; 46. 3; *libri* 29 *cc.* 1. 10 *et* 11; 9. 10; 11. 3; 12. 4? *et* 5 *et* 14; 17. 4; 18. 9; 19. 2; 20. 9; 21. 4 *et* 5; 22. 3; 24. 6; 26. 8; 27. 11; 28. 5; 35. 5 *et* 6 *et* 14; 38. 3; *libri* 30 *cc.* 1. 9; 4. 6; 12. 18–19; 17. 9; 32. 3; 33. 15; 37. 10. *Contra de omissionibus in Sp factis uocum in P exstantium u.* 28. 2. 16 *adn. et de lineis per coniecturam restitutis c.* 6. 16 *adn.* (*c*) ac nauali *SpN*^{3} *Frob.* 2, *cf. Ouid. Met.* 3. 661 : *emendantium temptamina praeterimus*

dabat, quaeque in officinis quaeque in armamentario ac naualibus fabrorum multitudo plurima in singulos dies certamine ingenti faciebat. His ita incohatis refectisque quae 9
quassata erant muri dispositisque praesidiis ad custodiam urbis, Tarraconem est profectus, a multis legationibus protinus
in uia aditus, quas partim dato responso ex itinere dimisit, 10
partim distulit Tarraconem, quo omnibus nouis ueteribusque
sociis edixerat conuentum. Et cuncti fere qui cis Hiberum 11
incolunt populi, multi etiam ulterioris prouinciae conuenerunt. Carthaginiensium duces primo ex industria famam captae Carthaginis compresserunt: deinde, ut clarior res erat quam ut tegi ac dissimulari posset, eleuabant uerbis:
necopinato aduentu ac prope furto unius diei urbem unam 12
Hispaniae interceptam, cuius rei tam paruae praemio elatum insolentem iuuenem immodico gaudio speciem magnae
uictoriae imposuisse; at ubi adpropinquare tres duces, tres 13
uictores hostium exercitus audisset, occursuram ei extemplo domesticorum funerum memoriam. Haec in uolgus 14
iactabant, haudquaquam ipsi ignari quantum sibi ad omnia uirium Carthagine amissa decessisset.

8 ac (naualibus) N^4*Aldus Frob.*1.2: quae (-que *N*) ac (hac *C*) Π*N* (*cf.* 27. 44. 1 *adn.*): quae a (*uel* ab) A^7*J Edd. ante Ald.*: quaeque ab *K* singulos C^4M^2(M^7?)A^7N^4 *ut s. l.* θ: singula Π(*A?*)*N*
9 quae quassata erant muri *Sp*N^4 *Frob.2*: qua quas|sauerant muris *P* (*de* -s *cf. c.* 40. 14 *adn.*): quas- (aquas-*R*)sauerant (-at *N*) muris (-ros *R*) π^1 *uel* $\pi^2R^2N^2\theta$ (*sed post* refectis *praebent* quę *B*: queq; *D*): quos quassauerant muris CA^7*ald.*: quassati erant murus P^4 (*an* P^3?) ad custodiam N^4 *Sabellicus*: accusato (-tę *C*) iam π: accurato (-tę M^6 *K*) iam $M^6BDAN\theta$: quas iam C^4 aditus πN^4 *ut s. l.* (-tur $AN\theta$, *sed* add- *J*) 10 nouis N^4 *Edd.*: in suis Π*N*: suis C^xM^1?A^7?θ 11 posset $C^x\theta$ *Edd.*: possent Π*N*, *cf.* 27. 17. 4 *adn.* 12 cuius Π*N*θ*ald.Frob.*1.2: eius *Sp*, *non male* paruae C^4M^1*Sp ut uid.* N^4(-ue)*KAldus*: paruaet π: paruae et *BDA NJ Edd. ante Ald.* elatum πN^2(*an* N^7?)θ *Edd.*: datum *AN* 13 extemplo $A^7\theta$ (exem- Π*N*)
Subscriptiones: titi libii (lib *M*) ab urbe condita lib XXVI explc. inc. lib XXVII *PRM et sim. BD*: *silet C*: explicit liber VI incipit liber VII *AN*: *plura subscribunt* θ: *add.* recognobi P^2

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

LIBER XXVII

HIC status rerum in Hispania erat. In Italia consul Mar- 1
cellus Salapia per proditionem recepta Marmoreas et Meles
de Samnitibus ui cepit. Ad tria milia militum ibi Hanni- 2
balis, quae praesidii causa relicta erant, oppressa: praeda—
et aliquantum eius fuit—militi concessa. Tritici quoque
ducenta quadraginta milia modium et centum decem milia
hordei inuenta. Ceterum nequaquam inde tantum gaudium 3
fuit quanta clades intra paucos dies accepta est haud procul
Herdonea urbe. Castra ibi Cn. Fuluius proconsul habebat 4
spe recipiendae Herdoneae, quae post Cannensem cladem
ab Romanis defecerat, nec loco satis tuto posita nec prae-
sidiis firmata. Neglegentiam insitam ingenio ducis augebat 5
spes ea quod labare iis aduersus Poenum fidem senserat,
postquam Salapia amissa excessisse iis locis in Bruttios Han-
nibalem auditum est. Ea omnia ab Herdonea per occultos 6
nuntios delata Hannibali simul curam sociae retinendae urbis
et spem fecere incautum hostem adgrediendi. Exercitu

I 1 Marmoreas Π*N*: maronea $A^7N^4\theta$: maroneam *ald.Frob.*1.2 2 tria Π*N.ald.Frob.*1.2: duo (*uel* ii) θ militum ibi Π*N.ald.Frob.*1.2: ibi militum θ, *cf. c.* 37. 5 *adn.* et (aliquantum) $\pi SpA^7\theta$: *om. BDAN et* (*sed* praedae) *ald.Frob.*1.2. *De* et *explicatiuo cf.* 22. 1. 19 *adn. et e.g.* 28. 2. 4 militi πR^x *per ras.* M^2(mihi *M*)*N.ald.Frob.*1.2: militibus θ: militum *Sp*: usui militum *Rhen.* 3 Herdonea urbe $\pi\theta$*Edd.*: ab urbe Herdonea *AN*, *sed antiquiore illa structura saepe utitur Liuius*, *cf. e.g.* 2. 13. 6; 3. 22. 4; 4. 10. 5; 4. 22. 2; 38. 16. 15; *saepe etiam* ab *addit*, *cf. e.g.* 2. 26. 5; 7. 37. 6 (*cf. etiam* 29. 3. 10, *adn. de codd. AN*) 4 Cn. Π*N*, *cf.* 26. 28. 9: c. θ recipiendae Π*N*θ*ald.*: recipiundae *Frob.*2 (*non ut in c.* 6. 16) 5 senserat $M^2A^7N\theta$*ald.Frob.*1.2: senserant Π, *cf. c.* 17. 4 *adn.*

expedito ita ut famam prope praeueniret magnis itineribus ad Herdoneam contendit et, quo plus terroris hosti obiceret,
7 acie instructa accessit. Par audacia Romanus, consilio et
8 uiribus impar, copiis raptim eductis conflixit. Quinta legio et sinistra ala acriter pugnam inierunt; ceterum Hannibal signo equitibus dato ut, cum pedestres acies occupassent praesenti certamine oculos animosque, circumuecti pars
9 castra hostium, pars terga trepidantium inuaderent, ipse Cn. Fului similitudinem nominis—quia Cn. Fuluium praetorem biennio ante in iisdem deuicerat locis—increpans, similem
10 euentum pugnae fore adfirmabat. Neque ea spes uana fuit. Nam cum comminus acie et peditum certamine multi ceci-
11 dissent Romanorum, starent tamen ordines signaque, equestris tumultus a tergo, simul a castris clamor hostilis auditus sextam [ante] legionem, quae in secunda acie posita prior ab

6 terroris Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. J* : pauoris *K* acie $N^x\theta$*ald. Frob.*1.2 : acies Π*N*, *cf.* § 13 *et* 26. 40. 14 *adn.* 7 Par *Sp?J Frob.* 2 : pari Π*NK.ald.* Romanus πM^2NK^2*ald.Frob.*1.2 : romanis $R^xM\theta$ 8 inierunt M^2AN.*ald.Frob.*1.2 : iniecerunt π, *cf. c.* 20. 8 *adn.* : ingerunt θ acies $A^7N^4\theta$: aues *P* : eques π^2 : equesque (*uel* aeq-)*BDAN* : equitesque M^2 terga $C^4M^2BDAN^4$(trga N^1 : trgna *N?*)θ : erga π trepidantium *Gron.*, *cf.* 2. 46. 3; 23. 16. 12; 44. 38. 10; *Verg. Aen.* 4. 121 : oppidantium π : oppugnantium *AN.ald.*, *quod ut s. l. in Puteani exemplari fuisse conicias*, *cf. de dittogr. Puteani c.* 34. 5 : pugnantium θ *Frob.*1.2 : oppidanorum M^2 necopinantium *H. Sauppe* : *alia alii* 9 Cn. Fului *ald.Frob.*1.2 (-ii), *cf. e.g. Cic. ad Q. Fr.* 2. 3. 3 : consulem fuluii $A^7\theta$ (procons- *K*), *cf.* § 12 : in fuluis (inpul- *C*) π, *quos sequitur Madv.* 1882 (in fuluiis) : in fuluii (-ui M^2) M^2B^2(fluuii *B*)*AN*, *quos seq. Gron. Weissenb. Madv.* 1872 (in Cn. Fului *Luchs*), *sed hoc sine accusatiuo personae uix probandum*, *cf. e.g.* 1. 51. 1 : in Cn. Fuluiis *Luterbacher*, *non male* Cn. (Fuluium) Π*N.ald Frob.*1.2, *cf.* 25. 3. 2 : *om.* θ 10 comminus πM^2N, *cf.* 10. 43. 6: cominus $A^7N^4\theta$ (quo- *J*) : cōmunus *M* cecidissent] *ante* Romanorum Π*N.ald.Frob.*1.2 : *post* R. θ, *non male sed cf.* § 2 *et c.* 37. 5 *adn.* 11 a castris $A^7N^4\theta$: acris π : -atus *BD* : -atque *AN*. *De 'euisceratione' Puteani cf.* 22. 3. 6 *adn. et e.g.* 26. 6. 6; 26. 8. 9; 26. 9. 9; 26. 33. 10; 26. 40. 9; *huius libri cc.* 16. 11; 19. 11; 20. 8; 22. 6; 28. 9; 38. 10; 39. 8; 48. 14; *in* 28, *cc.* 6. 8; 7. 15; 8. 4; 13. 1; 15. 7; 20. 9; 24. 7; *in* 29, *cc.* 2. 3; 5. 6; 10. 3; 17. 5; 26. 7; *in* 30, *cc.* 4. 4; 34. 8; 40. 13 *al.* ante (*post* sextam) πθ *Frob.*2 : *post* legionem *AN.ald.* : *deleuit J. H. Voss*, *recte ut credo* : *cum Luchsio tutari malit Johnson*, *cf. Plin.* 34. 131 *et Cels.* 7. 29 *al.* : *de ordinis uariatione glossema indicante cf. c.* 34. 3 *adn.* : *contra de ordine codd. AN uariato cf.* 29. 3. 10 *adn.*

Numidis turbata est, quintam deinde atque eos qui ad prima
signa erant auertit; pars in fugam effusi, pars in medio caesi, 12
ubi et ipse Cn. Fuluius cum undecim tribunis militum ceci-
dit. Romanorum sociorumque quot caesa in eo proelio 13
milia sint, quis pro certo adfirmet, cum tredecim milia alibi,
alibi haud plus quam septem inueniam? Castris praedaque 14
uictor potitur. Herdoneam, quia et defecturam fuisse ad
Romanos comperit nec mansuram in fide, si inde absces-
sisset, multitudine omni Metapontum ac Thurios traducta,
incendit: occidit principes qui cum Fuluio conloquia occul-
ta habuisse comperti sunt. Romani qui ex tanta clade eua- 15
serant diuersis itineribus semermes ad Marcellum consulem
in Samnium perfugerunt.

Marcellus nihil admodum tanta clade territus litteras **2**
Romam ad senatum de duce et exercitu ad Herdoneam
amisso scribit: ceterum eundem se, qui post Cannensem 2
pugnam ferocem uictoria Hannibalem contuderit, ire aduer-
sus eum, breuem illi laetitiam qua exsultet facturum. Et 3

12 Cn. Π*N Edd.*, *cf.* § 4: consul (proco- *K*) $A^7\theta$ 13 eo $\Pi^2 N\theta$: seo *P*, *cf.* § 6 *et* 26. 40. 14 *adn.* sint N^1 *uel* N^4 *rescriptus θald. Frob.*1.2: sunt Π*N*, *cf.* 22. 36. 1 *adn.* alibi, alibi *AN.ald Frob.*1.2: alibi πθ (*sed alterum* alibi *post* cum *praebent* $C^4\theta$) 14 omni Metapontum $C^4A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: omnium (hominum M^2) et a ponto Π*N* occidit Π*NK* (*sed post* principes *K*): occidit et M^2: concidit *J*: occiditque *ald.Frob.*1.2: *om. Sp ut uid.* qui *BDNθald.Frob.*1.2: *om.* π (*add. post* Fuluio C^4) sunt Π*NSp?θald.Frob.*1.2: sunt perempti *marginator cod. Spirensis ubi* occidit *omissum erat ut uid.*: sunt securi percussit *Vat*
15 semermes *Gron. ex lectione Put. et sic scripsit P in* 28. 16. 6; 30. 6. 7, *et sic scribere uoluit in* 25. 19. 14; 30. 28. 3, *sed* semi- *in* 22. 50. 4 *et* 23. 5. 1 (*eadem uariatio est et in iv^ta^ decade. cf.* 31. 41. 10; 39. 31. 13; 40. 58. 7): semiermes $A^7\theta$*Edd. ante Gron.*: inermes *Sp?*: semerses *P*, *cf. c.* 17. 1 (-sis P^1?*C*: -si P^2R): emersi R^x*MBDAN*: emensis C^2 perfugerunt Π*N*: refugerunt θ: confugerunt *ald.Frob.*1.2

2 1 litteras (lite- *Edd.*) *K.ald.Frob.*1.2: litteris Π*N*: lictis *J* Romam $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: romae Π*N* 2 contuderit θ *Madv.*, *cf. ed Cantabrig. Liui lib. II p.* 190 *et c.* 17. 14 *et* 23. 43. 12 *adnn.*: contudisset (-tund- *BD*) Π*N Aldus Frob.*1.2 (*sequente Gron. qui ibi interpungit*), *recte quidem si P* exultet *ex* exultaret *euiscerauit* exsultet (*uel* exu-) Π*Nθ Edd.*: *malimus* exsultaret *retento* contudisset, *cf c.* 1. 11 *adn. et e.g.* 24. 24. 9

Romae quidem cum luctus ingens ex praeterito, tum timor
4 in futurum erat: consul ex Samnio in Lucanos transgressus ad Numistronem in conspectu Hannibalis loco plano, cum
5 Poenus collem teneret, posuit castra. Addidit et aliam fidentis speciem, quod prior in aciem eduxit; nec detractauit Hannibal, ut signa portis efferri uidit. Ita tamen aciem instruxerunt ut Poenus dextrum cornu in collem
6 erigeret, Romani sinistrum ad oppidum adplicarent. Ab Romanis prima legio et dextra ala, ab Hannibale Hispani milites et funditores Baliares, elephanti quoque commisso iam certamine in proelium acti; diu pugna neutro inclinata
7 stetit. Ab hora tertia cum ad noctem pugnam extendissent, fessaeque pugnando primae acies essent, primae legioni tertia, dextrae alae sinistra subit, et apud hostes integri a
8 fessis pugnam accepere. Nouum atque atrox proelium ex iam segni repente exarsit, recentibus animis corporibusque;

3 cum (*sed post* luctus *AN*, *cf.* 29. 3. 10) . . . tum Π*Nθald.Frob.*1.2 : quam . . . tam *Sp*, *cf. e.g.* 33. 17. 9 : quam . . . ac *Vat* 4 *ante* consul *add.* at *Woelfflin*, *perperam* : *nesciunt codd.* in (Lucanos) $A^{7}N^{4}$ *θald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* 5 detractauit π*N*, *cf.* 2. 43. 3 *adn.*: detrectauit *Cθ*; *nonnunquam* -trect- *praebet P ut in c.* 9. 9; 28. 12. 15, *sed saepius* -tract- *ut in cc.* 10. 10; 12. 11 *al.* collem N^{2}*θald.Frob.*1.2 : collet *P* : colle $\Pi^{2}N$ 6 Ab Romanis . . . stetit] *hae uoces* (*cl litterae*) *post* § 7 Ab hora . . . acies essent (*lxxv litt.*) *stant in* Π*θald.Frob.*1.2: *recte huc transponendas censuit Heusinger*: *placuerat iam Creverio* diu pugna . . . stetit *post* adplicarent *scribere, sed ne sic quidem congruunt uoces* ad noctem *cum* commisso iam certamine. *Coniecturam fort. confirmat interuallum v litt. post* adplicarent *in P relictum. De uocibus uel lineis omissis et perperam restitutis cf.* 8. 8. 4 *et* 22. 10. 2 *adnn.*, *et u.* 28. 5. 15; 28. 7. 3; 28. 34. 9; 30. 35. 4 (*u. etiam* 28. 2. 15 *adn.*) et funditores A^{7}*θald.Frob.*1.2 : effundit|or *P* : effunditor $P^{2}R$: et funditor *C* : effunditur R^{2}*MBDA?N* Baliares] *u. c.* 18. 7 *adn.* 6–7 *ante* diu (§ 6) *add.* ubi *Weissenb.*, *ante* primae legioni (§ 7) *add.* ut *Madv.*, *quae ob transpositionem nostram superuacanea fiunt* 7 subit *Spθ*, *cf.* § 9 *et c.* 5. 9 *adnn.* : subiit Π*N.ald.* (*in Frob.2 retentum*) 7–8 accepere. Nouum] *sic cum Edd. uet. interpunximus* 8 iam *Duker* : tam Π*Nθald.*, *cf.* 26. 6. 4 *adn.* corporibusque C^{4} *uel* $C^{2}A^{7}N^{4}$*θald.Frob.*1.2 : corporis Π*N*. *De* -is *et* -ib. *cf.* 22. 21. 4 *adn.*; 26. 48. 2; 27. 18. 9; 27. 41. 6; 28. 25. 7; 30. 15. 12. *Fort.* -que *hic delendum* (*cf. c.* 16. 6 *adn. et* animos dexteras 35. 35. 16) *ut in uoce* sed *insequenti excusationem suam habeat* s- *omissum*

sed nox incerta uictoria diremit pugnantes. Postero die 9
Romani ab sole orto in multum diei stetere in acie; ubi
nemo hostium aduersus prodit, spolia per otium legere et
congestos in unum locum cremauere suos. Nocte insequenti 10
Hannibal silentio mouit castra et in Apuliam abiit. Mar-
cellus, ubi lux fugam hostium aperuit, sauciis cum praesidio
modico Numistrone relictis praepositoque iis L. Furio
Purpurione, tribuno militum, uestigiis institit sequi. Ad
Venusiam adeptus eum est. Ibi per dies aliquot cum ab 11
stationibus procursaretur, mixta equitum peditumque tumul-
tuosa magis proelia quam magna et ferme omnia Romanis
secunda fuere. Inde per Apuliam ducti exercitus sine ullo 12
memorando certamine, cum Hannibal nocte signa moueret
locum insidiis quaerèns, Marcellus nisi certa luce et explorato
ante non sequeretur.

Capuae interim Flaccus dum bonis principum uendendis, **3**
agro qui publicatus erat locando—locauit autem omnem fru-
mento—tempus terit, ne deesset materia in Campanos
saeuiendi, nouum in occulto gliscens per indicium protrac-
tum est facinus. Milites aedificiis emotos, simul ut cum 2
agro tecta urbis fruenda locarentur, simul metuens ne suum
quoque exercitum sicut Hannibalis nimia urbis amoenitas
emolliret, in portis murisque sibimet ipsos tecta militariter

8 sed $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : ex *P* : et Π^1 *uel* Π^2N 9 ab ΠN : a θ (*cf. e.g.* 30. 44. 13; 30. 45. 7) diei C^1M^2BDAN*.ald.* : dici ΠN : diem *Sp*θ *Frob.*2 prodit *SpJ*, *cf.* § 7 : prodiit ΠNK *ald.Frob.*1.2 10 et $CAN\theta$: *om.* π Numistrone $A^7\theta$*Edd.* : nuministro ΠN : numistro M^2 iis $PCRB^2$: his R^1MDANK : *om. B* : hiis *J* L. (Furio) ΠN*.ald.Frob.*1.2 : q. θ ad Venusiam $\pi R^2B^2N\theta$ (*sed in N* -ā *separatim et pleniore cal., cf Praef.* § 33 *b*) : aduentus iam *R* : ad uenusiam iam *B* 11 ab ΠN : a θ (*cf.* § 9) proelia] *post hanc uocem om.* quam magna . . . *usque ad* Atellam (*c.* 3. 7) *omnia* ΠN : *supplent* A^zN^3 (*qui usque ad* § 12 certamine *tantum ipse inseruit*) *et* N^n (*qui sequentia ab* cum Hannibal *usque ad finem lacunae addidit*) $VW\Theta$, *cf. Praef.* § 85. *Lacunam notauerunt* C^2M^3 12 insidiis $A^zN^nW\Theta$: insioniis (*non* insignius *ut ait Luchs*) *V*

3 1 omnem *SpKFrob.*2 : omne $A^zN^nVWJXYZ$*.ald.* 2 ipsos *Sp?*$A^zN^nVW\Theta$ *Edd. ante Mog., Frob.*2 : ipsis *Lov.* 5 *ed. Mog.* 1518, *cf.* 6. 37. 1 *adn.*; 26. 48. 14; 27. 25. 1; 27. 46. 5; 29. 7. 9; 30. 32. 5

3 coegerat aedificare; erant autem pleraque ex cratibus ac tabulis facta, alia harundine texta, stramento intecta, omne
4 uelut de industria alimentum ignis. Haec noctis una hora omnia ut incenderent, centum septuaginta Campani princi-
5 pibus Blossiis fratribus coniurauerunt. Indicio eius rei ex familia Blossiorum facto, portis repente iussu proconsulis clausis cum ad arma signo dato milites concurrissent, comprehensi omnes qui in noxa erant, et quaestione acriter habita damnati necatique; indicibus libertas et aeris dena
6 milia data. Nucerinos et Acerranos, querentes ubi habitarent non esse, Acerris ex parte incensis, Nuceria deleta,
7 Romam Fuluius ad senatum misit. Acerranis permissum, ut aedificarent, quae incensa erant: Nucerini Atellam quia id maluerant, Atellanis Calatiam migrare iussis, traducti.

8 Inter multas magnasque res, quae nunc secundae, nunc aduersae occupabant cogitationes hominum, ne Tarentinae
9 quidem arcis excidit memoria. M. Ogulnius et P. Aquilius in Etruriam legati ad frumentum coemendum quod Tarentum portaretur profecti, et mille milites de exercitu urbano, par numerus Romanorum sociorumque, eodem in praesidium cum frumento missi.

3 omne $SpA^zN^nVW\Theta$: omnibus *ed. Par.* 1513 *ald.Frob.*1.2 (*cum* alimentis): omnia *Rhen.* de $A^zVW\Theta$: *om.* N^n (*qui* uelud *praebet*) alimentum A^z: alimentis *Sp?*N^n (*sed ipse* -tis sig- *in* -ti sig- *mutauit*) Θ*ald.Frob.*1.2 4 ut] *hic Madv.*: *ante* omnia *ald. Frob.*1.2: *ante* noctis *W*: *om.* $A^zN^nV\Theta$ (*sc. ante* in- *deperditum, cf. cc.* 8. 7 *et* 9. 9) incenderent A^zN^nVJXYZ: incendere *corrector in* A^z, *WK* Blossiis A^zN^nVW (*et* -ssi- § 5), *cf. It. Dial. p.* 115: blosiis (bas- *Y*) Θ (*sed in* § 5 -ssi- *JX*: -si- *KYZ*) 5 Blossiorum] *u. sup.* necatique $A^z\Theta$: nec utique N^n
7 Atellam (*cf.* Atellanis *infra P*) *u. It. Dial. p.* 152: attellam (ath- *K*) $A^zN^nW\theta Y$: athella *V*: attellani *X*: et atelani *Z* quia id] *his uocibus rursus incipiunt* Π*N* Calatiam *N*Θ (*sed* -tina *Y*), *cf.* 9. 28. 6 *et It. Dial. p.* 147: galatiam (-th- *D*) ΠN^1 (*et sic P in* 26. 5. 4) iussis $A^7\theta$*ald.Frob.*1.2: iussit Π*N*, *cf. Praef.* § 79 *et e.g.* 28. 1. 6
8 occupabant A^7N^6 (*praeeunte ut uid.* N^4) θ*ald.Frob.*1.2: occultabant Π*N* excidit PC^4AN^4 *ab* N^6 *rescriptus* θ: excidii π^2N (*cf. e.g. c.* 2. 8) 9 M. (Ogulnius) π*N* (*sed hi omnes* memoriam og- *uel* oc-) *Edd.*: *om.* $C^xBA^xN^x\theta$ Etruriam Π*NJ ut s. l. K.ald.Frob.* 1.2: aet-(*uel* et- *uel* eth-)oliam SpA^7J Romanorum sociorumque A^7N^4 *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2: romanorumue π, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*): romanorum C^2: romanorum ut *BN* missi $C^xA^x\theta$: mis/s *P*: missis π^2: missi sunt *BDA*, *sed si Liuius* sunt *scripsisset, cum uoce* profecti *iunxisset*

Iam aestas in exitu erat comitiorumque consularium in- 4
stabat tempus; sed litterae Marcelli, negantis e re publica
esse uestigium abscedi ab Hannibale cui cedenti certa-
menque abnuenti grauis ipse instaret, patribus curam inie- 2
cerant ne aut consulem tum maxime res agentem a bello
auocarent aut in annum consules deessent. Optimum 3
uisum est, quamquam extra Italiam esset, Valerium potius
consulem ex Sicilia reuocari. Ad eum litterae iussu sena- 4
tus ab L. Manlio praetore urbano missae cum litteris
consulis M. Marcelli, ut ex iis nosceret quae causa patribus
eum potius quam collegam reuocandi ex prouincia esset.

Eo fere tempore legati ab rege Syphace Romam uenerunt, 5
quae is prospera proelia cum Carthaginiensibus fecisset,
memorantes: regem nec inimiciorem ulli populo quam Car- 6
thaginiensi nec amiciorem quam Romano esse adfirmabant;
misisse eum antea legatos in Hispaniam ad Cn. et P. Cor-
nelios imperatores Romanos: nunc ab ipso uelut fonte

4 1 e re publica] e rep̄. *PRθ* : de rep̄. (*uel* rep.) *R^2MBDAN* : re p. *C* uestigium Π*NJ ut s. l. K* (*post* abscedi *K*) *ald.Frob.*1.2 : uestibulum *A^7J*, *mire. Si sana est lectio* (*cui nihil simile repperimus nisi e.g. prouerbium* digitum discedere), *uocis* uestigium *usus uidetur popularem aliquem colorem habere quo Marcelli sermonis uigor pingitur, cf.* 23. 45. 2 *et* 3, *nec non* 27. 13. 9; *de Accusatiuo egit Kühnast Synt. p.* 155 abnuenti (anu- *J*) *A^7N^4θ Edd.* : abeunti Π*N* ipse Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* θ 2 patribus *A^7θ* : ipse *N^4* (*qui post uoces* ipse instaret *interpunxit et* iniecerant *in* -rat *mutauit*) : ipsi *Vat. Med.* 3 : *om.* Π*N.ald.Frob.*1.2. *Scil. omissionem satis antiquam sanare uoluerat aliquis signum aliquod non nimis perspicuum uelut* pr̄b *in marg. codicis Spirensis appingens, quod recte alii interpretati sunt, alii perperam* consulem *Sp?θ Frob.*2 : cos. m̄ *PR* : cōs m *M* : cōs *CM^2* : consulem (*uel* cōns.) Marcellum *BDA N.ald.* 3 potius π*A^7N^4 ab N^6 rescriptus θ ald.Frob.*1.2 : *om. AN* 4 L. Manlio *AN Edd., cf.* 26. 23. 1 : l. mallio π : manlio θ (mallio *J*) urbano *Sigonius e 'uet. lib.'* : urbis Π*N*θ, *cf. c.* 22. 12 *adn.* 5 quae (*uel* que) is *SpN^4θ Frob.*2 : quaeq. Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*a*) : amicitiam renouaturi quaeque *Rossbach, non male, cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) : quae *ald.* cum *AN*θ : rex cum Π*ald.Frob.*1.2 6 Romano *Π^1N.ald.Frob.*1.2 : romamno *P* : romanis *Sp*θ esse adfirmabant (*uel* aff-) π*Sp ut uid.* θ : affirmabant esse *AN.ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 1. 11 *et* 29. 3. 10 *adn.*; *malim ipse* esse *delere* (*cf. c.* 34. 3) in *N^4θald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* Cn. et P. *PCA^1ald.* : cn. et publium (-us *R^xM* : -lus *R*) *M^2BD* : *om.* θ : cn. et publicum *AN*

7 petere Romanam amicitiam uoluisse. Senatus non legatis
modo benigne respondit, sed et ipse legatos cum donis ad
regem misit, L. Genucium, P. Poetelium, P. Popillium.
8 Dona tulere togam et tunicam purpuream, sellam eburneam,
9 pateram ex quinque pondo auri factam. Protinus et alios
Africae regulos iussi adire; iis quoque quae darentur por-
10 tata, togae praetextae et terna pondo paterae aureae. Et
Alexandream ad Ptolomaeum et Cleopatram reges M.
Atilius et M'. Acilius, legati ad commemorandam renouan-
damque amicitiam missi, dona tulere, regi togam et tunicam
purpuream cum sella eburnea, reginae pallam pictam cum
amiculo purpureo.

11 Multa ea aestate qua haec facta sunt ex propinquis ur-
bibus agrisque nuntiata sunt prodigia: Tusculi agnum cum
ubere lactenti natum, Iouis aedis culmen fulmine ictum ac
12 prope omni tecto nudatum; iisdem ferme diebus Anagniae
terram ante portam ictam diem ac noctem sine ullo ignis
alimento arsisse, et aues ad compitum Anagninum in luco
13 Dianae nidos in arboribus reliquisse; Tarracinae in mari
haud procul portu angues magnitudinis mirae lasciuientium
14 piscium modo exsultasse; Tarquiniis porcum cum ore

7 sed et π*N.ald.Frob.*1.2 : sed *Bθ* P. Poetelium (*sed* petell-) *Frob.*2 : poetelium (pet- *AN.ald.*) Π*N.ald.* (*sed* -til- *D* : -tell- *ald.*); *de* Poetel- *u.* 3. 35. 11 *adn.* Popillium π : popilium (pomp- *K*) *A Nθ* (*u. e.g.* 7. 12. 1 *adn.*) 8 pateram Π*N.ald.Frob.*1.2 : pateram (path- *K*) auream *Spθ* auri Π*N.ald.* : *om.* *Spθ* : auream (*hic*) *Frob.*2 9 portata C^{1} *ut uid.* *ANSp ut uid.* : porta π : portate (*uel* -tae) *θald.Frob.*1.2 terna π*θald.Frob.*1.2 : ternę *BD* : terne *AN*. *Sensus requiritur 'una quaeque trium* (*librarum*) *pondo'*; *cui lectio codd. hunc ferre sensum uidetur, nihil mutet* : *cui ut nobis res dubia uidetur*, ternarum *uel* trium *uel* ternum (*gen.*) *fort. scribat*; *sed cf. e.g.* 44. 14. 2. *ubi* duo *fort. Accusatiuo stat casu* 10 et Cleopatram Π*N.ald.* : cleopatramque *θ* *Frob.*2 11 ea Π*N.ald.* : *om.* *Spθ* *Frob.*2 agnum $C^{4}M^{1}B^{2}A^{7}N^{6}$ *uel N?* : agmon π : agnus *AN?* 12 terram $A^{5}?N^{4}$ *ab* N^{6} *rescriptus* : ternam π : termam *AN* ad $C^{x}M^{2}AN϶$: et ad π (*scil.* et *repetito uel, ut saepe, insiticio, cf. cc.* 5. 19; 16. 8; 28. 5; 26. 12. 18; 26. 32. 8; 26. 40. 17; 28. 11. 14; 28. 18. 5; 28. 21. 10; 28. 42. 4; 29. 20. 10; 30. 24. 5. *Cf. etiam* 26. 11. 12 *adn.* (*a*)) 13 mari *Frob.*2 : mare Π*Nθald.* *De* -ri *et* -re *confusis cf. cc.* 8. 5; 11. 15; 25. 9; 26. 3; 30. 17; 39. 3; 42. 3; 46. 9; 47. 10 *et* 11; 26. 6. 1; 26. 32. 2; 28. 1. 1; 28. 7. 13; 28. 8. 2; 29. 12. 3; 29. 19. 4 *et* 5; 30. 9. 7; *u. etiam* 3. 13. 8 *et* 25. 1. 10 *adnn.*

humano genitum, et in agro Capenate ad lucum Feroniae
quattuor signa sanguine multo diem ac noctem sudasse.
Haec prodigia hostiis maioribus procurata decreto 15
pontificum; et supplicatio diem unum Romae ad omnia
puluinaria, alterum in Capenati agro ad Feroniae lucum
indicta.

M. Valerius consul litteris excitus, prouincia exercituque **5**
mandato L. Cincio praetori, M. Valerio Messalla praefecto
classis cum parte nauium in Africam praedatum simul
speculatumque quae populus Carthaginiensis ageret pararet-
que misso, ipse decem nauibus Romam profectus cum 2
prospere peruenisset, senatum extemplo habuit, ubi de suis
rebus gestis commemorauit: cum annos prope sexaginta in 3
Sicilia terra marique magnis saepe cladibus bellatum esset,
se eam prouinciam confecisse. neminem Carthaginiensem 4
in Sicilia esse; neminem Siculum non esse; qui fugati metu
inde afuerint, omnes in urbes, in agros suos reductos arare,
serere; desertam recoli terram, tandem frugiferam ipsis 5
cultoribus populoque Romano pace ac bello fidissimum an-
nonae subsidium. Exim Muttine, et si quorum aliorum 6

15 supplicatio Π*NK.ald.Frob.*1.2 : supplicatione A^8J: supplicatio in *Luchs* unum $A^8?N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* Capenati Π*N*: capenate $A^8\theta$*ald.Frob.*1.2, *cf.* 28. 43. 14 *adn.*

5 1 L. *Vat*, *cf.* 26. 28. 11 : *om.* Π*Nθald.Frob.*1.2 speculatumque $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : speculatum Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) pararetque $RM^2BD\theta$*ald.Frob.*1.2 : pareretque PCR^2M (pararet ageretque AN^4 : aret geretque *N*; *cf.* 29. 3. 10 *adn.*) 2 peruenisset Π*N.ald.Frob.*1.2 : uenisset *Spθ* ubi Π*N.ald.* : ibi *Spθ Frob.*2, *cf. c.* 16. 11; 28. 1. 1; 29. 22. 11; 29. 32. 4; 30. 35. 9; 30. 40. 2 3 magnis saepe Π*N.ald.* : saepe magnis *Frob.*2 : prope magnis *θ* 4 in (Sicilia) $M^2A^7N^4\theta$: *om.* Π*N*, *cf. c.* 4. 6 *et* 26. 13. 7 *adn.* non esse] *has uoces, quas post* afuerint *praebent* Π*Nθ Frob.*2 *et praebuit ut uid. Sp* (*om.* non *ald.*), *huc transposuit Madv.*, *luculenter* (*u. Em. p.* 391 *sq.*); *cf. c.* 2. 6 fugati] *hic πθ et Sp ut uid.* : *post* inde *AN.ald.Frob.*1.2, *cf.* § 1 *et* 29. 3. 10 *adn.* in agros Π*N.ald.* : agrosque *θ Frob.*2 serere $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* 5 recoli Π^2N, *Edd.* : recolli *P* : coli *θ* terram tandem Π*N.ald.* : tandem terram *θ Frob.*2 6 Exim *π* : exin *ANθ Frob.*2 : exinde *Med.* 2. 3 *ald.* *De forma* -im *cf. e.g. Verg. Aen.* 7. 341 *et Lucr.* 3. 160; *formam posteriorem* exin *uindicat Cic. Or.* 45. 154 Muttine (*et in* § 7 -nes) *πN*, *cf.* 26. 40. 3 : mutine (*et in* § 7 -nes $A^7\theta$) *Dθ*

merita erga populum Romanum erant in senatum introductis honores omnibus ad exsoluendam fidem a consule
7 habiti. Muttines etiam ciuis Romanus factus, rogatione ab tribunis plebis ex auctoritate patrum ad plebem lata.

8 Dum haec Romae geruntur, M. Valerius quinquaginta nauibus cum ante lucem ad Africam accessisset, improuiso
9 in agrum Vticensem escensionem fecit; eumque late depopulatus multis mortalibus cum alia omnis generis praeda captis ad naues redit et ad Siciliam tramisit, tertio decimo die
10 quam profectus inde erat Lilybaeum reuectus. Ex captiuis quaestione habita haec comperta consulique Laeuino omnia ordine perscripta ut sciret quo in statu res Africae essent:
11 quinque milia Numidarum cum Masinissa, Galae filio, acerrimo iuuene, Carthagine esse, et alios per totam Africam milites mercede conduci qui in Hispaniam ad Hasdrubalem
12 traicerentur, ut is quam maximo exercitu primo quoque tempore in Italiam transgressus iungeret se Hannibali; in
13 eo positam uictoriam credere Carthaginienses; classem praeterea ingentem apparari ad Siciliam repetendam eamque

6 a consule Π*N.ald.*: consulis *Spθ Frob.*2: a consule datam *Madv. olim Em. p.* 392. *Cum durius uideatur* fidem *sine* consulis, *nec facilius cum Drak.* a consule *pro* consulis *intellegere, ipse conicio* fidem consulis a consule (*utpote qui senatui tum praesideret*) habiti; *de dittographiae falsa suspicione cf.* 29. 7. 7 *adn.* 7 Muttines] *u.* § 6 etiam Π*N.ald.Frob.*1.2: et *θ* tribunis *Vat*: t̃r Π*N*: trib. *K*: tribuno *J Edd.*, *sed in tali re tribuni plures una agere solebant* 8 quinquaginta Π*N.ald.Frob.*1.2: *om. θ* (*cf.* 29. 28. 10 *adn.*) escensionem *PCR*: ascensionem *R^{2}MBDAN* (*ut saepe, cf. e.g.* 8. 17. 9; 22. 20. 4; 26. 48. 13; 27. 29. 7; 28. 19. 16; 28. 26. 13; 29. 28. 5; 30. 15. 11; 30. 25. 11): excursionem *A^{7}?θ* 9 eumque *$M^{2}N^{1}$ uel Nθald.Frob.*1.2: cumque Π*N?* redit Π*NJ*: rediit *C^{2}K.ald.Frob.*1.2. *Cf. e.g. cc.* 2. 7 *et* 9; 6. 14; 14. 2; 18. 5; 24. 7; 25. 14; 31. 3; 39. 13; 41. 9; 42. 8; 43. 8; 26. 3. 9; 26. 22. 4; 26. 39. 5 *et* 16; 28. 5. 15; 28. 36. 3; 28. 45. 8; 29. 7. 6; 30. 36. 3. (*cf. et* 23. 23. 9 *et* 1. 3. 3 *adnn.*) et ad Π*N.ald.*: atque in *θ Frob.*2, *fort. recte* tramisit *P*: trasmisit *P^{2}R*: transmisit*CMBDANθ*. *Praebet* tram- *P in c.* 29. 7; 28. 5. 18; 28. 41. 17: *contra* transm- *in c.* 22. 7; 30. 24. 5 *al.* inde erat *N^{4}θ Frob.*2: inde Π*N*: erat inde *Med.* 3 *ald.* 10 haec Π*N.ald.Frob.*1.2: *om. θ* res Africae *Spθ Frob.*2: africae res Π*N.ald.*, *cf.* 28. 2. 15 *adn.* essent *Sp ut uid. BDANθald.Frob.*1.2: esset π 11 conduci *A^{6}?θald. Frob.*1.2: deduci Π*N* (*scil. repetito* -de *uocis praec.*)

se credere breui traiecturam. Haec recitata a consule ita 14
mouere senatum ut non exspectanda comitia consuli cen-
seret, sed dictatore comitiorum habendorum causa dicto
extemplo in prouinciam redeundum. Illa disceptatio tene- 15
bat quod consul in Sicilia se M. Valerium Messallam qui
tum classi praeesset dictatorem dicturum esse aiebat, patres
extra Romanum agrum—eum autem Italia terminari—nega-
bant dictatorem dici posse. M. Lucretius tribunus plebis cum 16
de ea re consuleret, ita decreuit senatus ut consul priusquam
ab urbe discederet populum rogaret quem dictatorem dici
placeret, eumque quem populus iussisset diceret dictatorem;
si consul noluisset, praetor populum rogaret; si ne is
quidem uellet, tum tribuni ad plebem ferrent. Cum consul 17
se populum rogaturum negasset quod suae potestatis esset,
praetoremque uetuisset rogare, tribuni plebem rogarunt,
plebesque sciuit ut Q. Fuluius, qui tum ad Capuam erat,
dictator diceretur. Sed quo die id plebis concilium futurum 18
erat, consul clam nocte in Siciliam abiit; destitutique patres
litteras ad M. Claudium mittendas censuerunt ut desertae
ab collega rei publicae subueniret diceretque quem populus
iussisset dictatorem. Ita a M. Claudio consule Q. Fuluius 19
dictator dictus, et ex eodem plebis scito ab Q. Fuluio dic-

14 consuli *Aldus Frob.*1.2 : consulis $\Pi NSp\theta$, *cf.* 26. 40. 14 *adn.* censeret $Sp\theta$ *Frob.*2 : censerent ΠN*.ald.*, *cf. c.* 17. 4 *adn.* dictatore . . . dicto $Sp\theta$ *Frob.*2 : dictatorem . . . dici et ΠN*.ald. Lectionem Spirensianam dubitanter amplectimur*, dicto *per meram scripturae obscuritatem in* dici et *corruptum*, *inde* dictatore *in* -rem *antiquitus mutatum rati*; *quamquam* censere *cum acc. et inf. illustratur ex e.g.* 21. 20. 4 (*et structuram sententiae uariatam fort. tutari uelis citando e.g.* 1. 4. 3 *et* 22. 6. 12 (*P*)) 15 quod N^x(*uix* N^4)θ*ald. Frob.*1.2 : quo ΠN Italia $A^7\theta$: in Italia ΠN*.ald.Frob.*1.2 16 dictatorem . . . quem $\pi A^7 N^4$: *om.* AN diceret dictatorem ΠN*.ald.* : dictatorem diceret θ *Frob.*2, *cf. c.* 37. 5 *adn.* praetor (*uel* pr.) $\pi M^2 B^2 N\theta$: populus romanus RM : *om.* B 17 plebem K : pl (*uel* p̄l) ΠN : plebis *J.ald.Frob.*1.2, *minus recte*, *nam sic* rogarunt *cum* populum *coniungitur* 18 diceretque quem $CRM^2BDAN\theta$: diceret quemque PM 19 ita a M. C^x*ald.Frob.*1.2 : ita a marcello $A^7\theta$: italiam (-ia D) π (*cf. c.* 20. 8 *adn.*) : ita a M^2BAN plebis scito ΠN : plebiscito θ *et in c.* 6. 6 *eadem uariatio* ab Q. (*uel* quinto) $A^7\theta$: et ab q. πB^x, *cf. c.* 4. 12 *adn*: et absque CR^2MBN

tatore P. Licinius Crassus pontifex maximus magister
equitum dictus.

6 Dictator postquam Romam uenit, C. Sempronium Blae-
sum legatum quem ad Capuam habuerat in Etruriam prouin-
ciam ad exercitum misit in locum C. Calpurni praetoris,
quem ut Capuae exercituique suo praeesset litteris exciuit.
2 Ipse comitia in quem diem primum potuit edixit; quae
certamine inter tribunos dictatoremque iniecto perfici non
3 potuerunt. Galeria iuniorum, quae sorte praerogatiua erat,
Q. Fuluium et Q. Fabium consules dixerat, eodemque iure
uocatae inclinassent ni se tribuni plebis C. et L. Arrenii
4 interposuissent, qui neque magistratum continuari satis
ciuile esse aiebant et multo foedioris exempli eum ipsum
5 creari qui comitia haberet; itaque si suum nomen dictator
acciperet, se comitiis intercessuros: si aliorum praeterquam
6 ipsius ratio haberetur, comitiis se moram non facere. Dic-
tator causam comitiorum auctoritate senatus, plebis scito,
7 exemplis tutabatur: namque Cn. Seruilio consule cum C.
Flaminius alter consul ad Trasumennum cecidisset, ex
auctoritate patrum ad plebem latum plebemque sciuisse ut,
quoad bellum in Italia esset, ex iis qui consules fuissent

6 1 C. (Sempronium) Π*N*: *om.* θ, *cf.* 26. 2. 7 Blaesum (*uel* ble-) *CANK*, *cf. l.c.*: plaesum (*uel* ple-) π*J* ad exercitum $C^4A^7N^4\theta$: *om.* ad Π*N*: cum exercitu M^2A^x 2 edixit A^7N^1K *ald.Frob.*1.2: dixit Π*N*: et dixit *J* inter $A^7\theta$*ald.Frob.*1.2: in Π*N* potuerunt $A^7\theta$: potuerant Π*N*, *cf. de* -runt *et* -rant *cc.* 13. 9; 25. 13; 27. 14; 29. 10; 36. 1; 28. 22. 4; 28. 39. 8; 29. 2. 5; 30. 16. 2 3 Q. Fabium πM^2A^7*ald.Frob.*1.2: que faebium *RM*: fabium *BAN*θ (*et om.* q *ante* Fuluium *AN*) dixerat $N^4\theta$: dixerant Π*N*, *cf. c.* 17. 4 *adn.* iure uocatae Π*NSpJ*: cetere uocate *K*: iure uocatae reliquae *ald.Frob.*1 2. ni se *Drak.*: nisi Π*N* *Edd. priores* (*sed* ni *aliq.*) Arrenii (*ut P in cc.* 26. 12; 27. 8) *Alschefski* (arennii *Pighius et Gron.* 1678): arriani Π(*C ?*)*N*: artiani (*uel* arc-) θ 5 acciperet Π*N.ald.Frob.*1.2: exciperet $SpC^4\theta$ se moram Π*N.ald.Frob.*1.2: moram se θ, *cf.* § 12 *et c.* 37. 5 *adn.* 6 plebis scito] *u. c.* 5. 19 exemplis $C^2?M^2N^4$ *uel* $N^1\theta$: exempli Π*N*, *cf. c.* 17. 12 *adn.*: exemplisque *ald.Frob.*1.2 7 cum C. *Sp?*: cumo *P*: cum eo Π^2 *uel* Π^1(*A?*): cum cn. A^7: cum θ*ald.Frob.*1.2 ad plebem Π*N.ald.Frob.*1.2: *om.* θ sciuisse Π*N.ald.Frob.*1.2: iussisse SpA^7N^4 *ut s. l.* θ iis *Ven Med.* 2: is *PCR*: his R^2*MBDANK*: hiis *J* (*ut semper*). *Cf. e.g. c.* 7. 3

quos et quotiens uellet reficiendi consules populo ius esset; exemplaque in eam rem se habere, uetus L. Postumi Megelli, 8
qui interrex iis comitiis quae ipse habuisset consul cum C. Iunio Bubulco creatus esset, recens Q. Fabi, qui sibi continuari consulatum nisi id bono publico fieret profecto nunquam sisset. His orationibus cum diu certatum esset, 9
postremo ita inter dictatorem ac tribunos conuenit ut eo quod censuisset senatus staretur. Patribus id tempus rei 10
publicae uisum est ut per ueteres et expertos bellique peritos imperatores res publica gereretur; itaque moram fieri comitiis non placere. Concedentibus tribunis, comitia 11
habita; declarati consules Q. Fabius Maximus quintum, Q. Fuluius Flaccus quartum. Praetores inde creati L. 12
Veturius Philo, T. Quinctius Crispinus, C. Hostilius Tubulus, C. Aurunculeius. Magistratibus in annum creatis Q. Fuluius dictatura se abdicauit.

Extremo aestatis huius classis Punica nauium quad- 13
raginta cum praefecto Hamilcare in Sardiniam traiecta, Olbiensem primo, dein postquam ibi P. Manlius Volso 14
praetor cum exercitu apparuit circumacta inde ad alterum insulae latus Caralitanum agrum uastauit, et cum praeda omnis generis in Africam redit.

Sacerdotes Romani eo anno mortui aliquot suffectique. 15

7 reficiendi consules (*uel* cōs) ΠN: *om.* θ 8 exemplaque *Spθ Frob.2*: exemplumque (-quae *RM*) πM^2*N.ald.* in eam rem *PC*: eam rem *RMBDAN*: in ea re A^7θ: ea in re *ald.Frob.*1.2 recens Q. *Sp?BDAN Frob.2*: recensque π: recens θ: recensque Q. *ald.* sisset π: siuisset *CA*N^1*ald.Frob.*1.2: scisset M^2N^4θ: sciuisset A^7 *uel* A^x: siusset *N* 9 His C^4*?RMB*^{2}*DANK*: iis *PC*: hiis *B?J* 10 id tempus rei p.] *add.* interesse *marginator in Sp*: *ignorant* ΠNθ *Edd.* 11 quintum A^v*K.ald.Frob.*1.2: u (*uel* ū) πR^xN: ua *R*: quinquies A^7*?J*, *cf. c.* 7. 7 quartum *K*: quintum A^v: iu *P*: *om.* π^2*N*: quater A^7*?J* (*u. supra*) 12 inde A^7θ, '*e uet. lib.*' *Sigonius*: in *P*: *om.* Π^2*N. ald.Frob.*1.2 Tubulus N^1(*uix* N^4)*J*: tribulus *K*: tumulus ΠN, *sed recte P in c.* 40. 10 se abdicauit ΠN.*ald.Frob.*1.2: abdicauit se θ, *cf. e.g.* § 5 14 dein ΠN *Frob.2*: deinde θ*ald.*, *cf. c.* 32. 4 Volso *K*, *cf.* 26. 23. 1 *adn.*: uulso A^7J: colso ΠN redit ΠN: rediit C^1 *uel* C^2M^2θ*ald.Frob.*1.2, *cf c.* 5. 9 *adn.*

C. Seruilius pontifex factus in locum T. Otacili Crassi, Ti. Sempronius Ti. filius Longus augur factus in locum T. Ota-
16 cili Crassi. Decemuir item sacris faciundis in locum Ti. Semproni C. filii Longi Ti. Sempronius Ti. filius Longus suffectus. M. Marcius rex sacrorum mortuus est et M. Aemilius Papus maximus curio; neque in eorum locum sacerdotes eo anno suffecti.

17 Et censores hic annus habuit L. Veturium Philonem et P. Licinium Crassum, maximum pontificem. Crassus Licinius nec consul nec praetor ante fuerat quam censor est factus:
18 ex aedilitate gradum ad censuram fecit. Sed hi censores neque senatum legerunt neque quicquam publicae rei egerunt: mors diremit L. Veturi; inde et Licinius censura se ab-
19 dicauit. Aediles curules L. Veturius et P. Licinius Varus ludos Romanos diem unum instaurarunt: aediles plebei Q. Catius et L. Porcius Licinus ex multaticio argento signa aenea ad Cereris dedere et ludos pro temporis eius copia magnifici apparatus fecerunt.

15 Ti. Sempronius . . . Crassi] *om.* *θald.Frob.*1.2: *praebent* Π*N*. *Post* augur *del.* factus . . . Crassi *Madv.*, *cf. de re Mueller-Weissenb. ad loc. et Mommsen Röm. Forsch.* 1. 83 *sq. cum adnn.* locum T. Otacili (*post* augur factus in) Π^1 *uel* Π^2(*sed* -lii)*N* (*cf.* 22. 10. 10): locutatacilii *P* 16 decemuir *ald.Frob.*1.2: x (*uel* decem-)uiri π*Nθ*: uiri *C*, *spat. iii litt. relicto* faciundis *θ*, *quod in formula antiqua probandum est*, *cf.* 26. 33. 14 *adn.*: faciendis Π*N* Ti. Semproni *Sigonius*: t. sempronі (*uel* -ii) π*N.ald.*: *om. D*: tullii A^7: tulii *J*: t. *K* C. filii . . . Ti. filius *Pighius*: ti. f. . . . c. f. Π(*A?*)*N*: t. f. . . . c. f. *ald.*: tullius . . . fuluius A^7: fuluii . . . Sempronius (*om.* ti. f. longus) *θ* 17 Licinium. . . Crassus] *om. N*: *add.* N^x (*manus antiquior quam* N^3) 18 Sed hi (hii *NJFrob.*) Π*NSp ut uid.* *θFrob.*2: hi *ald.* quicquam publicae (*uel* -ce) rei Π*N Frob.*2: publicae rei quicquam *θ*: quicquam rei p. *ald.* Veturi (*sed* -rii) $A^7\theta$: ueturius π*N* 19 L. Veturius A^7*ald.Frob.*1.2, *cf. fort.* § 12: l. (*uel* lucius) uetulus *θ*: ueturius (ueter- *M*: utur- *D*) Π*N* plebeii (*sed* -bei) Q. (que *R*) *PCR*: plebisque M^1 (-esq: *M*): plebis q. *BDAN.ald.Frob.*1.2: plebis *θ* Licinus π, *cf.* 26. 6. 1 *adn.*: licinius *ANθ* ad Cereris A^v*J.ald.Frob.*1.2: ad cereris edem *K*: ad cererem N^3 *in marg.*: ad ceteris *PR*: a ceteris *C*: ad ceteros R^2*MBDAN* dedere $A^vN^3\theta$: debere Π*N* eius *Sp*$A^6\theta$ *Frob.*2: huius Π*N ald.* magnifici apparatus Π*N.ald.*: magnifice apparatos *Sp Vat θ Frob.*2, *optime*, *cf.* 31. 4. 5; 39. 22. 1; 44. 9. 5

Exitu anni huius C. Laelius legatus Scipionis die quarto et 7
tricensimo quam a Tarracone profectus erat Romam uenit;
isque cum agmine captiuorum ingressus urbem magnum
concursum hominum fecit. Postero die in senatum intro- 2
ductus captam Carthaginem caput Hispaniae uno die, re-
ceptasque aliquot urbes quae defecissent nouasque in
societatem adscitas exposuit; ex captiuis comperta iis fere 3
congruentia quae in litteris fuerant M. Valeri Messallae.
Maxime mouit patres Hasdrubalis transitus in Italiam, uix
Hannibali atque eius armis obsistentem. Productus et in 4
contionem Laelius eadem edisseruit. Senatus ob res feliciter
a P. Scipione gestas supplicationem in unum diem decreuit;
C. Laelium primo quoque tempore cum quibus uenerat
nauibus redire in Hispaniam iussit. — Carthaginis expugna- 5
tionem in hunc annum contuli multis auctoribus, haud
nescius quosdam esse qui anno insequenti captam tradide-

7 1 C. (gn. N^3K) Laelius legatus Scipionis $A^7N^3\theta$: *om.* ΠN, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* erat $\Pi N^4\theta$: erat helias N : erat C. Lelius M^2 : erat Laelius *ald. Frob.* 1. 2 captiuorum $M^2BDAN\theta$*ald. Frob.* 1. 2 : capti π 2 in (societatem) ΠN.*ald. Frob.* 1. 2 : deinde in K : inde in J adscitas ΠN : ascitas $M^2\theta$ exposuit $\Pi N\theta$*ald. Frob.* 1. 2, *cf.* § 3 *adn.* 3 iis *Ven* : his $\Pi N\theta$(hiis J)*ald. Frob.* 1. 2, *cf. c.* 6. 7 (*sed in* § 12 iis *PCR* : his *ceteri*) quae $A^xN^4\theta$*ald. Frob.* 1. 2 : quaequae (*uel* -que) ΠN *post* Messallae *add.* N^4 exposuit *quod ipse credo hic a Liuio scriptum sed perperam post uocem* adscitas § 2 *in P praesumptum esse* (*cf.* 29. 5. 6 *adn.*) *uel* (*quod malit Johnson si quid mutandum*) *uerbum aliquod uelut* enuntiat *ibi expulisse*; *non enim facile perspicio quomodo* '*ex captiuis comperta*' *ad senatum nisi per Laelium relata fuerint, et uoces* eadem edisseruit (*inf.* § 4) *unum potius quam plures indicant* obsistentem A^6 *ed. Par.* 1513 *Frob.* 2 : subsistentem $\Pi\theta$ *Aldus* (-tententem N) 4 et in ΠN : in θ *ald. Frob.* 1. 2 eadem $PA^7\theta$*ald. Frob.* 1. 2 : ea demum π^2R^1 *in ras. N*; *de studio* '*architectonico*' *scribae* P^2 *cf.* 28. 8. 4 *adn.* edisseruit (*sed* aed-) P : disseruit (- rint D) $\Pi^2N\theta$*ald. Frob.* 1 2 a P. Scipione *Sp? Frob.* 2, *quod melius formulae senatus consulti conuenit* : ab Scipione ΠNK.*ald.* : apud scipionem J supplicationem *Sp?*A^7N^4 *ab* N^6 *rescriptus Frob.* 2 : supplicationes C^4 *Vat.ald.* : *om.* ΠN (*cf.* 26. 51. 8 *adn.*) C. ΠN : *om.* θ (*cf. supra*) Laelium (*uel* le-) . . . iussit ΠN.*ald. Frob.* 1. 2 : lelius . . . iussus θ
5 nescius $A^7N^4\theta$ *Edd.* : segnius πN : segusnius D insequenti ΠN.*ald. Frob.* 1. 2, *cf. c.* 26. 11 *et* 6. 21. 1 *adnn.* : sequenti θ

6 rint, quod mihi minus simile ueri uisum est annum integrum Scipionem nihil gerendo in Hispania consumpsisse.

7 Q. Fabio Maximo quintum Q. Fuluio Flacco quartum consulibus, idibus Martiis, quo die magistratum inierunt, Italia ambobus prouincia decreta, regionibus tamen partitum imperium: Fabius ad Tarentum, Fuluius in Lucanis ac
8 Bruttiis rem gereret. M. Claudio prorogatum in annum imperium. Praetores sortiti prouincias, C. Hostilius Tubulus urbanam, L. Veturius Philo peregrinam cum Gallia, T. Quinctius Crispinus Capuam, C. Aurunculeius Sardiniam.
9 Exercitus ita per prouincias diuisi: Fuluio duae legiones quas in Sicilia M. Valerius Laeuinus haberet, Fabio, quibus
10 in Etruria C. Calpurnius praefuisset: urbanus exercitus ut in Etruriam succederet: C. Calpurnius eidem praeesset prouinciae exercituique: Capuam exercitumque quem Q. Ful-
11 uius habuisset T. Quinctius obtineret: C. Hostilius ab C. Laetorio propraetore prouinciam exercitumque qui tum

6 quod Π*N.ald.*, *cf. fort.* quod *in* 26. 44. 6; 6. 7. 2; 6. 8. 2 *et* quae *in* 25. 28. 1: sed *Spθ Frob.* 2 ueri πM^2*ald.*: uero *Frob.* 2: uiri *RM* gerendo *θ*: gerundo Π*N* (*sed cf. c.* 6. 16) 7 Q. (Fabio) πM^1*N*: que *RM*: *om. Bθ* quintum *K.ald. Frob.* 1. 2, *cf. c.* 6. 11: IIII (*i.e.* quartum) A^v: quinquies A^7*J*: uel π*N*, *cf.* 26. 51. 2 *adn.*: *om. C* Q. (Fuluio) M^1B^1 *uel* B^2*DAN*: que π: *om. θ* quartum (*uel* IIII) *K.ald. Frob.* 1. 2: u. πB^2*N*, *u. supra*: uel *R*: V. *B* ac M^2*ANJ.ald. Frob.* 1. 2: a π: et *K*: *om. C* 9 per C^4M^2*AN.ald. Frob.* 1. 2: *om.* π: in *θ* M. *θ Frob.* 2, *cf. e.g. c.* 5. 8: *om.* Π*N.ald.* *ante* Fabio *praebent* Q. Π(-que *R*)*N.ald. Frob.* 1. 2: *ignorant θ* (*ut et* Π *ante* Fabius *in* § 7) praefuisset *Sp?*A^7N^4*θ Frob.* 2: *om.* Π*N*, *u. adn. sq.*: praeesset *ald.* 10 urbanus A^7N^4*θ et sic* (*sed post* exercitus) *ald. Frob.* 1. 2: *om.* Π*N* (*u.* § 9), *sc. linea xviii litt. ob* -us| -us| *deperdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* eidem A^7N^4*θ*: idem Π*N* exercituique: Capuam *Sp ut uid.* A^7N^4*θald. Frob.* 1. 2 (*sed uoces* quem . . . habuisset *transpositae sunt post* exercituique *et ante* Capuam *in ald.*): *om.* Π*N*, *cf. supra* (*mutauit sq.* exercitumque *in* -uique M^2) T. *Sp*A^7N^4*J Frob.* 2 (*cf. c* 6. 12): *om.* Π*N.ald*: Q. *K* (*qui* Crispinus *pro* Quinctius) 11 Laetorio (*uel* let-) Π*N*, *cf.* 26. 23. 1: lectorio *θ*. *Hic nomen C. Hostilii pro nom. L. Veturii substitutum esse (utrum in fontibus Liui an a scriba?) Pighio uidebatur, recte quoad nobis iudicare licet, cf. c.* 10. 12; *nullum tamen in codd. perturbationis signum repperimus* propraetore (*sed* pro $\overline{\text{pr}}$) Π*N*: proconsule *θ* (*et* proconsulis *pro* praetoris *in* § 13) exercitumque Π*NSp ut uid. ald. Frob.* 1. 2: et exercitum *θ* qui tum A^7*θald. Frob.* 1. 2: *om. Sp ut uid.*: qui tumam *PR*: qui tum iam π^2 R^2*N*

Arimini erat acciperet. M. Marcello quibus consul rem
gesserat legiones decretae; M. Valerio cum L. Cincio—iis 12
quoque enim prorogatum in Sicilia imperium—Cannensis
exercitus datus, eumque supplere ex militibus qui ex legioni-
bus Cn. Fului superessent iussi. Conquisitos eos consules 13
in Siciliam miserunt; additaque eadem militiae ignominia
sub qua Cannenses militabant quique ex praetoris Cn. Fului
exercitu ob similis iram fugae missi eo ab senatu fuerant. C. 14
Aurunculeio eaedem in Sardinia legiones quibus P. Manlius
Volso eam prouinciam obtinuerat decretae. P. Sulpicio 15
eadem legione eademque classe Macedoniam obtinere iusso
prorogatum in annum imperium. Triginta quinqueremes
ex Sicilia Tarentum ad Q. Fabium consulem mitti iussae:
cetera classe placere praedatum in Africam aut ipsum M. 16
Valerium Laeuinum traicere aut mittere seu L. Cincium
seu M. Valerium Messallam uellet. Nec de Hispania 17
quicquam mutatum nisi quod non in annum Scipioni
Silanoque, sed donec reuocati ab senatu forent prorogatum

11 quibus consul Π(*A?*)*N*(*sed* consules *N*)*ald. Frob.* 1. 2: qui bene A^{7} *in ras.* N^{4}(*uel* N^{5}*?*)*θ* 12 Cincio A^{7}*θald. Frob.* 1. 2, *cf.* 26. 23. 1: licinio Π(*A?*)*N*: licuo? N^{1} iis] *u.* § 3 *adn.* enim *PCRSpθ Frob.* 2: est R^{x}*MBDAN.ald.* imperium] *hic* Π*N.ald. Frob.* 1. 2: *ante* in Sicilia A^{8}*θ et sic Sp ut uid.* 13 eadem militiae ignominia $A^{7}N^{4}$*θald. Frob.* 1. 2: ea Π*N*, *linea fort. xx litt. om.*, *cf.* §§ 9–10; 26. 51. 8 *adn.* 14 eaedem C^{3}*?*$M^{2}B^{2}$*DANK*: eadem π: edem *J* in Sardinia Π*Sp? Frob.* 2: in sardiniam *ald. Post adn. ad has uoces factam scribit Rhen. 'hic unam paginam transilire coacti fuimus ob defectum qui erat' i.e. in Sp, nec uero ante c.* 9 § 14 *denuo hunc cod. citare incipit. In saeculis* $xiii^{mo}$ *et* xiv^{mo} *non tantam fuisse lacunam conicias quantam repperisse se ait Rhen., neque est cur de correcturis in* §§ 15–17 *huius capitis dubitemus; at quaedam etiam tum defecisse apparet cum post c.* 7. 17 *nullae ab* N^{4} *aut* N^{3} *profectae occurrant correcturae ante c.* 9. 9, *et absint* A^{7} *et* A^{8} *usque ad c.* 8. 14. *De hac re et de codd. interpolatis cf. Praef.* § 89 15 iusso $M^{2}A^{7}N^{4}$*θald.*: iussus Π*N* 16 placere $A^{7}N^{3}$*θald.*: *om.* Π*N* aut (ipsum) Π*NK*: et A^{x}*J* Laeuinum traicere aut mittere $A^{7}N^{4}$ *θald.*: messallam misere Π(*A?*)*N* uellet $A^{7}N^{4}$*θald.*: *om.* Π*N* 17 non Π*N*(*et ut credo restituit* N^{4})*θ*: *om.* N^{1}*Vat* annum (Scip.) $C^{4}M^{2}A^{7}N^{4}$ *uel* N^{3}*θ*: annuis Π*N*: annum is N^{1}

imperium est. Ita prouinciae exercituumque in eum annum partita imperia.

8 Inter maiorum rerum curas comitia maximi curionis, cum in locum M. Aemili sacerdos crearetur, uetus excita-
2 uerunt certamen, patriciis negantibus C. Mamili Atelli, qui unus ex plebe petebat, habendam rationem esse quia nemo
3 ante eum nisi ex patribus id sacerdotium habuisset. Tribuni appellati ad senatum ⟨rem⟩ reiecerunt: senatus populi potestatem fecit: ita primus ex plebe creatus maximus curio
4 C. Mamilius Atellus. Et flaminem Dialem inuitum inaugurari coegit P. Licinius pontifex maximus C. Valerium Flaccum; decemuirum sacris faciundis creatus in locum Q.
5 Muci Scaeuolae demortui C. Laetorius. Causam inaugurari coacti flaminis libens reticuissem, ni ex mala fama in bonam uertisset. Ob adulescentiam neglegentem luxuriosamque C. Flaccus flamen captus a P. Licinio pontifice maximo erat, L. Flacco fratri germano cognatisque aliis ob
6 eadem uitia inuisus. Is ut animum eius cura sacrorum et caerimoniarum cepit, ita repente exuit antiquos mores ut nemo tota iuuentute haberetur prior nec probatior primo-

17 exercituumque *Lov.* 1. 2. *Ber.* : exercitumque (*uel* -quae) Π*N*: exercitusque $C^2M^2A^x\theta$*ald. Frob.* 1. 2 annum (partita) *in Voss. corrector Frob.* 2. *Drak.* : locum Π*Nθ ald. Gron.*

8 1 curas $C^2A\theta$*ald.* : curas cum Π*N* (*scil. ex uoce sq.* cum *duplicato*) 2 ex plebe petebat πA^v?*ald.* : fuit ex plebe petens *AN∂* (*ubi* fuit petens, *i.e.* candidatus, *merum est glossema*) 3 rem *Gron.* : *om.* Π*Nθ* (*sc. ante* rei-) populi Π : populo A^1?*Nθald.*; *lectionem Put. defendit Gron. laudans Sall. Iug.* 79. 8 Graeci optionem Carthaginiensium faciunt; *de locis quos ex Liui libro* 43 *citant Edd., in* 43. 15. 5 *Datiuo potius fauet codex, ex* 43. 22 6 *hic* potestatis *requirendum erat. Nihil tamen mutamus* 4 Et Π*NJ ut s. l. ald.* : cum *θ*, *cf.* § 8 flaminem *ald.* : flamē *P*: flamen *CRMB* : flam̄ *DANθ* inaugurari *ed. Colon.* 1525(*u.* § 5): augurari Π*Nθ* (*cf.* 26. 13. 7 *adn.*) decemuirum *PCR* : decemuirorum R^x*MBDAN∂* (*sed* et d- *θ*) : decemuir *Madv., sed cf.* 3. 40. 12 *adn.* faciundis (facun- *B*) Π, *cf. c.* 6. 16 : faciendis *ANθ* 5 inaugurari *Frob.* 1, *u.* § 4 (-re Π*Nθald.*, *cf. c.* 4. 13 *adn.*) coacti ΠN^1(-is *N*)*J* : creati *J ut s. l. K* reticuissem Π *et* A^x (-set $A^5\theta$) captus (*sed* capp- *PR* : cap- R^1) Π*NJ*, *cf. Weissenb. ad loc.* : creatus *J ut s. l. K*

ribus patrum, suis pariter alienisque, esset. Huius famae 7
consensu elatus ad iustam fiduciam sui rem intermissam
per multos annos ob indignitatem flaminum priorum repe-
tiuit, ut in senatum introiret. Ingressum eum curiam cum 8
P. Licinius praetor inde eduxisset, tribunos plebis appel-
lauit. Flamen uetustum ius sacerdotii repetebat: datum id
cum toga praetexta et sella curuli ei flamonio esse. Praetor 9
non exoletis uetustate annalium exemplis stare ius, sed re-
centissimae cuiusque consuetudinis usu uolebat: nec pat-
rum nec auorum memoria Dialem quemquam id ius usur-
passe. Tribuni rem inertia flaminum oblitteratam ipsis, 10
non sacerdotio damno fuisse cum aequum censuissent, ne ipso quidem contra tendente praetore, magno adsensu patrum plebisque flaminem in senatum introduxerunt, omnibus ita existimantibus magis sanctitate uitae quam sacerdotii iure eam rem flaminem obtinuisse.

Consules priusquam in prouincias irent, duas urbanas 11
legiones in supplementum quantum opus erat ceteris exer-
citibus militum scripserunt. Vrbanum ueterem exercitum 12
Fuluius consul C. Fuluio Flacco legato—frater hic consulis
erat—in Etruriam dedit ducendum et legiones quae in Etru-
ria erant Romam deducendas. Et Fabius consul reliquias 13
exercitus Fuluiani conquisitas—fuere autem ad quattuor

7 introiret $C^{2}R^{x}MBDAN\vartheta$: ut introiret *PCR* (*sc.* ut *repetito*); *de* ut *et* in *addito et de* ut, in *confusis cf. e.g. cc.* 3. 4; 9. 9; 36. 14; 37. 4; 30. 5. 10; 30. 23. 5   8 P. *Glareanus et Sigonius ex cc.* 21. 5 *et* 22. 3: l. Π*N.ald.*   et (sella) Π*N*: cum θ, *cf.* § 4   ei *Madv.*: et Π*N*: est *J*: gn. *K*: C. *Med.* 2 *ald.*: *del. Modius Gron.* flamonio] *sic P in* 26. 23. 8, *cf. Tac. Ann.* 4. 16. 3; 13. 2. 6 *et Mommsen. Ephem. epigr.* I 222 (*in Cic. Phil.* 13. 41 *uariant inter se codd.*): flaminio Π*N*θ   9 usu uolebat A^{v}?*ald.*: usus (usui A^{x}) ualebat Π*N*: usui uolebat θ   usurpasse $C^{2}?A^{x}$: usurpasset Π*NJ* (*sc.* -t *ex* t- *uocis sq.*): usurparet *BK*   10 inertia $C^{x}M^{1}$ *uel* $M^{2}BDAN$ θ (inhe- *J*): inertias π, *cf.* 26. 40. 14 *adn.*   aequum $R^{2}MBD$, *u. Praef.* § 30: aequom *PCR*: equum *AN*ϑ   praetore $C^{2}B^{2}DAN$ θ: praetura π: prę to *B*   plebisque $A^{x}\theta$*ald.*: plebisuae π: plebisue $CM^{1}B^{2}AN$ eam rem] *hic* Π*N.ald.* (rem eam *ald*): *post* flaminem θ   11 erat Π*N.ald.*: esset θ   12 dedit Π*N.ald.*: concedit θ   13 conquisitas Π*N Edd.*: exquisitas θ   quattuor milia (*sed* ∞ ∞ ∞ ∞)*PC*: *om.* *RMBDAN*ϑ: tria milia *Vat* (III^{m}) *ald.*

milia trecenti quadraginta quattuor—Q. Maximum filium
ducere in Siciliam ad M. Valerium proconsulem iussit, atque
14 ab eo duas legiones et triginta quinqueremes accipere. Nihil
eae deductae ex insula legiones minuerunt nec uiribus nec
15 specie eius prouinciae praesidium; nam cum praeter egregie
suppletas duas ueteres legiones transfugarum etiam Numi-
darum equitum peditumque magnam uim haberet, Siculos
quoque qui in exercitu Epicydis aut Poenorum fuerant, belli
16 peritos uiros, milites scripsit. Ea externa auxilia cum singu-
lis Romanis legionibus adiunxisset, duorum speciem exerci-
tuum seruauit; altero L. Cincium partem insulae, regnum
17 qua Hieronis fuerat, tueri iussit: altero ipse ceteram insu-
lam tuebatur diuisam quondam Romani Punicique imperii
finibus, classe quoque nauium septuaginta partita ut omni
18 ambitu litorum praesidio orae maritimae essent. Ipse cum
Muttinis equitatu prouinciam peragrabat ut uiseret agros
cultaque ab incultis notaret et perinde dominos laudaret
19 castigaretque. Ita tantum ea cura frumenti prouenit ut et
Romam mitteret et Catinam conueheret unde exercitui qui
ad Tarentum aestiua acturus esset posset praeberi.

9 Ceterum transportati milites in Siciliam—et erant maior
pars Latini nominis sociorumque—prope magni motus causa
fuere; adeo ex paruis saepe magnarum momenta rerum pen-
2 dent. Fremitus enim inter Latinos sociosque in conciliis

13 xxxxiv *PCR?* : xxxxv R^xMBDAN (*sed add. M* -q : *quod separat* M^2 *ut pro praenomine stet*) : xxxvi *J* : xxvi *K* filium π : fuluium *ANθ* accipere $CM^2A^x\theta$: accepere π*N* 14 eae deductae A^7 : eae eductae $C^2\theta$*ald.* : ea eductae π : ee educte *A?N* specie Π*N* : spe A^7 *uel* $A^8\theta$ 15 haberet Π*NK* : haberent *J* 16 exercituum $C^2M^2B^2DAN\theta$: exercitu (-tum *B*) π regnum qua Π*N* : qua regnum A^6*J.ald.* (*om.* altero—iussit *K*) Hieronis (ier- *BDAN*) $C^2M^2A^vJ$: peronis *PC* : feronis *RM* 17 classe π*N* : classes *BDAθ* : classis *ald.* nauium C^4*Vat.ald.* : *om.* Π*Nθ* partita *PCR* : parte R^1M(*sed* -te aut *pro* -tita ut)*BDAN* : paratae $A^6?\theta$: parata *ald.* praesidio $C^2\theta$*ald.* : praesidia Π*N* 19 ea cura] *hic* Π*N.ald.* : *post* frumenti θ (*cf. c.* 37. 5 *adn.*) prouenit Π*N.ald.* : peruenit θ, *cf.* 21. 19. 9 *adn.* esset *BVen.ald.* : isset πθ : erat *Vat*

9 1 erant *PCR* : erat $C^xR^xMBDAN\theta$*ald.* (*om.* maior *M*)

ortus, decimum annum dilectibus stipendiis se exhaustos
esse; quotannis ferme clade magna pugnare; alios in acie 3
occidi, alios morbo absumi; magis perire sibi ciuem qui
ab Romano miles lectus sit quam qui ab Poeno captus:
quippe ab hoste gratis remitti in patriam, ab Romanis ex-
tra Italiam in exsilium uerius quam in militiam ablegari.
octauum iam ibi annum senescere Cannensem militem, 4
moriturum ante quam Italia hostis, quippe nunc cum
maxime florens uiribus, excedat. si ueteres milites non 5
redeant in patriam, noui legantur, breui neminem superfu-
turum. itaque quod propediem res ipsa negatura sit, prius-
quam ad ultimam solitudinem atque egestatem perueniant,
negandum populo Romano esse. si consentientes in hoc 6
socios uideant Romani, profecto de pace cum Carthaginien-
sibus iungenda cogitaturos: aliter nunquam uiuo Hanni-
bale sine bello Italiam fore. Haec acta in conciliis.

Triginta tum coloniae populi Romani erant; ex iis duode- 7
cim, cum omnium legationes Romae essent, negauerunt
consulibus esse unde milites pecuniamque darent. Eae
fuere Ardea, Nepete, Sutrium, Alba, Carseoli, Sora, Suessa,
Circeii, Setia, Cales, Narnia, Interamna. Noua re consules 8
icti cum absterrere eos a tam detestabili consilio uellent,

2 stipendiis (-dis *CR*) π$C^{1}R^{1}N$: et stipendiis A^{7} *uel* $A^{8}\theta$*ald.*, *cf. c.* 16. 6 *adn.* se *praeeunte Rupertio Alschefski*: s *P*: *om.* $\Pi^{2}N\theta$ *ald.*, *uix recte, quamquam cf.* 26. 48. 13 *adn.* 4 hostis $A^{7}\theta$ *Frob.* 1. 2: hostis excedat Π*N*, *cf. cc* 7. 3; 13. 9; 29. 5. 6 *adnn.*: hostis abscedat *ald.* cum θ*ald. Frob.* 1. 2: tum Π*N* uiribus excedat Π*N*θ*ald. Frob.* 1. 2 5 redeant $\Pi^{2}N$ (-di-): reant *P* perueniant *PC*θ*ald. Frob.* 1. 2: perueniat *RBDA*: perueniat in *M*: perueniatur *N*, *quod ipse malim* 6 profecto *CBDAN*θ: profecti *PRM* uiuo $C^{4}A^{8}\theta$*ald.*: uno Π*N* 7 tum Π*N* *ald.*: tunc θ (*et sic* θ *in c.* 5. 15 *et* 16) Nepete Sutrium PRM^{2}*ald.*: nepetes utrum *C*(-te sut-)*MBDA?N*: nepetes iuturnia (*sed* -uit- *K*) $A^{8}\theta$ Alba $PCR?M^{5}$*ald.*: alta $R^{2}MBDAN\theta$ Sora M^{5} *Frob.* 1 (*sed ordine coloniarum confuso*), *cf.* 29. 15. 5: co π*N*: *om.* $CA^{7}\theta$*ald.* Circeii, *cf. e.g.* 1. 56. 3: cerei Π*N* (*sed* cereis et iacates): cerete $A^{8}\theta$ (*sed* ceretes et iacetes (*om.* et *K*)); *sim. uariatio in* 29. 15. 5 Cales M^{5} (*et* calib. *recte praebent* π *in* 29. 15. 5): cates Π*N*: cetes θ (*sed u. supra*)

castigando increpandoque plus quam leniter agendo pro-
9 fecturos rati, eos ausos esse consulibus dicere aiebant quod
consules ut in senatu pronuntiarent in animum inducere
non possent; non enim detractationem eam munerum mili-
10 tiae, sed apertam defectionem a populo Romano esse. redi-
rent itaque propere in colonias et tamquam integra re,
locuti magis quam ausi tantum nefas, cum suis consulerent.
admonerent non Campanos neque Tarentinos esse eos sed
11 Romanos, inde oriundos, inde in colonias atque in agrum
bello captum stirpis augendae causa missos. quae liberi
parentibus deberent, ea illos Romanis debere, si ulla pietas,
12 si memoria antiquae patriae esset. consulerent igitur de
integro; nam tum quidem quae temere agitassent, ea pro-
dendi imperii Romani, tradendae Hannibali uictoriae
13 esse. Cum alternis haec consules diu iactassent, nihil
moti legati neque se quid domum renuntiarent habere dixe-
runt neque senatum suum quid noui consuleret, ubi nec
miles qui legeretur nec pecunia quae daretur in stipen-
14 dium esset. Cum obstinatos eos uiderent consules, rem
ad senatum detulerunt, ubi tantus pauor animis hominum
est iniectus ut magna pars actum de imperio diceret: idem
alias colonias facturas, idem socios; consensisse omnes ad
prodendam Hannibali urbem Romanam.

9 ut $N^4\theta$: *om.* ΠN (*ante* in *omisso* ut, *cf. c.* 8. 7 *adn.*) : *praebent post* senatu *ald. Frob.* 1. 2   detract- *u. c.* 2. 5 *adn.*   10 esse eos π : eos esse *AN.ald. Frob.* 1. 2 : eos θ. *De ordine in codd. uariato fort. glossema indicante cf. c.* 34. 3 *adn., sed de codd. AN u.* 29. 3. 10 *adn.*   11 inde in $N^4\theta$*ald. Frob.* 1. 2 : inde ΠN: in A^7?   stirpis $A^7\theta$*ald.* : urbis ΠN   12 tradendae $A^7\theta$*ald.* : tradendi (-iq. C^2) ΠN   13 diu iactassent $A^7N^4\theta$: dimastassent ΠN   quid (domum) *scripsimus, cf.* quid *infra et adn.* : quod π$C^3A^8N\theta$*ald.* : ꝗ *A* : *C legi nequit*   renuntiarent $C^4BDAN\theta$: renuntiare π, *cf.* 29. 1. 24   quid (noui) ΠNθ*ald. Frob.* 1. 2 : quod *Madv.* '*uix dubium*' ; *sed cf. et c.* 12. 3 *et Cic. N. D.* 3. 25. 64 ; *Tusc.* 5. 28. 82 ; *ad Att.* 7. 19 ; *Rosc. Am.* 15. 45   consuleret Π*N.ald.* : consulerent $M^2\theta$ 14 diceret Π*N.ald.* : dicerent θ   prodendam (-da *R*) Π*N.ald.* : praebendam θ

Consules hortari et consolari senatum et dicere alias colo- 10
nias in fide atque officio pristino fore: eas quoque ipsas
quae officio decesserint si legati circa eas colonias mittantur
qui castigent, non qui precentur, uerecundiam imperii habi-
turas esse. Permissum ab senatu iis cum esset, agerent 2
facerentque ut e re publica ducerent, pertemptatis prius
aliarum coloniarum animis citauerunt legatos quaesiuerunt-
que ab iis ecquid milites ex formula paratos haberent. Pro 3
duodeuiginti coloniis M. Sextilius Fregellanus respondit et
milites paratos ex formula esse, et si pluribus opus esset
plures daturos, et quidquid aliud imperaret uelletque popu- 4
lus Romanus enixe facturos; ad id sibi neque opes deesse,
animum etiam superesse. Consules parum sibi uideri 5
praefati pro merito eorum sua uoce conlaudari [eos] nisi
uniuersi patres iis in curia gratias egissent, sequi in senatum
eos iusserunt. Senatus quam poterat honoratissimo decreto 6

10 1 *Lectiones hinc denuo de Sp citat Rhen., u. c.* 7. 14 *adn.* decesserint *Spθ Frob.* 2: decessissent (-isent *B*) Π*N.ald., cf. c.* 17. 14 *adn.* colonias (mittantur) Π*N.ald. Frob.* 1. 2: *om. θ, non male* non Π*N.ald. Frob.* 1. 2: et non *θ* esse Π*N.ald. Frob.* 1. 2: *om. θ* (*cf.* daturos § 4 *infra*), *quod melius usum Inf. Fut. antiquum et Liuianum repraesentat*; *uide sis c.* 38. 5 *adn.* 2 cum esset *BDAN*^{4}*θ*: cum essent π*N, cf. c.* 17. 4 facerentque *A*^{7}*N*^{4}*θald. Frob.* 1. 2: que π*R*^{2}*N, cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*): quae *RBD* ut e re p. ducerent Π(*A? et A*^{7} *qui* facerentque *add. in ras.*)*N.ald. Frob.* 1. 2: *om θ* pertemptatis (-tent- *Sp ut uid. K Frob., sed cf. Praef.* § 30) *SpN*^{4}*θ Frob.* 2: temptatis (tent- *B*) Π*N.ald.* ecquid *C.ald. Frob.* 1. 2: equid *PR*: quid *R*^{x} *MBDA?N*: quot *A*^{x}: qui *θ* 3 paratos ex formula *A*^{7} *uel A*^{8}*N*^{4}: paratos formula Π*N*: ex formula paratos *θald. Frob.* 1. 2, *cf. c.* 37. 5 *adn.* si *C*^{2}*M*^{2}*ANθ*: *om.* π 4 deesse *CM*^{2}*A*^{7}*N*^{4}*θald. Frob.* 1 2: deesset (-sent *DAN*) π, *unde* deesse et *Alschefski, sed de* -et *pro* -e *cf.* 29. 2. 2 *adn. et Praef.* § 79. *De* 'et . . . etiam' *cf.* 26. 33. 3 *adn.* 5 parum sibi *PCN*^{4}: sibi parum *A*^{7}*θald. Frob.* 1. 2: sibi *RMBDAN* eos (*ante* nisi) Π*Nθald. Frob.* 1. 2, *quod nobis inter* eorum *et* iis *ualde displicet. Seclusimus, in archetypo praesumptum esse rati. Cf. adnn. inf.* patres iis *Gron.*: tresis *P* (*deleuit ut uid. et* tre- *et* -is *P*^{2}): iis *C* (*sed* uniuersis, *cf. P*^{2}): *om. RMBDAN*: patres *A*^{7}*N*^{4}*θ Edd. ante Gron.* senatum eos *A.ald.*: senatu eos π*N*: senatum *Sp ut uid. θ Frob.* 2, *fort. recte* 6 honoratissimo *C*^{x}*M*^{2}*ANθald.*: honoratissimos π, *cf.* 26. 40. 14 *adn.*

adlocutus eos, mandat consulibus ut ad populum quoque
eos producerent, et inter multa alia praeclara quae ipsis
maioribusque suis praestitissent recens etiam meritum
7 eorum in rem publicam commemorarent. Ne nunc quidem
post tot saecula sileantur fraudenturue laude sua: Signini
fuere et Norbani Saticulanique et Fregellani et Lucerini et
Venusini et Brundisini et Hadriani et Firmani et Ariminen-
8 ses, et ab altero mari Pontiani et Paestani et Cosani, et
mediterranei Beneuentani et Aesernini et Spoletini et Pla-
9 centini et Cremonenses. Harum coloniarum subsidio tum
imperium populi Romani stetit, iisque gratiae in senatu
10 et apud populum actae. Duodecim aliarum coloniarum
quae detractauerunt imperium mentionem fieri patres uetuerunt, neque illos dimitti neque retineri neque appellari a consulibus; ea tacita castigatio maxime ex dignitate populi Romani uisa est.

11 Cetera expedientibus quae ad bellum opus erant consulibus, aurum uicesimarium quod in sanctiore aerario ad ulti-

6 eos (mandat) πA^{x}*ald. Frob.* 1. 2: est eos *AN*: *om.* $N^{4}\theta$, *hic uix recte* ipsis maioribusque Π*N.ald. Frob.* 1. 2: ipsi maioribus θ, *cf. c.* 3. 2 *adn.*; *ipse paene malim ante* ipsis *subiectum uelut* ⟨coloniarum ciues⟩ *inserere, quod displicet Johnsonio* eorum Π*N.ald. Frob.* 1. 2: *om.* θ, *cf. supra* 7 Ne Π*N.ald. Frob.* 1. 2: nec θ Signini Π*N* (sieg- *AN*): sipnini $A^{7}\theta$ Norbani *Sp ut uid.* $A^{7}N^{4}\theta$ *Frob.* 2. *cf.* 2. 34. 6: norani Π*N*: nolani et norbani *ald.* Lucerini $A^{7}N^{4}$ *Frob.* 2: nucerini Π*N.ald.* et Venusini *Sp ut uid.* $A^{7}N^{4}$ *Frob.* 2: *om.* π*N.ald.* (*u. sq.*) et Brundisini (*uel* -dus-) $A^{7}N^{4}$*ald. Frob.* 1. 2: *om.* Π*N*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* 8 Paestani (*uel* pes-) $A^{8}\theta$*ald. Frob.* 1. 2: prae- (*uel* pre-, *sed* prite- *B*: pe- *A*) -stani Π*N* et Cosani Π*ald.* (coss- *ald.*), *cf. It. Dial. p.* 389: et consani A^{7} *et* $A^{8}N^{4}$(c̄s-)θ: *om. N* et (Aesernini) $N^{4}\theta$(*om.* ae- θ)*ald.*: *om.* Π*N* Spoletini (-lent- *D*) Π*NSp Frob.* 2: spoletani $A^{8}\theta$*ald.*, *sed cf. It. Dial. p.* 438 9 apud populum π*SpK Frob.* 2: ad populum *AN.ald.*: *om. J* 10 aliarum *BDANθald.*: illiarum *PCR* (ili- *R*): milia *M* (*delet* M^{2}): illarum C^{x} detract— *u. c.* 2. 5 *adn.* *ante* castigatio *add.* cogitatio seu *AN* (*cf.* 28. 12. 13 *adn.*): *del.* A^{x} (*silet* N^{4}) 11 uicesi— *PC*: uicessi— *RM*: uicissi— *BDAN*: uicensi— $N^{4}\theta$, *cf. c.* 12. 14 *et Neue-Wagener* II, *pp.* 314 *sq.* sanctiore C^{2} *uel* $C^{4}A^{7}N^{4}\theta$: sanctione Π*N*

mos casus seruabatur promi placuit. Prompta ad quattuor 12
milia pondo auri. Inde quingena pondo data consulibus et
M. Marcello et P. Sulpicio proconsulibus et L. Veturio
praetori qui Galliam prouinciam erat sortitus, additumque 13
Fabio consuli centum pondo auri praecipuum quod in arcem
Tarentinam portaretur; cetero auro usi sunt ad uestimenta
praesenti pecunia locanda exercitui qui in Hispania bellum
secunda sua fama ducisque gerebat.

Prodigia quoque priusquam ab urbe consules proficisce- II
rentur procurari placuit. In Albano monte tacta de caelo 2
erant signum Iouis arborque templo propinqua, et Ostiae
lacus, et Capuae murus Fortunaeque aedis, et Sinuessae
murus portaque. Haec de caelo tacta: cruentam etiam 3
fluxisse aquam Albanam quidam auctores erant, et Romae
intus in cella aedis Fortis Fortunae de capite signum quod
in corona erat in manum sponte sua prolapsum. Et Priuerni 4
satis constabat bouem locutum uolturiumque frequenti foro
in tabernam deuolasse, et Sinuessae natum ambiguo inter
marem ac feminam sexu infantem, quos androgynos uolgus, 5

11 seruabatur Π*N.ald.*: seruaretur *Sp*N^4 *ut s. l. θ Frob.* 2 12 quattuor milia (*uel* ∞ ∞ ∞ ∞) *PC*A^8N^4*θald. Frob.* 1. 2: *om. RMBDAN* (*delet* ad *et* pondo N^4) quingena N^4 *Frob.* 2: quinquagena Π*Nθ*: quingenta *ald.* et M. . . . proconsulibus Π*N.ald. Frob.* 1. 2: *om. θ* erat sortitus *πθ* (*sed* erat prou. s. *θ*): sortitus erat *AN.ald. Frob.* 1. 2, *cf.* 29. 3. 10 *adn.* 13 auro $A^8N^4θ$: *ignorant* Π*N ald. Frob.* 1. 2, *fort. recte*

II 1 ab urbe *π*N^4*θald. Frob.* 1. 2: *om. AN, non male* 2 Ostiae *cf.* 26. 19. 11 *adn.*: hostiae C^1 (-ie C^x*ald.*): ostium Π(ho- *C?BNθ*)*θ* lacus Π*N.ald. Frob.* 1. 2: locus A^8 *uel* A^6N^4 *ut s l. θ*: lucus *Crevier, bene* aedis Π*N, cf.* 26. 27. 4 *adn.*: edes $A^8N^1θ$ 3 Haec Π*N*(hec)*ald. Frob.* 1. 2: *om. θ* in cella $N^4θ$: cellam Π*N, et sic* (*sed* intra *pro* intus) *ald. Frob.* 1. 2 aedis Fortis Π*N ald. Frob.* 1. 2: fortis $A^8θ$, *sed cf.* 10. 46. 14 manum Π*NK*: manu N^4J (*sed cum in N uox sq.* spōnte (*sic*) *sequatur, fort. hanc potius lineam superuacaneam perstringere uoluerat* N^4) prolapsum Π*N.ald. Frob.* 1. 2: lapsum *θ* 4 bouem CB^x(-e- *in ras.*)$DA^1Nθ$: bonum *PRM*: boue M^2: bouem esse *A?* uolturiumque (*uel* uul-) *πN.ald., cf. c.* 23. 3: uulturemque A^8 *uel* $A^7N^4θ$ *Frob.* 2 ac (feminam) Π*N*: et *θ* 5 uolgus *PC, cf. Praef.* § 30: uulgus *RMBDANθ*

ut pleraque, faciliore ad duplicanda uerba Graeco sermone appellat, et lacte pluuisse et cum elephanti capite puerum
6 natum. Ea prodigia hostiis maioribus procurata, et supplicatio circa omnia puluinaria, obsecratio in unum diem indicta; et decretum ut C. Hostilius praetor ludos Apollini sicut iis annis uoti factique erant uoueret faceretque.

7 Per eos dies et censoribus creandis Q. Fuluius consul comitia habuit. Creati censores ambo qui nondum consules fuerant, M. Cornelius Cethegus P. Sempronius Tuditanus.
8 Ii censores ut agrum Campanum fruendum locarent ex auctoritate patrum latum ad plebem est plebesque sciuit.

9 Senatus lectionem contentio inter censores de principe
10 legendo tenuit. Sempronii lectio erat; ceterum Cornelius morem traditum a patribus sequendum aiebat ut qui primus censor ex iis qui uiuerent fuisset, eum principem legerent;
11 is T. Manlius Torquatus erat; Sempronius cui di sortem legendi dedissent ei ius liberum eosdem dedisse deos; se id suo arbitrio facturum lecturumque Q. Fabium Maximum quem tum principem Romanae ciuitatis esse uel Hannibale
12 iudice uicturus esset. Cum diu certatum uerbis esset, concedente collega lectus a Sempronio princeps in senatum Q. Fabius Maximus consul. Inde alius lectus senatus octo praeteritis, inter quos M. Caecilius Metellus erat, infamis

6 obsecratio Π*N.ald. Frob.* 1. 2: et obsecratio $C^1N^1\theta$ 8 Ii *Drak.* (hi *Sigonius*): duo $Sp?A^7N^4$ *ut s. l.* θ *Frob.* 2, *cf.* 26. 51. 2 *adn.*: in *P*: *om.* Π^2*N.ald.* ad $A^7\theta$*ald. Frob.* 1. 2: in Π*N* 9 lectionem $B^xAN\theta$: legionem π (leg- *eraso in C*): factionem C^4 *in marg.* 10 a A^7N^4 *ut s. l.* θ*ald. Frob.* 1. 2: *om.* Π*N* ut qui $A^7N^4\theta$*ald. Frob.* 1. 2: qui $PCAN^1?$: ut *RMBDN?* *ante* principem *add.* censorem N^4 is T. *Sp? Frob.* 2: et is T. *C.ald.*: et iit *PR* (*an* iil? *R*): et ibi (ubi *D*) R^x *MBDA?N*: is lelius $A^7?N^4J$: is l. *K*: is luti' $A^6?$, *cf. c.* 33. 6 *adn.* 11 ei $Sp?N^4K$ *Frob.* 2: et Π*N.ald.*: eis *J* facturum lecturumque θ*ald. Frob.* 1. 2: lecturum facturumque Π*N*; *de ordine in P corrupto cf. cc.* 13. 9; 18. 8; 28. 2. 15 *adn.* uicturus π*ald. Frob.* 1.2, *cf. e g. Cic. Pro Clu.* § 124: dicturus C^1 *uel* $C^2AN\theta$ 12 concedente collega (*uel* conl-) Π*N Edd.*: *om.* θ in senatum *Riemann ex C. I. L.* I[1], *p.* 288: in senatu $\Pi N\theta$ *Edd., et sic Bamb. in* 38. 28. 2. *De* -m *omisso cf. c.* 10. 5 *et* 26. 41. 12 *adn.* erat πA^7N^4J*.ald. Frob.* 1. 2: *om. ANK*

auctor deserendae Italiae post Cannensem cladem. In 13
equestribus quoque notis eadem seruata causa, sed erant
perpauci quos ea infamia attingeret; illis omnibus—et multi 14
erant—adempti equi qui Cannensium legionum equites in
Sicilia erant. Addiderunt acerbitati etiam tempus, ne
praeterita stipendia procederent iis quae equo publico
emeruerant, sed dena stipendia equis priuatis facerent.
Magnum praeterea numerum eorum conquisiuerunt qui 15
equo merere deberent, atque ex iis qui principio eius belli
septemdecim annos nati fuerant neque militauerant omnes
aerarios fecerunt. Locauerunt inde reficienda quae circa 16
forum incendio consumpta erant, septem tabernas, macellum, atrium regium.

Transactis omnibus quae Romae agenda erant consules **12**
ad bellum profecti. Prior Fuluius praegressus Capuam : post 2
paucos dies consecutus Fabius, qui et collegam coram obtestatus et per litteras Marcellum ut quam acerrimo bello
detinerent Hannibalem dum ipse Tarentum oppugnaret—
ea urbe adempta hosti iam undique pulso, nec ubi con- 3
sisteret nec quid fidum respiceret habenti, ne remorandi

12 cladem A^7N^4 *ut s. l. θald. Frob.* 1. 2 : *om.* Π*N* 13 in Π*N* *ald. Frob.* 1. 2 : inde *θ* (*ex* § 12) 14 quae (equo) Π*N* (*sed* q; *BDN*) : qui A^7N^4*θald. Frob.* 1. 2 emeruerant Π*N*, *cf.* 21. 43. 10 : meruerant *θald. Frob.* 1. 2 dena stipendia A^7N^8*θ Edd.* : denascendia *PCR* : denascendi R^x*MBDA?N* 15 qui . . . deberent] *om. Ta ut uid.* : *add.* Ta^2. *Cf. Praef.* § 95 merere *A?N*Ta^2*Sp? Frob.* 2 : mereri *πA*^{7} *in ras. θald.*, *cf. c.* 4. 13 *adn.* deberent Ta^2*Sp ut uid.* A^7N^4*θ Frob.* 2 : defren Π(*A?*)*N* (*sed* -ato *N*: atque N^1 : *del.* defrenatque N^2 : *restituit* atque N^4) ex iis qui *πK.ald. Frob.* 1. 2 : ex his qui R^2*MBDNJ* : eos qui *Ruperti* 16 regium C^4A^7*?θald. Frob.* 2, *cf.* 26. 27. 3 (*P*) : regiam Π*N*: regiae *Gron.*, *non male*
12 2 praegressus Π*N.ald. Frob.* 1. 2 : progressus D^2*?θ*, *cf. c.* 13. 2 *adn.* et conlegam Π*N* (conl- *PCRM* : coll- *ceteri*) *ald. Frob.* 1. 2 : collegam *θ* ut PCA^7N^4*θ* : *om. RMBDAN* detinerent *θ* : detineret Π*N.ald. Frob.* 1. 2 3 iam $PCRN^4$: um R^1MB^2 *in ras.* (*i.e.* hostium) : *om. ANθald. Frob.* 1. 2 nec ubi *C ut uid.* A^7N^4*θald.* : ne uiri *πA?N* quid Π*N* (*ubi* ne quid *N* : nec quid N^1 *uel* N^2) : quod *Wesenberg. sed cf. c.* 9. 13 *adn.* fidum A^7N^4*θ* : fidem Π*N* remorandi ΠN^1*ald.* (*intransitiue*): remoranti *N*: morandi *Spθ Frob.* 2. *Puteana lectio poetas certe redolet, ut ait Madv., sed a Liuio quam a librario electum esse uocabulum* remorari *uerisimilius est*

4 quidem causam in Italia fore—Regium etiam nuntium
mittit ad praefectum praesidii quod ab Laeuino consule
5 aduersus Bruttios ibi locatum erat, octo milia hominum,
pars maxima ab Agathyrna, sicut ante dictum est, ex Sicilia
traducta, rapto uiuere hominum adsuetorum; additi erant
Bruttiorum indidem perfugae, et audacia et audendi omnia
6 necessitatibus pares. Hanc manum ad Bruttium primum
agrum depopulandum duci iussit, inde ad Cauloniam urbem
oppugnandam. Imperata non impigre solum sed etiam
auide exsecuti direptis fugatisque cultoribus agri summa ui
urbem oppugnabant.

7 Marcellus et consulis litteris excitus et quia ita induxerat
in animum neminem ducem Romanum tam parem Hanni-
bali quam se esse, ubi primum in agris pabuli copia fuit
ex hibernis profectus ad Canusium Hannibali occurrit.
8 Sollicitabat ad defectionem Canusinos Poenus; ceterum ut
appropinquare Marcellum audiuit, castra inde mouit.
Aperta erat regio, sine ullis ad insidias latebris; itaque in
9 loca saltuosa cedere inde coepit. Marcellus uestigiis insta-
bat castraque castris conferebat, et opere perfecto extemplo
in aciem legiones educebat. Hannibal turmatim per equites
peditumque iaculatores leuia certamina serens casum uni-
10 uersae pugnae non necessarium ducebat. Tractus est tamen
ad id quod uitabat certamen. Nocte praegressum adsequitur

5 hominum (pars) Π*N*θ : *delere uoluit Gron.*, *uocibus* pars . . . traducta *in parenthesi separatis*, *sed* pars maxima *uocibus* rapto . . . adsuetorum *adhaeret*, *cf. e.g.* 23. 35. 6 indidem π(*R? A? in ras.*) A^7N(*an* N^1?) *ald. Frob.* 1. 2, *quod pro* indidem ex Bruttiis *interpretandum, sc. 'Bruttians from the district (of Regium)'* : itidem N^4 (*sc.* ob eandem necessitatem) : incudem *N?* : identidem (*ut uid.*) P^3C^4 : in diem θ 6 Cauloniam A^7θ*ald. Frob.* 1. 2, *cf. It. Dial. p* 6 (*et sic* Π *in c.* 16. 9) : cauloneam N^4 *ut s. l.* : cautoneam πB^1N : cautionem *B* : cautonam M^2 7 ita *Sp? Frob.* 2 : *om.* Π*N*θ*ald* induxerat in animum θ : in animum induxerat *Sp ut uid.* A^7N^4 *ald. Frob.* 1. 2 : induxerunt in animum π (in an. ind. *AN*, *cf.* 29. 3. 10 *adn.*) 9 educebat Π*N. ald. Frob.* 1. 2 : ducebat θ turmatim *BDAN*θ *ald.* : turbatim π 10 praegressum π*Sp Frob.* 2 : praegressum eum *AN*θ*ald.*

locis planis ac patentibus Marcellus; castra inde ponentem
pugnando undique in munitores operibus prohibet. Ita
signa conlata pugnatumque totis copiis, et cum iam nox in-
staret Marte aequo discessum est. Castra exiguo distantia
spatio raptim ante noctem permunita. Postero die luce 11
prima Marcellus in aciem copias eduxit; nec Hannibal
detractauit certamen, multis uerbis adhortatus milites ut
memores Trasumenni Cannarumque contunderent ferociam
hostis: urgere atque instare eum; non iter quietos facere, 12
non castra ponere pati, non respirare aut circumspicere;
cottidie simul orientem solem et Romanam aciem in campis
uidendam esse; si uno proelio haud incruentus abeat,
quietius deinde tranquilliusque eum bellaturum. His 13
inritati adhortationibus simulque taedio ferociae hostium
cottidie instantium lacessentiumque acriter proelium ineunt.
Pugnatum amplius duabus horis est. Cedere inde ab 14
Romanis dextra ala et extraordinarii coepere. Quod ubi
Marcellus uidit, duodeuicesimam legionem in primam aciem
inducit. Dum alii trepide cedunt, alii segniter subeunt, tur- 15
bata tota acies est, dein prorsus fusa, et uincente pudorem
metu terga dabant. Cecidere in pugna fugaque ad duo 16
milia et septingenti ciuium sociorumque; in iis quattuor

10 patentibus $C^4M^2BDAN\partial$: parentibus π   ponentem M^2BA $N\partial$: potentem π   conlata $\Pi^x N\theta$: conlocata *P*   totis Π*N* *ald.Frob.*1.2 : *om. J* : omnibus *K*   *ab* instaret *fere ad* pronuntiatque (*c* 13. 11) *in partibus exstat* (*apud Studemund*) *Ta*, *cf. Praef.* § 95   11 detract— *u. c.* 2. 5 *adn.*   12 non iter quietos facere *SpFrob.*2 (*et fort. etiam Ta*, *cf. Studemund ad loc.*) : quietos facere N^1 (*add.* inter *ante* quietos N^5, *non* N^4) : *silet* A^7 : *om.* Π*N.ald.*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   non castra Π*N.ald.Frob.*1.2 : castra non *Sp?θ*   13 ferociae $C^2M^2BDAN^4\theta$: feroniae π : feroce *N*   ineunt *C* $M^2BDAN\theta$: in eum *PRM*   14 duodeuicesimam] -ces- πR^xN *K* : -cess- *RJ* : -cens- *Ta*, *cf. c.* 10. 11 *adn.*   15 trepide *Spθ* *Frob.*2 : trepidi Π*N.ald.*, *fort. recte*, *cf. e.g. c.* 19. 5 *adn.*   dein *Ta* Π*NJ.ald.* : deinde *K*, *cf.* 29. 3. 9 *adn.*   prorsus $TaCR^1MBDAN$: prosus *PR*   16 fugaque $A^7\theta$: que π, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) : *om. AN.ald.Frob.*1.2 (*sed* cecidereque *Edd.*) : usque M^2 et septingenti Π*N.ald.Frob.*1.2 : et septingentos A^7, *sed cf.* 28. 34. 2 *adn.*   in iis *PCR* : in his *RMBDA et* A^xN*.ald.Frob.*1.2 : inter quos fuere $A^7\theta$

Romani centuriones, duo tribuni militum, M. Licinius et
17 M. Heluius. Signa militaria quattuor de ala prima quae
fugit, duo de legione quae cedentibus sociis successerat
amissa.

13 Marcellus postquam in castra reditum est, contionem
adeo saeuam atque acerbam apud milites habuit ut proelio
per diem totum infeliciter tolerato tristior iis irati ducis oratio
2 esset. 'Dis immortalibus, ut in tali re, laudes gratesque'
inquit 'ago quod uictor hostis cum tanto pauore incidenti-
bus uobis in uallum portasque non ipsa castra est adgressus;
deseruissetis profecto eodem terrore castra quo omisistis
3 pugnam. Qui pauor hic, qui terror, quae repente qui et
cum quibus pugnaretis obliuio animos cepit? Nempe iidem
sunt hi hostes quos uincendo et uictos sequendo priorem
4 aestatem absumpsistis, quibus dies noctesque fugientibus
per hos dies institistis, quos leuibus proeliis fatigastis, quos
hesterno die nec iter facere nec castra ponere passi estis.
5 Omitto ea quibus gloriari potestis: cuius et ipsius pudere
ac paenitere uos oportet referam—nempe aequis manibus
6 hesterno die diremistis pugnam. Quid haec nox, quid hic
dies attulit? Vestrae iis copiae imminutae sunt an illorum
auctae? Non equidem mihi cum exercitu meo loqui uideor

17 quae fugit Π*N.ald.Frob.*1.2: quae fuit *Ta*: *om. θ*

13 2 gratesque inquit Π*N*(-inquid *N*)*θ*: grates quid *Ta ut uid.* profecto *CM*^{2}*BDANθ*: praefecto *PRM*, *cf. cc.* 12. 2; 22. 5; 28. 13. 9 (21. 28. 8 *adn.*) 3 qui (terror) Π*N.ald.Frob.*1.2: *om. θ* (*sed pro* terror quae *dant θ* terrorque) priorem aestatem *Ta Sp?Frob.*2: priore aestate Π*N*: in priorem aestatem *θ* 4 fatigastis *π*^{2}*Ta*^{2}: fatigatis *PTa*: fugastis *ANθald.Frob.*1.2 5 ac paenitere (*uel* pen-) Π*NTa*^{2}: *om. Ta* referam Π*NTa.ald.*: *om. SpN*^{4}*θFrob.*2. *Si* referam *sanum est*, *opponuntur* (*ut monet Johnson*) '*ea*' (*sc. uictoriae in* §§ 3 *et* 4 *commemoratae*) *proelio ambiguo hesterno* (*i.e.* '*cladem hodiernam hesternis tantum rebus metiar, non uictoriis prioribus*'): *sin* (*quod ipse malebam*) *Spirensi obsequendum est*, *uoces* cuius et ipsius *ad* gloriari potestis *referenda erunt et duo membra oppositionis erunt* omitto ea . . . *et* quid haec nox . . . ?. *Facilius tamen est intellegere cur quis* referam *delere potuerit quam cur inserere*, *nec displicet ordo chiasticus* omitto . . . referam 6 uestrae *M*^{2}*ANθTa? ald.*: uestra (-tra; *C*) *π*: urā *MB* meo loqui *Ta*^{2}*SpA*^{7}*N*^{4} *ab N*^{6} *rescriptus θFrob.*2: me loqui *PCRTa*: eloqui *R*^{x}*MBD*(ael-)*AN*: meo eloqui *ald.*

nec cum Romanis militibus: corpora tantum atque arma
eadem sunt. An si eosdem animos habuissetis, terga uestra 7
uidisset hostis? signa alicui manipulo aut cohorti ademisset?
Adhuc caesis legionibus Romanis gloriabatur: uos illi hodierno die primum fugati exercitus dedistis decus.' Clamor 8
inde ortus ut ueniam eius diei daret: ubi uellet deinde experiretur militum suorum animos. 'Ego uero experiar,' inquit 'milites, et uos crastino die in aciem educam ut uictores potius quam uicti ueniam impetretis quam petitis.'
Cohortibus quae signa amiserant hordeum dari iussit, cen- 9
turionesque manipulorum quorum signa amissa fuerant destrictis gladiis discinctos destituit; et ut postero die
omnes pedites equites armati adessent edixit. Ita contio 10
dimissa fatentium iure ac merito sese increpitos neque illo die uirum quemquam in acie Romana fuisse praeter unum ducem, cui aut morte satisfaciendum aut egregia uictoria esset.

Postero die ornati [armatique] ad edictum aderant. Im- 11

6 arma eadem sunt *Ta*(*sed* -ma ea- *legi non poterant*)*ald.Frob.*1.2: eadem arma sunt A^7N^4 *fort. ab* N^6 *rescriptus* θ: armas (animas *C*) ut eadem *PC*: arma ut eiusdem *RMBDAN* (*del.* ut eius- N^1 *et casu* -dem *intactum reliquit* N^4) 7 An si *Ta*A^7N^2 *ab* N^6 *rescriptus K*: ausi *J*: anni Π*N*: si C^4 ademisset *Ta*θ: abstulisset Π*N.ald. Frob.*1.2 8 ut (ueniam) Π*NKAldus*: et *J*: *om. Edd. ante Ald.* 9 amiserant *Ta ut uid.* A^7N^4 *ut s. l.* θ(adm- *J*)*ald.Frob.*1.2: amiserunt (-ss- *R*) Π*N*, *cf. c.* 6. 2 *adn.* destrictis Π*N*θ*ald.Frob.*1.2 *et ut uid. Ta* (*ubi* -ictis *tantum legi poterat*): destrinctis *Sp* discinctos (-cintos *AN*) Π*NK.ald.Frob.*1.2: descinctos *TaJ* (-cint- *J*): scinctos *Sp* destituit; et *Sp ut uid.* N^4 *ut s. l. ald.Frob.*1.2: destutui et *Ta ut uid.*: destituit θ: destitui iussit et Π*N*, *cf. c.* 9. 4 (excedat *bis*) *et de uocibus repetitis* 29. 1. 23 *adn.*: destitui et *Gron.* pedites equites *Ta*: equites pedites Π, *sed cf. e.g.* 5. 7. 12; 29. 33. 6 *al.*; *in* 8. 39. 8 *prior equitum mentio narratione ipsa requiritur* (*cf. c.* 26. 5 *de Hannibale*; 28. 13. 3 *de Culcha*): equites peditesque *N*θ, *sed cf. c.* 16. 6 *adn.* (ped. equitesque *ald.Frob.*1.2). *In Ta utrum* -que *an* armati *secutum sit non satis liquet. De ordine Puteani corrupto u.* 28. 2. 15 *adn.* 10 fatentium *Sp?*N^4 *ut s. l.* θ *Frob.*2: fatentum M^2A^v?: fatendum π, *cf.* 1. 41. 1 *adn.*: fatendo C^1 *uel* C^2*AN.ald.* quemquam $A^7N^3\theta$: quemque Π*N* *post* uictoria *add.* ał, ꝺ N^4 (*i.e. ut nunc demum constitui* aliunde) 11 ornati armatique Π*NJ.ald.* (*sed* ordin- *ald.*) cf. 10. 40. 12: armati ornatique *TaSpKFrob.*2 *et duo uoc. retinere malit Johnson, cf. e.g. c.* 15. 7; 7. 10. 5; *cf.* 24. 48. 7. *Ipse* armatique *deleui ordinem codd. uariatum respiciens, cf. c.* 34. 3 *adn.*

perator eos conlaudat pronuntiatque a quibus orta pridie fuga esset cohortesque quae signa amisissent se in primam
12 aciem inducturum; edicere iam sese omnibus pugnandum ac uincendum esse et adnitendum singulis uniuersisque ne prius hesternae fugae quam hodiernae uictoriae fama Ro-
13 mam perueniat. Inde cibo corpora firmare iussi ut si longior pugna esset uiribus sufficerent. Vbi omnia dicta factaque sunt quibus excitarentur animi militum in aciem
14 procedunt. Quod ubi Hannibali nuntiatum est, 'Cum eo nimirum' inquit 'hoste res est qui nec bonam nec malam ferre fortunam possit. Seu uicit, ferociter instat uictis: seu
2 uictus est, instaurat cum uictoribus certamen.' Signa inde canere iussit et copias educit. Pugnatum utrimque aliquanto quam pridie acrius est Poenis ad obtinendum hesternum decus adnitentibus, Romanis ad demendam igno-
3 miniam. Sinistra ala ab Romanis et cohortes quae amiserant signa in prima acie pugnabant et legio duodeuicesima
4 ab dextro cornu instructa. L. Cornelius Lentulus et C. Claudius Nero legati cornibus praeerant: Marcellus mediam
5 aciem hortator testisque praesens firmabat. Ab Hannibale

11 eos CM^2TaA^7 *uel* A^8*θald.Frob.*1.2: -es *PRM*: -is *BDA?N* *post* conlauda(-t p-)ro *silet Ta usque ad c.* 33. 5 cohortesque quae N^4*θald.Frob.*1.2: cohortes quaeque Π*N* inducturum Π*N ald.Frob.*1.2: educturum *θ* (ad- *J*) 12 adnitendum (ann- *K*) π*NK*: admittendum *M* (amitt- *J*) 13 iussi π*N.ald.Frob.*1.2: iussit CN^4 *ut s. l. θ* si A^7N^4*θald Frob.*1.2: *om.* Π*N* factaque A^7N^4 *ab* N^6 *rescriptus θald.Frob.*1.2: quae (*uel* que) π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) excitarentur N^1*θald.Frob.*1.2: exultarentur (exut- *PR*: exalt- M^2) π^2R^2N
14 1 res est N^4(*rescriptus*)*J.ald.Frob.*1.2: res A^v?*K*: resset *P*: esset Π^2N: esse C^x possit Π*N*: potest N^4 *ut s. l. θald.Frob.* 1.2 uictis: seu uictus A^7N^4*θald.Frob.*1.2: uictis *P*: uictus $\Pi^2 N$: seu uictus A^v? 2 et *Sp?*N^2*θFrob.*2: *om.* Π*N.ald.* educit Π*NSp ut uid., cf. c.* 5. 9 *adn.*: eduxit *θ* ad demendam . . . Romanis (§ 3) ΠN^4: *om. N* 3 Sinistra ΠN^4*θ*: dextra *Perizonius, cf. cc.* 12.14 *et* 13.11, *sed, ut uid., stant nunc in prima acie non solum* (*i*) *cohortes dextrae alae in priore proelio infames et* (*ii*) *xuiii^ma^ legio* (*et ipsa infamis*) *sed etiam* (*iii*) *ala illa quae sinistra erat* duodeuicesima *Perizonius ex c.* 12. 14: uicensima (*uel* -ces-) Π*Nθ* 4 Nero Π*N*: *om. θ* testisque Π*Nθald Frob.*1.2: testis *Sp*, *uix recte*

Hispani primam obtinebant frontem—et id roboris in omni
exercitu erat. Cum anceps diu pugna esset, Hannibal ele- 6
phantos in primam aciem induci iussit, si quem inicere ea
res tumultum ac pauorem posset. Et primo turbarunt signa 7
ordinesque, et partim occulcatis, partim dissipatis terrore qui
circa erant nudauerant una parte aciem, latiusque fuga ma- 8
nasset ni C. Decimius Flauus tribunus militum signo arrepto
primi hastati manipulum eius signi sequi se iussisset. Duxit
ubi maxime tumultum conglobatae beluae faciebant pilaque
in eas conici iussit. Haesere omnia tela haud difficili ex 9
propinquo in tanta corpora ictu et tum conferta turba; sed
ut non omnes uolnerati sunt, ita in quorum tergis infixa
stetere pila, ut est genus anceps, in fugam uersi etiam in-
tegros auertere. Tum iam non unus manipulus, sed pro se 10
quisque miles qui modo adsequi agmen fugientium ele-
phantorum poterat, pila conicere. Eo magis ruere in suos
beluae tantoque maiorem stragem edere quam inter hostes
ediderant, quanto acrius pauor consternatam agit quam
insidentis magistri imperio regitur. In perturbatam trans- 11
cursu beluarum aciem signa inferunt Romani pedites et
haud magno certamine dissipatos trepidantesque auertunt.
Tum in fugientes equitatum immittit Marcellus, nec ante 12

7 occulcatis (-ult- *BDANθ*) Π*NSpθFrob.*2: concultatis *ald.* partim (diss-) *Sp ut uid. θald.Frob.*1 2: et partim Π*N* dissipatis *C*N^4*θ*: disputatis π*N*, *unde et ex* § 11 (dissup- *P*) *in locis antiquitatem et poeticam redolentibus formam antiquiorem a Liuio scriptam esse fort. conicias. Sed cum et e.g. in c.* 26. 6 *et* 28. 16. 13 *praebeat P* dissup- *et idem* dissip- *in* 28. 3. 1; 28. 20. 8; 30. 5. 7, *nos in re dubia* dissip- (*cf. e.g.* 2. 28. 3 *adn.*) *semper scribimus* terrore A^7N^4*θ*: errore π*N*: *om.* (*cum* qui) *D* 8 ni Π*NK.ald.Frob.*1.2: nisi *J* Flauus π*Frob.*2, *cf.* 39. 32. 14 *et* 38. 2 (*praetor urb'*): flauius *ANθald.* 9 difficili *Frob.*1.2: difficile (difi- *B*) Π*Nθald.* tum π (*cf. e.g.* 24. 37. 3): tam *BDANθald.Frob.*1.2: eum *Sp* conferta Π*Nθald. Rhen.*: conferat *Sp* sed πR^2N*θ*: *om. R*: et *Madv. olim dubitanter, sed* sed *pro* sed etiam *stat* (*cf. e.g. Cic. Att.* 5. 13. 3; *Plaut. Rud.* 799) 10 consternatam (-tum *N*) Π*Sp*N^4 *ut s. l. Frob.* 2: consternatas A^7 *uel* A^8*θ*(*sed* -tus *K*)*ald.* regitur Π*NSp Frob.*2: reguntur A^7 *uel* A^8*θald.* 11 dissipatos) *u.* § 7 *adn.*

finis sequendi est factus quam in castra pauentes compulsi
13 sunt. Nam super alia quae terrorem trepidationemque facerent, elephanti quoque duo in ipsa porta corruerant, coactique erant milites per fossam uallumque ruere in castra. Ibi maxima hostium caedes facta; caesa ad octo
14 milia hominum, quinque elephanti. Nec Romanis incruenta uictoria fuit: mille ferme et septingenti de duabus legionibus et sociorum supra mille et trecentos occisi; uolnerati
15 permulti ciuium sociorumque. Hannibal nocte proxima castra mouit: cupientem insequi Marcellum prohibuit
15 multitudo sauciorum. Speculatores qui prosequerentur agmen missi postero die rettulerunt Bruttios Hannibalem petere.

2 Iisdem ferme diebus et ad Q. Fuluium consulem Hirpini et Lucani et Volceientes traditis praesidiis Hannibalis quae in urbibus habebant dediderunt sese, clementerque a consule cum uerborum tantum castigatione ob errorem praeteri-
3 tum accepti sunt, et Bruttiis similis spes ueniae facta est, cum ab iis Vibius et Paccius fratres, longe nobilissimi gentis eius, eandem quae data Lucanis erat condicionem deditionis petentes uenissent.

4 Q. Fabius consul oppidum in Sallentinis Manduriam ui cepit; ibi ad quattuor milia hominum capta et ceterae praedae aliquantum. Inde Tarentum profectus in ipsis

13 facerent Π*N.ald.Frob.*1.2 : fecerant $A^7\theta$ quoque *Gron. ex 'Reg.'* : que Π*N*, *cf. c.* 15. 5 *adn.* (apparatuque), 2. 2. 2 *et Gron. de* 2. 40. 12 : forte A^7N^4 *θald.Frob.*1.2, *optime* 14 et (trecentos)N^4 *ut s. l. θ* : *om.* Π*N*(*sed om. et* mille *MDA*)

15 1 prosequerentur Π*Nθald.*, *i.e.* '*adsidue obseruando sed nusquam lacessendo*' : sequerentur *Sp Frob.*2 ; persequerentur *dett. aliq.* (*cf.* 25. 11. 4), *quod uerbum fugientes lacessendi notionem exprimit* 2 Volceientes, *cf. It. Dial.* **26A** (*Lucania*) : uulcientis (-tes B^2) π*N* : uolscentes *θ* : uideretis *D* accepti sunt *BDAN* : accepti *Sp?θFrob.*2 : acceptis π : recepti sunt *ald.* 3 spes A^7 N^2*θald.Frob.*1.2 : res Π(*A?*)*N* (*cf. correcturam Weissenb. in* 28. 24. 10) Vibius A^7 *uel* $A^8\theta$: uiuius Π*N* (*cf.* 26. 13. 2 *adn.*)
4 in (Sallent-) A^7N^4*θald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* quattuor milia $A^7N^4\theta$ *Edd.* : ∞ ∞ ∞ *PC*, *pari iure* : *om. RMBDAN*

faucibus portus posuit castra. Naues quas Laeuinus tutandis 5
commeatibus habuerat partim machinationibus onerat ap-
paratuque moenium oppugnandorum, partim tormentis et
saxis omnique missilium telorum genere instruit, onerarias
quoque, non eas solum quae remis agerentur, ut alii machinas 6
scalasque ad muros ferrent, alii procul ex nauibus uolnera-
rent moenium propugnatores. Hae naues ab aperto mari 7
ut urbem adgrederentur instructae parataeque sunt; et erat
liberum mare classe Punica cum Philippus oppugnare Aeto-
los pararet Corcyram tramissa. In Bruttiis interim Cauloniae 8
oppugnatores sub aduentu Hannibalis ne opprimerentur in
tumulum a praesenti impetu tutum, ad cetera inopem,
concessere.

Fabium Tarentum obsidentem leue dictu momentum ad 9
rem ingentem potiundam adiuuit. Praesidium Bruttiorum
datum ab Hannibale Tarentini habebant. Eius praesidii
praefectus deperibat amore mulierculae cuius frater in
exercitu Fabi consulis erat. Is certior litteris sororis factus 10
de noua consuetudine aduenae locupletis atque inter popu-
lares tam honorati, spem nactus per sororem quolibet im-
pelli amantem posse, quid speraret ad consulem detulit.

5 Laeuinus *Unger*, *cf. c.* 7. 16 : il. iuius *P* : il iuius *CRM* : liuius M^1 *BDANθ* (*notat* li- et -i- *pleniore cal. N*, *cf. c.* 2. 10. *adn.*) partim (mach-) *BDANθ* : partem PCR^2M : patrem (*ut uid.*) *R* apparatuque *θald.* : apparatu (-ta *R*) quoque πR^2N telorum *ΠN.ald. Frob.*1.2 : telorumque $A^7\theta$ (*silet* N^4) quoque non eas A^7N^4 *θald.Frob.*1.2 : *om.* *ΠN* 6 machinas scalasque *ΠN.ald.Frob.*1.2 (scalas ma- que *θ*, *cf. c.* 37. 5 *adn.*) 7 ab *Π* : ad *N* : ut *θ* : ut ab *Madv.* (*u. sq.*) ut (*hic*) C^4*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* *Π* (*sc. ante* ur-) *et hic θ Madv.* Corcyram *Cθ* : corcuram (-cir- A^7N^1) πN tramissa πN? (trām- N^1?), *cf. c.* 5. 9 *adn.* : transmissa DA^v?*θ* 8 Cauloniae (*sed* -ie) *K*, *cf. c.* 12. 6 *adn.* : caulonee A^7N^4 : cautones (capt- *D*) *ΠN* : Caulonis *Gron.* (*sed* Caulon *promontorium potius designat*) aduentu *ΠN*, *cf.* 2. 55. 1 *et Caes. B.C.* 1. 27. 3 : aduentum *θald.Frob.*1.2 *fort. recte*, *cf.* 28. 10. 5 *adn.* ad cetera inopem concessere *Sp ut uid.* $A^7\theta$*Frob.*2 : sere *P*, *linea xx litt. omissa*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* : se recepere (-cip- *RMBD*) Π^2N (*add.* ad cetera N^4 *ut s. l.*) : ad cetera inopem se recepere *ald.* 9 obsidentem] *hic* *ΠN.ald. Frob.*1.2 : *ante* tarentum *θ*, *cf. c.* 37. 5 *adn.* momentum A^7N^4 *in marg.* *θ* : ommentum N^x, *a quo* N^4 *uitiatus est* : *om.* *ΠN*

11 Quae cum haud uana cogitatio uisa esset pro perfuga iussus Tarentum transire, ac per sororem praefecto conciliatus primo occulte temptando animum, dein satis explorata leuitate blanditiis muliebribus perpulit eum ad proditionem
12 custodiae loci cui praepositus erat. Vbi et ratio agendae rei et tempus conuenit, miles nocte per interualla stationum clam ex urbe emissus ea quae acta erant quaeque ut agerentur conuenerat ad consulem refert.

13 Fabius uigilia prima dato signo iis qui in arce erant quique custodiam portus habebant, ipse circumito portu ab
14 regione urbis in orientem uersa occultus consedit. Canere inde tubae simul ab arce simul a portu et ab nauibus quae ab aperto mari adpulsae erant, clamorque undique cum ingenti tumultu unde minimum periculi erat de industria
15 ortus. Consul interim silentio continebat suos. Igitur Democrates, qui praefectus antea classis fuerat, forte illi loco praepositus, postquam quieta omnia circa se uidit, alias partes eo tumultu personare ut captae urbis interdum exci-

11 pro perfuga θ *et sic uoluit C* (*qui* ꝑ perfuga *tamen scripsit*) : proterfuga *PR*, *cf. cc.* 31. 1 *et* 38. 6 : propter fugam R^1M : pro tranfugam *B* : pro transfuga est *DAN* : pro transfuga B^x(tranf-)*ald.* : profuga *Sp* (*sine* pro *praec. ut uid.*) : perfuga *Rhen.Frob.*2   Tarentum πC^1 *in ras.* R^x(-ntt- *R*) $A^7N^4\theta$: *om. AN*   temptando (tent- *K*, *cf. Praef.* § 30) animum $\pi\theta$: animum eius tentando *AN.ald.Frob.*1.2, *cf.* 29. 3. 10 *adn.*   12 emissus π*ald.Frob.*1.2 : missus $AN\theta$ acta Π*N.ald.Frob.*1.2 : facta θ, *cf. c.* 16. 10 *adn.*   conuenerat $\pi\theta$: conuenerant *BAN*   refert Π*N.ald.Frob.*1.2 : defert $A^7\theta$ (*ex* § 10?)   13 circumito π : circuito $AN\theta$. *Cf. Neue-Wagener* II *p.* 825, *unde apparet* (1) *in nominibus et* circum- *et* circu- *in optimis codd. reperiri*, (2) *in uerbo* circum- *longe frequentius esse* ; *nos* circum- *in uerbo*, circu- *in nominibus scribimus, quamquam in* 8. 37. 9 *codicum consensui obtemperabamus*   14 simul a portu *BDAN.ald.* : et a portu *SpFrob.*2 : simul a | bortu *P* : simul ab ortu *CRM* : simul portu θ ab (nauibus) *PC*, *cf. c.* 26. 7 : a *Sp ut uid.* θ*ald.* : *om. RMB DAN*   ab (aperto) π*ald.* : *om.* $ANSp\theta$ *Frob.* 2   clamorque π*N.ald Frob.*1.2 : clamor $CA^7\theta$ periculi $\pi\theta$*ald.Frob.*1.2 : periculum *AN*   15 antea *Sp ut uid.* $N^4\theta$: *om.* Π*N*   illi *Sp?* A^7 *uel* $A^8\theta$ *Frob.*2 (*et iam Edd. ante Ald.*) : illo Π*NAldus, fort. recte, cf. e.g.* 8. 36. 1 (praeposito in urbe) *sed datiuus melius indicat officium hominis quod mox deseruit*

taretur clamor, ueritus ne inter cunctationem suam consul 16
aliquam uim faceret ac signa inferret, praesidium ad arcem
unde maxime terribilis accidebat sonus traducit. Fabius 17
cum et ex temporis spatio et ex silentio ipso quod, ubi paulo
ante strepebant excitantes uocantesque ad arma, inde nulla
accidebat uox, deductas custodias sensisset, ferri scalas ad
eam partem muri qua Bruttiorum cohortem praesidium agi-
tare proditionis conciliator nuntiauerat iubet. Ea primum 18
captus est murus adiuuantibus recipientibusque Bruttiis, et
transcensum in urbem est; inde et proxima refracta porta
ut frequenti agmine signa inferrentur. Tum clamore sublato 19
sub ortum ferme lucis nullo obuio armato in forum peruenі-
unt, omnesque undique qui ad arcem portumque pugna-
bant in se conuerterunt.

Proelium in aditu fori maiore impetu quam perseuerantia **16**
commissum est. Non animo, non armis, non arte belli,
non uigore ac uiribus corporis par Romano Tarentinus erat;
igitur pilis tantum coniectis, prius paene quam consererent 2
manus terga dederunt, dilapsique per nota urbis itinera in
suas amicorumque domos. Duo ex ducibus Nico et Demo- 3
crates fortiter pugnantes cecidere. Philemenus, qui prodi-
tionis ad Hannibalem auctor fuerat, cum citato equo ex

16 aliquam ΠN^x (*fort.* N^4 *rescriptus*): -ari quam *N*: aliqua *Luchs* 1889, *uix necess.* ac signa π*SpθFrob.*2: signaque *AN.ald.* accidebat *Sp*N^4*Frob.*2, *cf.* § 17 *et c.* 29. 7; 10. 5. 2; 10. 41. 7; 26. 40. 10 (*contra* 21. 10. 12): accedebat Π*Nθald.* (*de errore cf.* 2. 50. 7) 17 et ex (temporis) Π*N.ald.*: ex *SpθFrob.*2 accidebat *Sp*N^4 *Frob.*2: accedebat *PCθald.*, *cf. supra* § 16: accebat *R*: arcebat R^1*MB DAN* agitare Π*NJRhen.Frob.*2: cogitare *Sp*: agitaret M^5N^4 *ut s. l.* (*separans ut parenthesin uoces* proditionis . . . nuntiauerat): tenere *K* (*om.* praesidium): esse agitatae *ald.* (cohortem *omisso*) nuntiauerat πB^2*N.ald.Frob.*1.2: nontiaserat *B*: pronuntiauerat *θ* 18 inde Π*N.ald.*: deinde *Spθ Frob.*2 et (proxima) C^2*DAN.ald.*: ex π: *om. Spθ Frob.*2.

16 1 aditu C^3M^2A *uel* A^x(-tum *A?*)$N^4θ$: auditu (-tus *D*) π*N* 2 paene (*uel* pene) Π*Nθald.*: *om. Sp?Frob.*2 3 Philemenus *Drak.*, *Gronouii uestigiis insistens qui sic in* 25. 8. 3 *legit* (*cum P*) *ex Polyb.* 8. 24. 4: philemenes (-mones *D*) Π*N* (-es *pleniore cal. N*, *cf. c.* 2. 10) *θ* (phylem- *J*: philom- *K*)

4 proelio auectus esset, uagus paulo post equus [errans] per urbem cognitus, corpus nusquam inuentum est; creditum
5 uolgo est in puteum apertum ex equo praecipitasse. Carthalonem autem praefectum Punici praesidii cum commemoratione paterni hospitii positis armis uenientem ad consulem
6 miles obuius obtruncat. Alii alios [passim] sine discrimine armatos inermes caedunt, Carthaginienses Tarentinosque pariter. Bruttii quoque multi passim interfecti, seu per errorem seu uetere in eos insito odio seu ad proditionis famam ut ui potius atque armis captum Tarentum uideretur
7 exstinguendam. Tum ab caede ad diripiendam urbem discursum. Triginta milia seruilium capitum dicuntur capta, argenti uis ingens facti signatique, auri tria milia octoginta pondo, signa tabulae prope ut Syracusarum ornamenta
8 aequauerint. Sed maiore animo generis eius praeda abs-

4 uagus Π*N*θ: uacuus *ald.Frob.*1.2. *non male* (*de errore cf. c.* 20. 8) errans Π*N*θ: eransque *Aldus Frob* 1.2: uagans erransque *Edd. ante Ald.*: *deleuit Walters et* (*insciens*) *Johnson.* Errare *de hominib. aptius quam de animalib. usurpatur. De sententiae structura more Liuiano compacta cf. Praef.* § 31 *et* 9. 13. 11 nusquam *A*θ: nūquam *PN*: nunquam (numq- *B*) *CRMBD* praecipitasse π *Sp?Frob.*2 (se praec- M^2), *cf. e.g. c.* 40. 3: prae- (*uel* pre-) -cipitatum (-to *N*) AN^1θ*ald.* 5 autem Π*N*θ*ald.Frob.*1.2: tum N^4, *non male* praefectum (prof- *RM*, *cf. c.* 13. 2) πA^7 *uel* A^8(*hic post* Punici) *ald.*: *om. AN* 6 passim Πθ*N*θ*Edd.*: *interclusimus, melius infra post* multi *hoc aduerbium stare rati* (*de uocibus in P praesumptis cf.* 29. 5. 6 *adn.*) inermes (*uel* -is) Π*N*: inermesque A^7N^4θ*ald.Frob.*1. 2, *pari iure, cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*), *sed de asyndeto Liuiano uocum more antiquo coniunctarum cf. Frigellium Prolegom. in lib.* 22, *p.* xxi. *Cf. etiam* 1. 14. 7 *et* 22. 29. 11 *adnn. et in hoc tomo* § 7 *inf. et* 26. 13. 8 (?); 26. 46. 4 (?); 26. 50. 13 (?); 27. 2. 8 (?); 27. 9. 2; 27. 13. 9; 28. 13. 5; 28. 23. 2; 29. 17. 5 passim interfecti A^7θ: passim interfectis N^4 (*qui* Bruttiis *et* multis *praebet*) *quod laudo equidem*: interfecti ΠA^x*N.ald.Frob.*1.2, *u. supra* seu per . . . odio πA^7 *uel* A^8N^4θ: *om. AN* 7 ab (caede) N^4θ, *cf.* 30. 9. 11 *adn.*: a Π*N* xxx milia θ*ald.Frob.*1.2: millia (milia *DN*) xxx Π*N* capta A^7N^4 *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2: capti Π*N* ingens] *hic* Π*N ald.*: *ante* argenti θ*Frob.*2 III milia LXXX *Madv Em. p.* 396 *adn.* (*cf.* 26. 14. 8) *a Plut. Fab.* 18. 7 *aliquatenus confirmatus*: LXXXIII milia Π*N*: LXXIIII m. θ signa N^4 *ut s. l.* θ *et* (*sed* tabulaeq.) *ald. Frob.*1.2 *cf.* § 6 *adn.*: signata (-te *C*: -ti M^2) Π (-ta *ex uoce sq.*): signa et *Alschefski*: signa ac *Weissenb.*, *sed cf. e.g. Sall. Cat.* 11. 6 aequauerint π*ald.*: equauerunt (-uēr *A*) *AN*, *cf. c.* 1. 13: aequarent *Sp?*A^7N^8θ*Frob.*2 8 Sed *Sp?Frob.*2: set N^3 *ut credo*: sed (set *N*) et Π*N.ald. cf. c.* 4. 12 *adn.*: *om.* θ (*de Marcelli rapinis cf.* 25 40. 1 *et* 2)

tinuit Fabius quam Marcellus; † qui interroganti scribae †
quid fieri signis uellet ingentis magnitudinis—di sunt, suo
quisque habitu in modum pugnantium formati—deos iratos
Tarentinis relinqui iussit. Murus inde qui urbem ab arce 9
dirimebat dirutus est ac disiectus.

Dum haec Tarenti aguntur, Hannibal iis qui Cauloniam
obsidebant in deditionem acceptis, audita oppugnatione Ta- 10
renti dies noctesque cursim agmine acto cum festinans ad
opem ferendam captam urbem audisset, 'Et Romani suum
Hannibalem' inquit 'habent; eadem qua ceperamus arte
Tarentum amisimus.' Ne tamen fugientis modo conuertisse 11
agmen uideretur, quo constiterat loco quinque milia ferme
ab urbe posuit castra; ibi paucos moratus dies Metapontum
sese recepit. Inde duos Metapontinos cum litteris principum 12
eius ciuitatis ad Fabium Tarentum mittit, fidem ab consule
accepturos impunita priora fore si Metapontum cum prae-
sidio Punico prodidissent. Fabius uera quae adferrent esse 13
ratus, diem qua accessurus esset Metapontum constituit
litterasque ad principes dedit, quae ad Hannibalem delatae
sunt. Enimuero laetus successu fraudis si ne Fabius qui- 14

8 qui Π*NθEdd.*: *malim ipse* cum *scribere, ueritus ne* qui *ad* Marcellus *referatur* (*cf. e.g.* que *pro* cum 26. 51. 2): *melius tamen* qui *quam* cum *esse credit Johnson* interroganti scribae $C^x A^v$?N^3*θald. Frob.*1.2, *quod cum* iussit *prauum est, nisi Anacoluthon admittas*: interrogatis (-antis M^2) scribae Π*N*, *cf. c.* 17. 10 *adn.*: interrogante (*uel* -ti) scriba *Drak.*, *optime si corruptelam antiquiorem statuas. An aliquid excidit uelut* ⟨impulsus monitu⟩ interrogantis scribae? signis Π*N*: de signis $C^4 A^7$*θald.Frob.*1.2 modum A^7 *uel* $A^8 N^3$*θ*: domum Π*N* 9 Tarenti (aguntur) A^7*θald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*, *fort. recte* Cauloniam] *u. c.* 12. 6 *adn.* obsidebant πC^2(-bat *C*)*Nθ*: obsederant *Gertz, non necess.* deditionem CM^2A^7?N^1*θald. Frob.*1.2: seditionem π*N* 10 acto *SpθFrob.*2: facto Π*N*, *cf. c.* 15. 12 *adn.* 11 uideretur $C^4 M^2 B^2$*ANθald.*: uidetur π, *cf. c.* 1. 11 *adn.* constiterat $C^x M^2 A^1$*θald.*: constituerat Π*N* ibi Π*N.ald. Frob.* 1.2: ubi *θ*, *cf. c.* 5. 2 12 *ante* priora *add.* iis *PR.ald.*, tis *C*, his R^2*MBDANθ* (hiis *J*): *om. Sp?Frob.2 et delet* N^4 *ante* cum (praes.) *add.* iis *PCR*, his R^2 *etc.*, ei A^7*θald.Frob.*1.2: *delet* N^4 13 uera quae *CMBDAN.ald.Frob.*1.2: ueraq. *PR* (-que *R*): quae uera *θ* (*sed* quae adf. uera), *cf. c.* 37. 5 *adn.* 14 ne *PCR*N^4 *ut s. l. θ*: non R^1*MBDAN*

dem dolo inuictus fuisset, haud procul Metaponto insidias
15 ponit. Fabio auspicanti priusquam egrederetur ab Tarento, aues semel atque iterum non addixerunt. Hostia quoque caesa consulenti deos haruspex cauendum a fraude
16 hostili et ab insidiis praedixit. Metapontini postquam ad constitutum non uenerat diem remissi ut cunctantem hortarentur ac repente comprehensi, metu grauioris quaestionis detegunt insidias.

17 Aestatis eius principio qua haec agebantur, P. Scipio in Hispania cum hiemem totam reconciliandis barbarorum animis partim donis, partim remissione obsidum captiuorumque absumpsisset, Edesco ad eum clarus inter duces
2 Hispanos uenit. Erant coniunx liberique eius apud Romanos; sed praeter eam causam etiam uelut fortuita inclinatio animorum quae Hispaniam omnem auerterat ad Ro-
3 manum a Punico imperio traxit eum. Eadem causa Indibili Mandonioque fuit, haud dubie omnis Hispaniae principibus, cum omni popularium manu relicto Hasdrubale secedendi in imminentes castris eius tumulos unde per
4 continentia iuga tutus receptus ad Romanos esset. Hasdrubal cum hostium res tantis augescere incrementis cer-

14 fuisset ΠN.*ald.Frob.*1.2: esset *Sp?*$A^7\theta$ 15 a (fraude) $A^7 N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* 16 constitutum ΠN^1 (-tus *N*), *cf.* 3. 22. 4: constitutam θ*ald.Frob.*1.2, *cf. e.g. cc.* 17. 14; 23. 5; 30. 6; 38. 4 (*et* 1. 50. 1 *et* 2. 49. 2). *Ex his et aliis exemplis patet genus fem. proprie usurpari in iuris formulis de die uel statuenda uel statuta*; *extra has formulas licebat semper masculino uti, sed si fem. eligebatur semper notionem illam legalem importabat* (*nisi ubi* dies *i.q.* aetas *erat, ut e.g. in* 29. 1. 23)

17 1 agebantur Π*N ald.Frob.*1.2: gerebantur θ partim (remissione) *CR*[1]*MBDAN*∂: partis *PR* ('parti P^2' *Luchs, quod nos non repperimus*). *De* -s *pro* -m *cf. Praef.* § 79 *et* 22. 2. 2 *adn.* *Cf. etiam e.g.* 26. 1. 4; 26. 39. 14; 27. 1. 15; 27. 27. 3; 28. 2. 12; 28. 5. 8; 28. 9. 14; 28. 15. 14; 28. 20. 2; 28. 45. 18; 29. 3. 11; 30. 10. 3; 30. 24. 10; *et* (-m *pro* -s) *u. c.* 40. 7 *adn.* ad eum Π*N.ald.Frob.*1.2: *om.* θ 2 Punico A^7N^4 *ut s. l.* θ: ponic. *PR*: poni ·c· R^2*MB DA?N* (*sed pro* a Puni- *praebet D* apponi): ponico M^2: poeni *C* 3 popularium πA^7N^4 *ut s. l.* θ: populorum *AN*
4 tantis Π*N*θ(*sed* -tas *J*)*ald.*: tacitis *SpFrob.*2 (*de errore cf. cum Drak.* 40. 9. 5)

neret, suas imminui ac fore ut, nisi audendo aliquid moueret,
qua coepissent ruerent, dimicare quam primum statuit.
Scipio auidior etiam certaminis erat cum a spe quam 5
successus rerum augebat tum quod priusquam iungerentur
hostium exercitus cum uno dimicare duce exercituque quam
simul cum uniuersis malebat. Ceterum etiamsi cum pluri- 6
bus pariter dimicandum foret, arte quadam copias auxerat.
Nam cum uideret nullum esse nauium usum, quia uacua
omnis Hispaniae ora classibus Punicis erat, subductis
nauibus Tarracone nauales socios terrestribus copiis addi-
dit; et armorum affatim erat ⟨et⟩ captorum Carthagine et 7
quae post captam eam fecerat tanto opificum numero
incluso.

Cum iis copiis Scipio ueris principio ab Tarracone 8
egressus—iam enim et Laelius redierat ab Roma, sine quo
nihil maioris rei motum uolebat—ducere ad hostem pergit.
Per omnia pacata eunti, ut cuiusque populi fines transiret 9
prosequentibus excipientibusque sociis, Indibilis et Man-
donius cum suis copiis occurrerunt. Indibilis pro utroque 10
locutus haudquaquam ⟨ut⟩ barbarus stolide incauteue, sed

4 moueret *C^1?M^1θald* : mouerent Π*N* *De* -rent *pro* -ret *et* -rant *pro* -rat *cf. Praef.* § 79 *et e.g.* 26. 8. 7; 26. 28. 13; 26. 51. 11; 27. 1. 5; 27. 5. 14; 28. 6. 11; 28. 15. 11; 30. 33. 10 ruerent *Sp$A^7$$N^4$ ut s. l. θFrob.*2 : fluerent Π(*C?*)*N.ald*, *fort. recte* (*sed aliud* 7. 29. 5; 7. 32. 7) : fluere *C^2 in ras.* : *an* fluere ruerent *legendum?* 5 auidior *π$A^7$$N^4$ ut s. l. θald Frob.*1.2 : auidus *AN* a *Sp?Frob.*2, *cf. e.g.* 26. 1. 3 : ea Π*Nθald.*, *uix recte*, *quamquam conferendum est e.g.* 1. 23. 10 6 Punicis erat *$A^7$$N^4$θald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *u. infra*
7 et captorum Carthagine *Alschefski* : captorum Carthagine *$A^7$$N^4$θald. Frob.*1.2 : *om.* Π*N* (*linea ante alterum* et *omissa*, *cf.* § 9 *infra et* 26. 51. 8 *adn.*) numero incluso *$A^7$$N^4$θald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* (*sed uoces* Cum iis copiis (§ 8) *scribit P uelut nouam paragrapham incepturus, unde conicere licet lineam solita breuiorem excidisse*) : *ad lineam supplendam coniciunt* numero ⟨officinis⟩ incluso *Weissenb.* (n. in officinis inc. *Perthes*), *cf.* 26. 51. 7, numero illic incluso *Rossbach*, *frustra* 8 copiis Π*Nθald.* : *om. Sp ut uid.Frob.*2 iam enim Π*Nθ* : *om. Sp*, *lacunula relicta* motum Π*NSp ut uid. ald.Frob.*1.2 : *om. θ*
9, 10 *post* Indibilis (§ 9) *om.* et . . . Indibilis Π*N*, *xliv litteris* (*fort. iii lineis*) *ob δμ. deperditis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* : *supplent A^7 uel $A^8$$N^3$θald. Frob.*1.2 10 ut *ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*Nθ*, *cf* 28. 5. 2; 30. 2. 8

potius cum uerecundia ⟨ac⟩ grauitate, propiorque excusanti transitionem ut necessariam quam glorianti eam uelut
11 primam occasionem raptam; scire enim se transfugae nomen exsecrabile ueteribus sociis, nouis suspectum esse; neque eum se reprehendere morem hominum si tam anceps
12 odium causa, non nomen faciat. Merita inde sua in duces Carthaginienses commemorauit, auaritiam contra eorum superbiamque et omnis generis iniurias in se atque populares.
13 itaque corpus dumtaxat suum ad id tempus apud eos fuisse: animum iam pridem ibi esse ubi ius ac fas crederent coli; ad deos quoque confugere supplices qui nequeant hominum
14 uim atque iniurias pati. se id Scipionem orare ut transitio sibi nec fraudi apud eum nec honori sit. quales ex hac die experiundo cognorit, perinde operae eorum pretium faceret.
15 Ita prorsus respondet facturum Romanus, nec pro trans-

10 ac *Alschefski*: et C^1 *uel* C^2: *om.* Π*Nθ et* (*sed* uerecunda grau-) *ald.Frob.*1.2 excusanti $C^2M^2BDAN\theta$: excusati π, *cf. c.* 16. 8 quam Π*Nθald.Frob.*1.2: qua *Sp* eam uelut C^x*θald.*: ea uelut Π*NSp*, *cf.* 26. 41. 12 *adn.*: ea uelut ad *Rhen.Frob.*2 raptam πN^2*θald.*: rapta *SpFrob.*2: ratam *AN* 11 se (reprehendere) $M^2BDANSp$ *ut uid. θald.*: si π*N* morem A^x *ed. Mediol.* 1505 *Rhen.Frob.*2: amorem $SpA^7N^4\theta$: nomen Π (*A? et* A^v*? uocem ab* A^7 *erasam restituens*) *N*ϑ*ald.* tam Π*Nθald.Rhen.*: tamen *Sp?*N^5*Frob.*2 12 iniurias A^7N^4*θald.Frob.*1.2: iniuriam C^4M^1 *uel* M^2: iniuria Π*N*; *cf. de* -s *omisso e.g.* 26. 2. 5; 26. 12. 10; 26. 23. 4; 26. 48. 7; 27. 6. 6; 27. 47. 4; 27. 49. 5; 28. 1. 2; 28. 5. 12; 28. 14. 5; 30. 11. 4 (*u. de* -s *addito* 26. 40. 14 *adn.*) in se atque A^7N^4 *ut s. l. θald.Frob.*1.2: in statque Π(*A?*)*N* (*del.* in C^4) *sed in P post primam litteram uocis* iniuria *cetera obscura sunt, ubi aliquid infra uidetur primo scriptum esse. Fort.* iteratas *primo scripsit P, quod ipse* (*ubi uidit praesumptum*) *in* iniurias *mutare uoluit, unde* iniurias iteratas in se atque *conicias* 13 ad deos A^7*θFrob.*1.2: adeos (*uel* ad eos) Π*N.ald.* 14 transitio C^2 *uel* $C^3A^7N^4$ *ut s. l. θ Edd.*: trasitio *P*: traditio Π^2(*A?*)*N* hac Π*N.ald.*: ea SpA^7N^4 *ut s. l.θ Frob.*2 (*cf. c.* 16. 16 *adn.*) cognorit *PCR*: cognouerit R^1MBD^x(-ouit *D*)*ANθ* operae (*uel* -re) PN^4 *ut s. l. θald.Frob.*1.2: opera Π^2N faceret Π*NAldus*: faciat SpN^4 *ut s. l. θ Edd. ante Ald.Frob.*2, *sed* faceret *Liuianae structurae similius. Vide* 23. 43. 12 *adn. et App. II ad Liui lib. II Cantab.* 1901 *editum de temporib. in O. O. uariatis. Cf. etiam* 26. 3. 2; 26. 29. 7; 26. 36. 2; 27. 43. 8; 27. 51. 3; 28. 2. 2; 28. 5. 15; 28. 7. 7; 28. 28. 7; 28. 34. 10 (?); 30. 42. 10 *et* 18 *et* 19 15 ita prorsus MN^4*θald.Frob.*1.2: prorsus ita A^v *in marg.*: ita prosus *PCR*: ita pro suis *BD*: pro suis ita *AN*: ita N^2

fugis habiturum qui non duxerint societatem ratam ubi nec di-
uini quicquam nec humani sanctum esset. Productae deinde 16
in conspectum iis coniuges liberique lacrimantibus gaudio
redduntur, atque eo die in hospitium abducti : postero die 17
foedere accepta fides dimissique ad copias adducendas.
Iisdem deinde castris tendebant donec ducibus iis ad
hostem peruentum est.

Proximus Carthaginiensium exercitus Hasdrubalis prope 18
urbem Baeculam erat. Pro castris equitum stationes habe-
bant. In eas uelites antesignanique et qui primi agminis 2
erant aduenientes ex itinere priusquam castris locum acci-
perent, adeo contemptim impetum fecerunt ut facile
appareret quid utrique parti animorum esset. In castra 3
trepida fuga compulsi equites sunt signaque Romana portis
prope ipsis inlata. Atque illo quidem die inritatis tantum 4
ad certamen animis castra Romani posuerunt : nocte Has- 5
drubal in tumulum copias recipit plano campo in summo
patentem ; fluuius ab tergo, ante circaque uelut ripa prae-
ceps oram eius omnem cingebat. Suberat et altera inferior 6
summissa fastigio planities ; eam quoque altera crepido
haud facilior in adscensum ambibat. In hunc inferiorem 7

16 iis A^{v}*ald.* : is *PCR* : eius *Sp?*$A^{7}N^{4}$ *ut s. l. θFrob.*2 : his R^{1}*MB DA?N* (*hic tamen ipse* eius *suprascripsit*, his *delens* ; *tum* eius *ut s. l.* (*per* ł *suum*) *commendat* N^{4}) abducti *πSp?*B^{2}*NFrob.*2 : adducti *Bθald.* 17 castris Π*N* : in castris N^{4} *ut s. l. θald.Frob.*1.2 (*silet* A^{7})

18 1 Baeculam *Sigonius ex c.* 20. 3 *et Polyb.* 10. 38. 7 : betulam A^{6}? (bec- A^{7}?)*θ* : baesulam *π*A^{v}(*sed* bes-)*N* : belusam *D* : regulam (*uel* Begulam) N^{4} *ut s. l.* : *add. in marg.* besula urbs A^{x} (betula A^{4}) 2 In N^{4} *ut s. l. θ* : *om.* Π*N*, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* acciperent Π*N* : caperent N^{4} *ut s. l. θald.Frob.*1.2 3 ipsis *π*$A^{v}N^{4}$*Aldus* : *om. A Nθ Edd. ante Ald.* 4 illo Π*N.ald.Frob.*1.2 : eo *θ* 5 recipit Π*N* : recepit N^{4} *ut s. l. θald.Frob.*1.2, *cf. c.* 5. 9 *adn.* patentem ; fluuius *Sp ut uid.* $A^{7}N^{4}$*θFrob.*2 : patent. et (*uel* patentet) fuluius (fluuius *A?* : fluius *N*) Π*N* : patent fluuius N^{1} : patentem et fluuius *ald.* 6 et Π*N.ald.Frob.*1.2 : ex N^{1}*θ* inferior A^{7}? N^{4} *ut s. l. θ* : interior Π*N* altera (crepido) *Frob.*1.2 : alteram Π*N.ald.*, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* facilior in ads-(*sed* as-)-censum (*sed* -su *K*) Π*Nθald.Frob.*1.2 : faciliori adscensu *Madv.*, *sed codd. lectio defendenda est subaudiendo 'facilior Romanis in adscensum uenientibus'. Cf. etiam e.g.* in utramque partem

campum postero die Hasdrubal postquam stantem pro castris
hostium aciem uidit, equites Numidas leuiumque armorum
Baliares et Afros demisit.
8 Scipio circumuectus ordines signaque ostendebat hostem
praedamnata spe aequo dimicandi campo captantem tumu-
los, loci fiducia non uirtutis armorumque stare in conspectu;
sed altiora moenia habuisse Carthaginem, quae transcendis-
9 set miles Romanus; nec tumulos nec arcem, ne mare
quidem armis obstitisse suis. ad id fore altitudines quas
cepissent hostibus ut per praecipitia et praerupta salientes
10 fugerent; eam quoque se illis fugam clausurum. Co-
hortesque duas alteram tenere fauces uallis per quam defer-
retur amnis iubet, alteram uiam insidere quae ab urbe per
tumuli obliqua in agros ferret. Ipse expeditos qui pridie
stationes hostium pepulerant ad leuem armaturam infimo
11 stantem supercilio ducit. Per aspreta primum, nihil aliud
quam uia impediti, iere; deinde ut sub ictum uenerunt,
telorum primo omnis generis uis ingens effusa in eos est;
12 ipsi contra saxa quae locus strata passim, omnia ferme mis-
silia, praebet ingerere, non milites solum, sed etiam turba
calonum immixta armatis.

7 Bali- Π*N* (*cf.* 21. 21. 12 *adn.*) : bale- $M^2A^7\theta$; bali- *praebet P in c.* 2. 6; 28. 37. 8; 28. 46. 7 *al.* demisit *Aldus Frob.*1.2, *cf.* 7. 23. 6 (*ubi* dem. *contra codd. legendum*) : dimisit Π*N*θ *Edd. ante Ald.* 8 aequo dimicandi θ*Frob* 2 : dimicandi aequo Π*N*(equo)*ald.* *Cf. c.* 11. 11 *et* 28. 2. 15 *adnn.* armorumque Π*N.ald.* (-que *ut e.g. in* 7. 34. 12; 21. 10. 12) : aut armorum $Sp?N^4\theta$*Frob.*2 9 ne $PCRA^7$ *Frob.*2 : nec $R^1MBDAN\theta$*ald.* hostibus $Sp?N^4$ *ut s. l. Frob.* 2 : hostes Π*N*θ*ald.* (*Cf. de* -is *et* -ib. *corruptis c.* 2. 8) 10 deferretur πN^7(-ff- *N*)*J.ald.* : deferreretur *D* : defertur *Sp?KFrob.*2 ab urbe *PMN Edd.* : ad urbe N^x (*non* N^4 *ut s. l.*) in agros *PMN Edd.* : per in agros N^7 (*non* N^4) *qui aliquid ab* N^4 *scriptum erasit* infimo Π*N.ald.Frob.*1.2 (*sc.* '*infima parte inferioris planitei*') : in summo A^v *ut s. l.* θ 11 aspreta *SpFrob.*2, *cf. e.g* 9. 35. 2 *cum adn.* : aspera Π*N*θ*ald.* primum *Sp ut uid.* A^7N^4 *ut s. l.* θ *ald.Frob.*1.2 : prima Π*N* (*cf. c.* 30. 12 *adn.*) : primo M^2 ictum πN^4 *ut s. l.* : iactum *AN*θ*ald.Frob.*1.2 12 praebet A^7N^4 *ut s. l.* *ald.Frob.*1.2 : praemet π*N* : premet *CD* (*in C* omnia . . . premet *sic notata sunt*) : prement *A*

Ceterum quamquam adscensus difficilis erat et prope 13
obruebantur telis saxisque, adsuetudine tamen succedendi
muros et pertinacia animi subierunt primi. Qui simul cepere 14
aliquid aequi loci ubi firmo consisterent gradu, leuem et
concursatorem hostem atque interuallo tutum cum procul
missilibus pugna eluditur, instabilem eundem ad comminus
conserendas manus, expulerunt loco et cum caede magna
in aciem altiore superstantem tumulo impegere. Inde 15
Scipio iussis aduersus mediam euadere aciem uictoribus
ceteras copias cum Laelio diuidit, atque eum parte dextra
tumuli circumire donec mollioris adscensus uiam inueniret
iubet: ipse ab laeua, circuitu haud magno, in transuersos
hostes incurrit. Inde primo turbata acies est dum ad cir- 16
cumsonantem undique clamorem flectere cornua et obuer-
tere ordines uolunt. Hoc tumultu et Laelius subiit; et 17
dum pedem referunt ne ab tergo uolnerarentur, laxata prima
acies locusque ad euadendum et mediis datus est, qui per 18
tam iniquum locum stantibus integris ordinibus elephantis-
que ante signa locatis nunquam euasissent. Cum ab omni 19
parte caedes fieret Scipio, qui laeuo cornu in dextrum
incucurrerat, maxime in nuda latera hostium pugnabat; et 20
iam ne fugae quidem patebat locus; nam et stationes
utrimque Romanae dextra laeuaque insederant uias, et porta
castrorum ducis principumque fuga clausa erat, addita

13 adscensus (*uel* asc-) $CM^2BDAN\theta$: accensus *PRM*
13, 14 primi. Qui $\pi B^x N\theta$*ald.Frob.*1.2 (*interpunxit N ante* primi): primi qus *B*: primique *F. Leo* 14 cum caede Π*N.ald.* : caede *Sp?*N^4 *ut s. l.* θ*Frob.*2 altiore Π*N*(-rem B^x)*ald.* : altiori *Sp*θ, *fort. recte, cf.* 9. 34. 23 *adn. et Neue-Wagener* II *p.* 266. *Cf. etiam c.* 30. 5; 28. 17. 15; 29. 26. 4; 42. 65. 10 15 ipse *MBDAN*θ : ipsi *PCR* circuitu *MBDAN*θ: circumitu *PCR*, *cf. c.* 15. 13 *adn.* 17 et (dum) $CMDAN^1$(*om. N*)θ*ald.* : ei *PRB* laxata $M^2\theta$*ald.Frob.*1.2: latata π: lassata A^7N^4 (*an* lax-?): lata *BDAN* 19 fieret Π*N*θ*ald.* : fierent *Sp?Frob.*2 incucurrerat π: incurrerat *AN*θ*ald.Frob.*1.2 latera hostium π: hostium latera *AN*θ*ald.Frob.*1.2, *cf.* 26. 5. 17 *adn.* 20 nam A^7N^1(*an* N^4 *rescriptus?*)θ: *om.* Π*N*, *uix recte* porta . . . clausa erat (*sed* clauserat *RBDAN*) π*N*: portam (-tas A^v) . . . clauserat $MA^v\theta$*ald.Frob.*1.2

trepidatione elephantorum quos territos aeque atque hostes
timebant. Caesa igitur ad octo milia hominum.

19 Hasdrubal iam ante quam dimicaret pecunia rapta ele-
phantisque praemissis, quam plurimos poterat de fuga exci-
2 piens praeter Tagum flumen ad Pyrenaeum tendit. Scipio
castris hostium potitus cum praeter libera capita omnem
praedam militibus concessisset, in recensendis captiuis
decem milia peditum, duo milia equitum inuenit. Ex his
Hispanos sine pretio omnes domum dimisit, Afros uendere
3 quaestorem iussit. Circumfusa inde multitudo Hispanorum
et ante deditorum et pridie captorum regem eum ingenti
4 consensu appellauit. Tum Scipio silentio per praeconem
facto sibi maximum nomen imperatoris esse dixit quo se
milites sui appellassent: regium nomen alibi magnum,
5 Romae intolerabile esse. regalem animum in se esse, si id
in hominis ingenio amplissimum ducerent, taciti iudicarent:
6 uocis usurpatione abstinerent. Sensere etiam barbari
magnitudinem animi, cuius miraculo nominis alii mortales
7 stuperent id ex tam alto fastigio aspernantis. Dona inde
regulis principibusque Hispanorum diuisa, et ex magna
copia captorum equorum trecentos quos uellet eligere
Indibilem iussit.

8 Cum Afros uenderet iussu imperatoris quaestor, puerum
adultum inter eos forma insigni cum audisset regii generis
9 esse, ad Scipionem misit. Quem cum percontaretur Scipio

20 atque N^4*θald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*
19 2 Ex his *K*: ex iis *J.ald.Frob.*1.2: ex *PRM* (his *ante* hisp- *omisso*): et *CDN*: exim M^2: *om. A* omnes domum Π*N.ald. Frob.*1.2: domum omnes *θ*, *cf. c.* 37. 5 *adn.* 3 eum Π*Nθ*: cum N^2 ingenti consensu πA^7 *uel* A^8N^2*θald.Frob.*1.2: *om. AN*, *cf. e.g.* § 10 4 intolerabile Π*Nθald.*: intolerandum *SpFrob.*2 5 se N^4 *ut s. l. θald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* (*i.e.* inesse) hominis π A^7*NK.ald.Frob.*1.2: homines AN^4 *ut s. l.* (*qui uocem praec.* in *uidetur substrinxisse*): oris *J*: horis J^2 *in marg. ut s. l.* taciti A^7N^4 *ut s. l. θ*, *cf. e.g.* 24. 1. 8: tacite (*uel* -tae) Π*N.ald.Frob.*1.2, *fort. recte* 6 Sensere *θald.Frob* 1.2: censere Π*N* alto A^7*θald.Frob.* 1.2: magno Π*N* 7 captorum *PN*: captiuorum N^7

quis et cuias et cur id aetatis in castris fuisset, Numidam esse ait, Massiuam populares uocare: orbum a patre relictum apud maternum auum Galam, regem Numidarum, eductum, cum auunculo Masinissa, qui nuper cum equitatu subsidio Carthaginiensibus uenisset, in Hispaniam traiecisse;
prohibitum propter aetatem a Masinissa nunquam ante 10
proelium inisse: eo die quo pugnatum cum Romanis esset inscio auunculo clam armis equoque sumpto in aciem exisse; ibi prolapso equo effusum in praeceps captum ab
Romanis esse. Scipio cum adseruari Numidam iussisset, 11
quae pro tribunali agenda erant peragit; inde cum se in praetorium recepisset, uocatum eum interrogat uelletne ad
Masinissam reuerti. Cum effusis gaudio lacrimis cupere 12
uero diceret, tum puero anulum aureum tunicam lato clauo cum Hispano sagulo et aurea fibula equumque ornatum donat, iussisque prosequi quoad uellet equitibus dimisit.

De bello inde consilium habitum; et auctoribus quibus- **20**
dam ut confestim Hasdrubalem consequeretur, anceps id 2
ratus ne Mago atque alter Hasdrubal cum eo iungerent copias, praesidio tantum ad insidendum Pyrenaeum misso ipse reliquum aestatis recipiendis in fidem Hispaniae populis absumpsit.

Paucis post proelium factum ad Baeculam diebus cum 3

9 esse ΠN, *cf.* 26. 48. 13 *adn.*: esse se $N^{7}\theta$: se esse A^{v}*ald.Frob.*1.2 (*de ordinis uariatione additamentum indicante cf. c.* 34. 3 *adn.*) Massiuam *C*, *cf. Sall. Iug.* 35 (*alium quemdam eodem nomine*): massium π*N*(*sed in N* -u- *pleniore cal., cf. c.* 2. 10 *adn.*)*J*: masium *K* eductum *BDAN*: edictum π: educatum $M^{2}A^{7}$ *uel* $A^{8}\theta$*ald. Frob.*1.2, *sed cf.* 2. 9. 6 *et Liui lib.* 2 *ed. Cantab. ad loc.* 10 propter aetatem π$A^{7}N^{4}$ *uel* $N^{3}\theta$*ald.Frob.*1.2: *om. AN*, *cf. e.g.* § 3 die Π*N*: die se N^{7} *uel* $N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2, *cf.* § 9 *et* 26. 48. 13 *adnn.* inscio $C^{2}M^{2}BDAN\theta$*ald.Frob.*1.2: inscipio π, *cf. c.* 20. 8 *adn.* 11 uelletne (*uel* -et ne) $N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2: uelle π, *cf. c.* 1. 11 *adn.*: uellet *M* 12 quoad (*uel* quo ad) *CBANθald.*: quoac *PRM*: quoa *D* dimisit Π*N.ald.Frob.*1.2: dimittit θ, *minus bene hic*

20 1 consequeretur Π*Nθald.*: persequeretur *Sp?Frob.*2 2 alter $N^{4}\theta$: *om.* Π*N ald.Frob.*1.2 ipse $C^{4}M^{2}BDAN\theta$: ipso π 3 Baeculam πN^{4} (*cf. c.* 18. 1): betulam *ANθ* (ad b- A^{7}: a b- *A*)

Scipio rediens iam Tarraconem saltu Castulonensi excessis-
set, Hasdrubal Gisgonis filius et Mago imperatores ex
ulteriore Hispania ad Hasdrubalem uenere, serum post
male gestam rem auxilium, consilio in cetera exsequenda
4 belli haud parum opportuni. Ibi conferentibus quid in
cuiusque prouinciae regione animorum Hispanis esset,
unus Hasdrubal Gisgonis ultimam Hispaniae oram quae ad
Oceanum et Gades uergit ignaram adhuc Romanorum esse
5 eoque Carthaginiensibus satis fidam censebat: inter
Hasdrubalem alterum et Magonem constabat beneficiis
Scipionis occupatos omnium animos publice priuatimque
esse nec transitionibus finem ante fore quam omnes His-
pani milites aut in ultima Hispaniae amoti aut traducti in
6 Galliam forent. itaque etiam si senatus Carthaginiensium
non censuisset, eundum tamen Hasdrubali fuisse in
Italiam ubi belli caput rerumque summa esset, simul ut
Hispanos omnes procul ab nomine Scipionis ex Hispania
7 abduceret. exercitum eius cum transitionibus tum aduerso
proelio imminutum Hispanis repleri militibus, et Mago-
nem Hasdrubali Gisgonis filio tradito exercitu ipsum
cum grandi pecunia ad conducenda mercede auxilia in
8 Baliares traicere; Hasdrubalem Gisgonis cum exercitu

3 iam Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* θ (iam *ante* excess- *praebentes, cf. c.* 37. 5 *adn.*) Gisgonis filius (*uel* fil. : lil *B*) πB^{2}*ald.Frob.*1.2 : filius gisgonis θ, *cf. adn. praec.* exsequenda (*uel* exe-) Π*N*θ : exsequendi *Madv. Em. p.* 396 belli M^{2}*BDAN*θ : uelli π haud $A^{7}N^{4}$ *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2 : hauo *P* (*cf.* 28. 18. 6) : hanno π^{2}, *cf.* 28. 8. 4 *adn.* : anno *AN* : animo C^{4} *ut s. l.* 4 prouinciae (*uel* -cie *uel* -tie) Π*N*θ*ald.Frob.*1.2, *quod tutari uolt Johnson*, cuiusque *pro Masculino genere interpretatus* (*et de* regione prou. *cf. c.* 35. 10) : *ipse delere malim ut ex glossemate ortum* : prouincia ac *Riemann* (*iam* prouincia et *Madv.*) Hispaniae oram A^{7} *uel* $A^{8}N^{4}$(horam)*ald. Frob.*1.2 : hispaniaeorum *PR* : hispaniam eorum *CMBDAN* Gades *C*(*sed* -is)M^{2}*BDAN*θ, *cf.* 21. 21. 9 *adn.* : cadis *PR* : cades $R^{2}M$ 5 amoti Π*N.ald.* : moti *Sp*N^{7}θ*Frob.*2 6 itaque etiam Π*N.ald.Frob.*1.2 : ita θ rerumque $A^{7}N^{4}$ *ut s. l.* θ : rerum Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) : et rerum C^{2}*ald.Frob.*1.2 ut *Sp?*N^{4} *ut s. l.* θ*Frob.*1.2 : et Π*N.ald.*

penitus in Lusitaniam abire, nec cum Romano manus
conserere; Masinissae ex omni equitatu quod roboris esset
tria milia equitum expleri, eumque uagum per citeriorem
Hispaniam sociis opem ferre, hostium oppida atque agros
populari;—his decretis, ad exsequenda quae statuerant
duces digressi. Haec eo anno in Hispania acta.

Romae fama Scipionis in dies crescere, Fabio Tarentum 9
captum astu magis quam uirtute gloriae tamen esse, Fului
senescere fama, Marcellus etiam aduerso rumore esse, super- 10
quam quod primo male pugnauerat, quia uagante per
Italiam Hannibale media aestate Venusiam in tecta milites
abduxisset. Inimicus erat ei C. Publicius Bibulus tribunus 11
plebis. Is iam a prima pugna quae aduersa fuerat adsiduis
contionibus infamem inuisumque plebei Claudium fecerat,
et iam de imperio abrogando eius agebat cum tamen neces- 12
sarii Claudii obtinuerunt ut relicto Venusiae legato Marcellus
Romam rediret ad purganda ea quae inimici obicerent nec

8 Lusitaniam $M^2A^7N^1\theta$: dusitanum *P*: lusitanum π^2R^2N (iusit- *R*) Romano manus $SpA^7N^4\theta Frob.2$: romanus Π*N*, *cf. c.* 1. 11. *adn.* : romanis M^1B^x : romanis manus *ald.* uagum N^4 *ut s. l.* θ *ald.Frob.*1.2 : uacuum Π*N*, *cf. c.* 16. 4 *adn.* duces $A^xN^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* acta $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : accepta Π*N*. *De studio 'architectonico' Puteani cf. Praef.* § 48 *et* 22. 39. 20; 22. 41. 7 (*amplificatio ibi ex dittogr. orta*) *adnn. Cf. in hoc tomo e.g.* 26. 9. 7; 26. 31. 3; 27. 1. 8; 27. 19. 10; 27. 30. 11; 27. 31. 1; 27. 32. 4; 27. 51. 13; 28. 1. 2; 28. 2. 8; 28. 12. 1; 28. 16. 8; 28. 31. 5; 28. 36. 13; 29. 1. 8; 29. 27. 3; 30. 10. 8; 30. 11. 6. *De erroribus sim. correctoris* P^2 *cf.* 28. 8. 4 *adn.* 9 astu magis SpA^7 *ut s. l.* N^4 *ut s. l.* θ*Frob.*2 : agis *P cf. c.* 1. 11 *adn.* : magis π^2 : ingenio magis *AN.ald.* : fraude magis C^4 : astu *Gron.* fama *CRBDAN*θ *Edd.* : famam PMN^x(N^5?), *cf.* 26. 40. 11 *adn.* 10 tecta Π*N*θ*ald.Frob.*1.2 : exta *Sp* : aestiua *dubitanter Rhen.* 11 ei M^1A^7 *uel* $A^8\theta$*ald.Frob.*1.2 : et Π*N* : ei et N^2 *uel* N^4 *ut s. l.* (*num recte?*) plebei πN : pl. *RB* : plebi A^7 *uel* A^8N^2 *uel* $N^7\theta$ 12 cum tamen CN^2 *uel* N^4*ald.Frob.*1.2 (*recte hic, non ut in* 6. 42. 11 *ubi* tandem *Perizonius*) : cum tame *PR* : cum tam R^2MBDAN : tum tamen θ ut A^7N^2 *uel* N^4 *ut s. l.* θ : *om.* Π*N* (*post* -unt *perditum*) Romam M^2N^2 *uel* N^4 *ut s. l.* θ : romae Π*N* rediret Π*N.ald.* : ueniret *Sp*θ*Frob.*2 obicerent A^7N^4 *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2 : decernerent Π*N*, *unde conicit Castiglioni* decerneretur *pro* ageretur *inf.* (Π*NSp* : agerent *ald.*), *uix recte, quamquam fatemur excusationem erroris Puteani latere* nec $\pi N\theta$ *Edd.* : ne CM^2A^7?

13 de imperio eius abrogando absente ipso ageretur. Forte sub
idem tempus et Marcellus ad deprecandam ignominiam et
21 Q. Fuluius consul comitiorum causa Romam uenit. Actum
de imperio Marcelli in circo Flaminio est ingenti concursu
2 plebisque et omnium ordinum. Accusauit tribunus plebis
non Marcellum modo, sed omnem nobilitatem: fraude
eorum et cunctatione fieri ut Hannibal decimum iam
annum Italiam prouinciam habeat, diutius ibi quam
3 Carthagine uixerit; habere fructum imperii prorogati
Marcello populum Romanum; bis caesum exercitum eius
4 aestiua Venusiae sub tectis agere. Hanc tribuni orationem
ita obruit Marcellus commemoratione rerum suarum ut non
rogatio solum de imperio eius abrogando antiquaretur, sed
postero die consulem eum ingenti consensu centuriae
5 omnes crearent. Additur collega T. Quinctius Crispinus,
qui tum praetor erat. Postero die praetores creati P.
Licinius Crassus Diues pontifex maximus, P. Licinius Varus
Sex. Iulius Caesar Q. Claudius.

6 Comitiorum ipsorum diebus sollicita ciuitas de Etruriae
defectione fuit. Principium eius rei ab Arretinis fieri C.
Calpurnius scripserat, qui eam prouinciam pro praetore obti-
7 nebat. Itaque confestim eo missus Marcellus consul

21 1 plebisque Π*N.ald Frob.*1.2, *cf.* 29. 22. 11 (1. 43. 2; 2. 59. 7): plebis θ omnium $A^7N^2\theta$: omni ui Π(omni | ui *P*)*N* 2 Accusauit *SpFrob.*2: accusauitque Π$N\theta$*ald.*, *fort. recte ut causa concursus omnium ordinum explicetur*, *cf.* 26. 30. 12 3 Venusiae $C^2A^7N^4\theta$*ald.*: uenusia Π*N* 4 antiquaretur BDA^7 *in marg.* $N\theta$ *ald.*: antequaerereretur π, *cf. c.* 20. 8 *adn* 5 Additur Π*N.ald. Frob.*1.2: additus θ, *cf.* 26. 16. 2 *adn.* T. $M^2AN\theta$*ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 22. 1: tum π (*i.e.* conlegatum), *sc. ex sq.* tum *praesumpto*: ti P^x qui tum $CM^2BDAN^1\theta$: quintu *PR*: quintum *MN*: quitu P^x Postero die (diei R^2) Π*N.ald Frob.*1.2: tum θ Crassus $CN^1\theta$: arassus (cra- A^7) crassus π*N* Diues A^7N^4 *ut tert. lect.* θ: diuerso Π(*A?*): diuiso *N*: diu N^1 *ut s. l.* *post* Claudius *praebent* Flamen *Frob* 2, Flaminius *Lov.* 1 *Aldus*, *sc. ex c.* 22. 3 *sumptum* (*u. adn. ad loc.*): *ignorant* Π$N\theta$ *Edd. ante Ald.* 6 pro praetore *Lov.* 1 *et in c.* 22. 4 *Lov.* 3: pro. pr (*uel* propr̄) Π*N* (*et in c.* 22. 4): propraetor $A^7\theta$; *cf. e.g.* 26. 1. 7; 26. 2. 4; 27. 7. 11; 27. 29. 6; 27. 33. 8; 27. 35. 2; 30. 1. 3; 30. 27. 8 7 Itaque *ald.Frob.*1.2: aque *PRM*: atque CM^2BDAN: ita θ

designatus, qui rem inspiceret ac, si digna uideretur, exer-
citu accito bellum ex Apulia in Etruriam transferret. Eo
metu compressi Etrusci quieuerunt. Tarentinorum legatis 8
pacem petentibus cum libertate ac legibus suis responsum
ab senatu est ut redirent cum Fabius consul Romam
uenisset.

Ludi et Romani et plebeii eo anno in singulos dies 9
instaurati. Ædiles curules fuere L. Cornelius Caudinus et
Ser. Sulpicius Galba, plebeii C. Seruilius et Q. Caecilius
Metellus. Seruilium negabant iure aut tribunum plebis 10
fuisse aut aedilem esse, quod patrem eius, quem triumuirum
agrarium occisum a Boiis circa Mutinam esse opinio per
nouem annos fuerat, uiuere atque in hostium potestate esse
satis constabat.

Vndecimo anno Punici belli consulatum inierunt M. **22**
Marcellus quintum—ut numeretur consulatus quem uitio
creatus non gessit—et T. Quinctius Crispinus. Vtrisque 2
consulibus Italia decreta prouincia est et duo consulum
prioris anni exercitus—tertius Venusiae tum erat, cui Mar-
cellus praefuerat—ita ut ex tribus eligerent duo quos uellent,
tertius ei traderetur cui Tarentum et Sallentini prouincia
euenisset. Ceterae prouinciae ita diuisae: praetoribus, 3
P. Licinio Varo urbana, P. Licinio Crasso pontifici maximo

9 in singulos $\pi^x R^x N\theta$*ald.*: sin singulos *PR* (*i.e.* annos in s.): singulos *Frob.*2 *et Luchs* 1889 *uestigiis Riemanni insistens, uix recte nam in c.* 6. 19; 29. 38. 8; 30. 26. 11 *non eadem est formula* instaurati $M^2 A^7$ *ut uid.* N^4(-auiati *N*)θ*ald.Frob.*1.2: inestaurati Π*N* L. (Cornelius) A^7 *uel* $A^8\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* Caudinus *Frob.*2: gaudinus Π*N*: claudius θ*ald.* et Q. Caecilius Metellus $A^7 N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* 10 a (*uel* ab) Boiis $CA^7\theta$: a bolis πN: a bohiis N^3 nouem *C*, *cf.* 21. 25. 3: nexem π (*sed in M littera* -x- *magnis litteris scribitur*, *cf.* 23. 19. 17 *adn.*): decem $AN\theta$*ald.Frob.*1.2 *Mutationes aliquae a barbaro quodam factae sequuntur in N, quas omnes Luchs falso ad Spirensianam originem attribuit*

22 1 T. $A^7 N^3\theta$*ald.*, *cf. c.* 21. 5: *om.* Π*N* 2 Vtrisque consulibus Π*N.ald*, *cf. e.g.* 29. 37. 17: utrique consulum *Sp?*θ*Frob.*2
3 Varo . . . Licinio $A^7 N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*, *linea xviii litt. post* Licinio *deperdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*

peregrina et quo senatus censuisset, Sex. Iulio Caesari
4 Sicilia, Q. Claudio [Flamini] Tarentum. Prorogatum imperium in annum est Q. Fuluio Flacco ut prouinciam Capuam quae T. Quincti praetoris fuerat cum una legione obtineret. Prorogatum et C. Hostilio Tubulo est ut pro praetore in Etruriam ad duas legiones succederet C.
5 Calpurnio. Prorogatum et L. Veturio Philoni est ut pro praetore Galliam eandem prouinciam cum iisdem duabus
6 legionibus obtineret quibus praetor obtinuisset. Quod in L. Veturio, idem in C. Aurunculeio decretum ab senatu, latumque de prorogando imperio ad populum est qui praetor Sardiniam prouinciam cum duabus legionibus obtinuerat. Additae ei ad praesidium prouinciae quinqua-
7 ginta longae naues quas P. Scipio ex Hispania misisset. Et P. Scipioni et M. Silano suae Hispaniae suique exercitus in annum decreti. Scipio ex octoginta nauibus quas aut secum ex Italia adductas aut captas Carthagine habebat
8 quinquaginta in Sardiniam tramittere iussus, quia fama erat magnum naualem apparatum eo anno Carthagine esse:

3 Flamini (*uel* fl.) *πFrob.2, cf. c.* 21. 5 *adn.* : flaminio $M^2AN\theta$*ald.* : *seclusit Johnson* (*monente B. L. Hallward*); *neque enim si hic flamen Dialis fuisset, factus esset praetor cum imperio, et siue unum ex flam. maioribus hunc fuisse credas seu cognomen Flaminis* (*non alibi repertum*) *huic indas, patricium fuisse coniciendum est, neque eundem atque tribunum illum qui in* 21. 63. 3 *nominatur. Fort. in marg. archetypi addiderat aliquis* Flaminini *ut uoces* (§ 4) t. quinti praetoris (*v lineis infra in P scriptas*) *cognomine illo inlustri explicaret, alium quam T. Quinctium consulem hic nominari perperam ratus, idque ex marg. perperam huc recepit P* 4 imperium in annum *ΠN.ald.Frob.*1.2 : in annum imperium *θ*, *fort. recte, cf. Luchs Proleg. p. cx* quae T. *PCSp Frob.*2 : qua et *RMBDAN* : qua M^2 : qua et T. A^7 : qua T. *θ* : in qua et T. *ald.* Quincti (*sed* quinti) *πSp?* : quintus *BD* : quintius (*uel* quinct-) *ANθald.* pro praetore] *u. c.* 21. 6 *adn.* succederet $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : sc. (*uel* sc) cederet πB^2N (*om.* in Etr. . . . pro praetore § 5 *B*) 5 Prorogatum $CM^2B^2A^7N^3\theta$: praerogatum *πN*, *cf. c.* 13. 2 *adn.* eandem N^3 *uel* $N^5\theta$*ald.* : tandem *ΠN* 6 Additae ei $A^7\theta$*ald.Frob.*1.2 : additum et *Π*(*A?*) *N* : addita N^4 *ut s. l.* et *delens* (*quod non uidit Luchs*) quinquaginta longae N^4 *ut s. l. θald.Frob.*1.2 : quinquagintae *P*, *cf. c.* 1. 11 *adn.* : quinquaginta Π^2N 7 tramittere Π^2 *uel* $\Pi^1N\theta$, *cf. c.* 5. 9 *adn.* : transmittere *P*

ducentis nauibus omnem oram Italiae Siciliae Sardiniaeque impleturos. Et in Sicilia ita diuisa res est: Sex. Caesari 9
exercitus Cannensis datus est: M. Valerius Laeuinus—ei quoque enim prorogatum imperium est—classem quae ad Siciliam erat nauium septuaginta obtineret; adderet eo triginta naues quae ad Tarentum priore anno fuerant; cum ea centum nauium classe si uideretur ei praedatum in Africam traiceret. Et P. Sulpicio ut eadem classe Mace- 10
doniam Graeciamque prouinciam haberet prorogatum in annum imperium est. De duabus quae ad urbem Romam fuerant legionibus nihil mutatum. Supplementum quo 11
opus esset ut scriberent consulibus permissum. Vna et uiginti legionibus eo anno defensum imperium Romanum est. Et P. Licinio Varo praetori urbano negotium datum 12
ut naues longas triginta ueteres reficeret quae Ostiae erant et uiginti nouas naues sociis naualibus compleret, ut quinquaginta nauium classe oram maris uicinam urbi Romanae tueri posset. C. Calpurnius uetitus ab Arretio mouere 13
exercitum nisi cum successor uenisset; idem et Tubulo imperatum ut inde praecipue caueret ne qua noua consilia orerentur.

Praetores in prouincias profecti: consules religio tenebat **23**
quod prodigiis aliquot nuntiatis non facile litabant. Et ex 2

8 Siciliae Sardiniaeque π*N.ald.* (Sic.-que ac S. *Sp?θFrob.*2)
9 Sicilia $\pi^x N\theta$: siciliae *P* ita Π*N.ald.Frob.*1.2: *om.* θ diuisa πN: diuersa *D*: diuise N^x(*fort.* N^4)θ est (*post* res) Π *N.ald.Frob.*1.2: *om. Sp?*$N^2\theta$, *fort. recte* 11 ut $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* consulibus $N^4\theta$: consules Π*N* 12 urbano θ: urbem π, *cf. e.g. cc.* 4. 4; 33. 8; 26. 3. 9 (25. 1. 11 *adn.*): urbis M^2B *DAN*: urbe C^x compleret θ*Frob.*2: impleret (*uel* inp-) Π*N.ald.* maris A^7 *uel* A^v?$N^4\theta$: magis Π*N* 13 idem $\pi N\theta$ *Edd.*: *om. B*: eidem *J. Perizonius, sensum perperam interpretatus* caueret M^2N^4 *ut s. l.* θ: caperet Π*N* orerentur *Luchs* 1879 *p. lxxviii*: orirentur N^4 *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2 (*sed de forma Liuiana cf.* 1. 31. 5 *adn.* (*et Neue-Wagener* III *p.* 254) *et* 28. 46. 12; 29. 6. 11; 29. 12. 5): caperentur Π*N*, *quod ex correctura aliqua uocis* caperet *sine dubio ortum est, cf. e.g.* 4. 7. 11 *adn.*

23 1 quod prodigiis . . . litabant] *om. N*: *supplet* N^3 *in marg.*
2 Et ex Π*N*: ex θ*ald Frob.*1.2

Campania nuntiata erant Capuae duas aedes, Fortunae et Martis, et sepulcra aliquot de caelo tacta, Cumis—adeo minimis etiam rebus praua religio inserit deos—mures in aede Iouis aurum rosisse, Casini examen apium ingens in
3 foro consedisse; et Ostiae murum portamque de caelo tactam, Caere uolturium uolasse in aedem Iouis, Volsiniis
4 sanguine lacum manasse. Horum prodigiorum causa diem unum supplicatio fuit. Per dies aliquot hostiae maiores sine litatione caesae diuque non impetrata pax deum. In capita consulum re publica incolumi exitiabilis prodigiorum euentus uertit.

5 Ludi Apollinares Q. Fuluio Ap. Claudio consulibus a P. Cornelio Sulla praetore urbano primum facti erant; inde omnes deinceps praetores urbani fecerant; sed in unum
6 annum uouebant dieque incerta faciebant. Eo anno pestilentia grauis incidit in urbem agrosque, quae tamen magis in
7 longos morbos quam in permitiales euasit. Eius pestilentiae

2 Cumis *Lipsius*: cum iis *PCR.ald.Frob.*1.2: cum his C^2R^2*MBD* N^6*K*: cum *AN* (*mox* inerat *pro* inserit *intrudit* N^6, *ibi interpungens ut* deos mures *coniungantur*) praua $A^7\theta$*ald.Frob.*1.2: parua Π*N* Casini ΠN^3*J et* (*sed* -ss-) *ald.Frob.*1.2: Casilini *K quod uoluit Pichon, recte si* Campania *supra seuere interpreteris* (*om. N* Casini . . . consedisse: *supplet* N^3) 3 Ostiae (*sed* -ie) *K*: hostiae (*uel* -ie) C^2A^7*ald.Frob.*1.2: hostiam *N*(*ut puto*)*J*: ostis π, *sed cf. cc.* 11. 2; 22. 12; 26. 19. 11 *adn.*: ostiis M^2: hostis CDN^x: osti *A* uolturium (*sed* uul-) Π(*A?*)*N.ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 11. 4: uulturem A^7 *uel* A^8N^4(*uix* N^2) θ uolasse Π$N^1\theta$: uocasse *N*: inuolasse *Madv., non necess.* Volsiniis *cf. It. Dial.* I *p.* 390: uulsinis (-us *N*) ΠN^1: uul-(uol- *K*) sciniis θ 5 Claudio consulibus a P. *Vat.ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* θ, *linea haud minus xvii litt. post* Ap. *deperdita, cf.* 26. 51. 8 *adn.* uouebant *P*: uolebant *N*: uomebant (!) N^6 incerta θ *Frob.*2, *cf. c.* 16. 16 *adn.*: incerto Π*N.ald.* 6 in urbem M^1 *uel* $M^2A^7N^2\theta$*ald.*: in urbe (-bę *B*) Π*N*, *cf.* 26. 41. 12 *adn.*: per urbem *Sp Frob.*2, *fort. recte* longos morbos *Sp ut uid.* θ*Frob.*2: morbos longos Π*N.ald.*, *cf.* 28. 2. 15 *adn.* in permitiales *Sp*, *cf. Munro ad Lucr.* 1. 451: in permitiabilis *PRM*: in (im- *D*) perniciabilis (-es A^7) *CBDA*, *fort. recte, cf. Tac. Ann.* 4. 34: in (im- N^6) pernici-(*uel* -ti-)ales $N^6\theta$*ald. et in Frob.*2 *retentum* (impernicialibus *N*): interniciales *Rhen. Harum uocum cum nulla alibi apud Liuium reperta sit, uox illa antiquior* permitiales *aptior huic loco nobis uidetur esse, nec non codd. testimonio probari*

causa et supplicatum per compita tota urbe est et P. Licinius Varus praetor urbanus legem ferre ad populum iussus ut ii ludi in perpetuum in statam diem uouerentur. Ipse primus ita uouit, fecitque ante diem tertium nonas Quinctiles. Is dies deinde sollemnis seruatus.

De Arretinis et fama in dies grauior et cura crescere **24**
patribus. Itaque C. Hostilio scriptum est ne differret obsides ab Arretinis accipere, et cui traderet Romam deducendos C. Terentius Varro cum imperio missus. Qui ut 2
uenit, extemplo Hostilius legionem unam quae ante urbem castra habebat signa in urbem ferre iussit praesidiaque locis idoneis disposuit; tum in forum citatis senatoribus obsides imperauit. Cum senatus biduum ad considerandum [tem- 3
pus] peteret, aut ipsos extemplo dare aut se postero die senatorum omnes liberos sumpturum edixit. Inde portas custodire iussi tribuni militum praefectique socium et centuriones ne quis nocte urbe exiret. Id segnius negle- 4
gentiusque factum; septem principes senatus priusquam custodiae in portis locarentur ante noctem cum liberis euaserunt. Postero die luce prima cum senatus in forum 5
citari coeptus esset desiderati, bonaque eorum uenierunt: a

7 ut ii *Vat Med.* 2: uti Π*N*: ut hi (*uel* hii) A^7N^6*θald.Frob.*1.2 statam πA^7 *uel* A^1*Frob.*2, *cf. c.* 16. 16 *adn.*: statutam *ANθ*: statum *ald.* ante diem Π*Nθald.*: ad (*i.e.* ad iii nonas) *Rhen.*(*ex Sp?*)*Frob.*2 nonas Π*NSp ut uid. θ Edd.*: idus *Merkel*, *cf.* 37. 4. 4 *et C.I.L.* I^1. 396 Quinctiles] -nt- *P*, *sed* -nct- *scribimus*, *ut in* 8. 20. 3; 9. 46. 15 (*in* 5. 32. 1 *et* 6. 1. 12 -nt- *casu retentum erat*)

24 1 et cui Π*N.ald.*: cui *Sp?θFrob.*2 2 Qui A^xN^4*θald.*: cum qui π*N*: cum *B* quae πN^2 *uel* N^4 *et* N^6: que *AN*: qua *θ* forum *Duker*: foro Π*Nθald.*, *fort. recte*, *sed ex* forom *facile corruptum* (*cf.* 26. 41. 12 *adn.*) 3 tempus] *hic* Π*N.ald.*: *post* peteret *θ Frob.*2: *recte delendum censuit Duker* (*qui ut s. l.* bidui *pro* biduum *coniecit*). *De ordine uariato glossema indicante cf. c.* 34. 3 *adn.*, *sed ut minus obscurum sit cur quis* tempus *inseruerit*, *conicit* bidui ⟨spatiu⟩m ad c. *fort. legendum esse Johnson* iussi tribuni *Gron.*, *optime*: iussit tribuni πN^1 *uel* N^5 (*cf.* 26. 51. 4): iussit tribunis M^2*BDAN ald.* (*cf. c.* 16. 8): iussit tribunos *Sp?*A^v*?θFrob.*2 praefectique πN^1 *uel* N^5 (-tisque M^2*BDAN.ald.*: -tosque *Sp?*A^v*?θFrob.*2) centuriones πA^v*?θSp?Frob.*2: centurionib. M^2*BDAN* 5 bonaque *C*A^7N^1 *uel* N^5*θald.*: binaque *P*: binamque (*sed plerique* -rat ibi namque) *RMBDA?N* a A^7N^1 *uel* N^5*θald.*: *om.* Π*N*

ceteris senatoribus centum uiginti obsides liberi ipsorum
6 accepti traditique C. Terentio Romam deducendi. Is omnia suspectiora quam ante fuerant in senatu fecit. Itaque tamquam imminente Etrusco tumultu, legionem unam, alteram ex urbanis, Arretium ducere iussus ipse C. Terentius
7 eamque habere in praesidio urbis: C. Hostilium cum cetero exercitu placet totam prouinciam peragrare et cauere
8 ne qua occasio nouare cupientibus res daretur. C. Terentius ut Arretium cum legione uenit, claues portarum cum magistratus poposcisset, negantibus iis comparere fraude amotas magis ratus quam neglegentia intercidisse ipse alias claues omnibus portis imposuit cauitque cum cura ut omnia in
9 potestate sua essent; Hostilium intentius monuit, ut in eo spem non moturos quicquam Etruscos poneret, si ne quid moueri posset praecauisset.

25 De Tarentinis inde magna contentione in senatu actum coram Fabio, defendente ipso quos ceperat armis, aliis infensis et plerisque aequantibus eos Campanorum noxae
2 poenaeque. Senatus consultum in sententiam M'. Acilii factum est ut oppidum praesidio custodiretur Tarentinique omnes intra moenia continerentur, res integra postea

5 liberi M^2 *uel* M^1N^x *per ras. θald.*: liber *P*: liberis Π^2N accepti A^x*θald.*: acceptis Π*N*, *cf.* 26. 40. 14 *adn.* 6 unam Π*N*: *om. θald.Frob.*1.2 eamque Π*N*: eosque *θ*: eos N^1 *uel* N^5 (*fort.* N^4) 7 placet Π*N*: placuit $A^v?N^1$ *uel* N^5(*an* N^4*?*)*θ*, *cf. c.* 5. 9 *adn.* 8 comparere $C^2MA^v?N$*θald.Frob.*1.2: comparare Π fraude N^1A^7*θald.Frob.*1.2: a fraude Π*N* magis ratus A^vK *ald. Frob.*1.2: magistratus Π*NJ?* cum cura Π*N.ald.*: *om. Spθ Frob.*2 sua πN^4*θald.*: *om. AN* 9 moucri posset Π*N*: mouere possent A^7 *uel* $A^v?$*θald.Frob.*1.2 (*silet* N^4) praecauisset A^7N^4 *θald.Frob.*1.2: cauisset Π*N*

25 1 ipso Π*N*: ipsos A^7 *ut uid. θ*, *cf. c.* 3. 2 *adn.* infensis Π(*A?*)*N Edd.*: inuisis A^7 *uel* A^8 *in ras. θ* noxae $M^2DA^7θ$ *Edd.*: nosse (*ut uid. sed cf. c.* 18. 17 laxata) N^4: mosae πN^1: mosce *N*: more *C* 2 senatus consultum] ·s̄ c̄· PM^4 *in ras.*: sc. *C*: s͡c *RBAN*: st^s (*i.e.* sunt) *D*: *om.* $A^7θ$: *fort.* in sociis *M*, *cf.* § 3 M'. *Sigonius*, *cf. c.* 4. 10: m. PRN^4 *per ras. K*: m̄ *MBDAN*: marcelli *J*: *om. C* est ut *BDAN*: esse ut π: est N^1 (*uix* N^4 *nisi rescriptus est*): s. c.^{tum} *K*: *om. J*

referretur cum tranquillior status Italiae esset. Et de M. 3
Liuio praefecto arcis Tarentinae haud minore certamine
actum est, aliis senatus consulto notantibus praefectum quod
eius socordia Tarentum proditum hosti esset, aliis praemia 4
decernentibus quod per quinquennium arcem tutatus esset
maximeque unius eius opera receptum Tarentum foret,
mediis ad censores non ad senatum notionem de eo pertinere 5
dicentibus, cuius sententiae et Fabius fuit. Adiecit tamen,
fateri se opera Liui Tarentum receptum quod amici eius
uolgo in senatu iactassent; neque enim recipiundum fuisse
nisi amissum foret.

Consulum alter T. Quinctius Crispinus ad exercitum 6
quem Q. Fuluius Flaccus habuerat cum supplemento in
Lucanos est profectus. Marcellum aliae atque aliae obiectae 7
animo religiones tenebant, in quibus quod cum bello Gallico
ad Clastidium aedem Honori et Virtuti uouisset dedicatio
eius a pontificibus impediebatur, quod negabant unam 8
cellam amplius quam uni deo recte dedicari, quia si de caelo
tacta aut prodigii aliquid in ea factum esset difficilis procura-
tio foret, quod utri deo res diuina fieret sciri non posset; 9
neque enim duobus nisi certis deis rite una hostia fieri. Ita
addita Virtutis aedes adproperato opere; neque tamen ab

2 tranquillior CR^1MBDAN^1(tnq- *N*)θ : tranquilliore *PR* (*sed in P*-e *satis pallida*) 3 senatus consulto] s̄ c̄ *P* : s̅c̅ *RM* : sc· *CA*(*?*) : .s c̄. *BDN* : sociis SpA^7N^6J (*unde coni.* ocii *Rhen.*) : *om.* *K* : sententiis A^v*ald. nec in Frob.*2 *mutatum. Cf.* § 2 *et* 26. 32. 8 *adn.* 4 quod $B^2A^9N^6$θ*ald.* : quo π*N* : *om.* *B* (aliis . . . esset *hic omissis*) maximeque π*N.ald.* : maxime θ : maximaeque BD^x (*nam in D littera* -e- *persaepe in* -ę- *a* D^x *mutatum est*; *de hac re alibi silemus*) 5 fuisse Π*NK* : fuisset N^5(*uix* N^4)*J* 6 Consulum Π*N ald.Frob.*1.2 : consul θ T. A^7θ*Frob.*2 : i π : *om.* CM^4B^xDAN *ald.* (*cf. c.* 22. 1 *adn.*) 7 uouisset CR^2MBDA^7 *uel* A^8N^x(N^4?)θ : uobiss *P*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) : uobisset P^2 : uobis sed *R* : nouisset *A?N* 8 amplius quam uni deo SpA^7N^4 *ut s. l.* θ*Frob.*2 (*quod augustiorem pontificum sermonem melius repraesentat quam quod quis interpolet*) : duobus Π*N.ald.* (*sc. post lineam omissam ex* § 9 *tractum*) : duobus diis *Weissenb. ex Val. Max.* 1. 1. 8 9 diuina *RMBDAN* θ : diuinae P^2(-ai *P*)*C* sciri C^2 *uel* $C^3M^2B^xA^8$?θ*ald.* : scire Π*N*, *cf. c.* 4. 13 *adn.* posset πA^xθ*ald.* : possent *A* : possit *CJ*

10 ipso aedes eae dedicatae sunt. Tum demum ad exercitum
quem priore anno Venusiae reliquerat cum supplemento
proficiscitur.
11 Locros in Bruttiis Crispinus oppugnare conatus quia
magnam famam attulisse Fabio Tarentum rebatur, omne
genus tormentorum machinarumque ex Sicilia arcessierat;
et naues indidem accitae erant quae uergentem ad mare
12 partem urbis oppugnarent. Ea omissa oppugnatio est quia
Lacinium Hannibal admouerat copias, et collegam eduxisse
iam a Venusia exercitum fama erat, cui coniungi uolebat.
13 Itaque in Apuliam ex Bruttiis reditum, et inter Venusiam
Bantiamque minus trium milium passuum interuallo con-
14 sules binis castris consederant. In eandem regionem et
Hannibal rediit auerso ab Locris bello. Ibi consules ambo
ingenio feroces prope cottidie in aciem exire haud dubia spe,
si duobus exercitibus consularibus iunctis commisisset sese
hostis, debellari posse.

26 Hannibal, quia cum Marcello bis priore anno congressus uicerat uictusque erat, ut cum eodem si dimicandum foret nec spem nec metum ex uano haberet, ita duobus consuli-

11 rebatur *PCR*: ferebatur $R^1MBDAN\theta$*ald.Frob.*1.2, *non male*: exceptum uidebatur *Wachendorf*: re⟨-ceptum uide-⟩batur *Castiglioni. Nos nihil mutandum censemus* 12 Lacinium ΠN, *cf.* 28. 46. 16: laginium (*uel* -num) $N^6?\theta$ (-gyn- *K*) a Venusia θ*ald.Frob.*1.2: ad uenusia *PCR*: ad uenusiam R^1MBDAN. *De* ab *et* ad *confusis cf.* 24. 37. 1; 26. 40. 4; 28. 7. 3; 30. 42. 2 13 consederant πM^5N *ald.Frob.*1.2: considerant R^1MBD: consederunt $A^6?\theta$, *cf. c.* 6. 2 14 rediit πB^1(-dd- *B*)*N*: redit θ, *cf. c.* 5. 9 in aciem exire *Lov.* 3 *et* 4, *Gron.*: in acie heare *P* (-hea- *ex* -mex- *corrupto*; *de* -x- *et* -a- *cf. c.* 49. 2 *et* 26. 37. 3): milites in aciem excire (*uel* exciere, *sed* exire N^4) $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 (*uox* milites *addita erat ut uid. in Sp ut sensum haberet corrupta uox* excire): in acte (in hac re C^2) heare *CRMBD*: in acie ea re M^1 *uel* M^2: *in A erasum*: iacte ea re *N*: in acie ex re N^1: in acie stare *Weissenb.* iunctis ΠN *ald.Frob.*1.2: coniunctis θ

26 1 quia ΠN.*ald.Frob.*1.2: qui θ uano ΠN.*ald.Frob.*1.2: uno $A^7\theta$ haberet $\Pi N\ni$ *Edd.*: habebat *Gron.*, *dubitanter. Ipse de uoce* haberet *dubito donec aliud exemplum inueniam ubi ex duabus clausulis cum* ut . . . ita *incipientibus altera habeat huiusmodi Subiunctiuum, altera Indicatiuum*; *interea* habere *legendum esse conicio ut tota clausula Hannibalis sententiam exponat* (*sed cf. fort. etiam c.* 33. 10 *adn.*). *Defendit* haberet *Johnson, uoces Hann.* 'si dimicandum sit . . . habeam' *in clausula cum obliquo colore subiuncta hic repraesentari ratus* (*pro* se habiturum credebat)

bus haudquaquam sese parem futurum censebat; itaque 2
totus in suas artes uersus insidiis locum quaerebat. Leuia 3
tamen proelia inter bina castra uario euentu fiebant. Quibus
cum extrahi aestatem posse consules crederent, nihilo minus
oppugnari Locros posse rati L. Cincio ut ex Sicilia Locros
cum classe traiceret scribunt; et ut ab terra quoque oppug- 4
nari moenia possent, ab Tarento partem exercitus qui in
praesidio erat duci eo iusserunt. Ea ita futura per quosdam 5
Thurinos comperta Hannibali cum essent, mittit ad insiden-
dam ab Tarento uiam. Ibi sub tumulo Peteliae tria milia
equitum, duo peditum in occulto locata; in quae inexplorato 6
euntes Romani cum incidissent, ad duo milia armatorum
caesa, mille et quingenti ferme uiui capti, alii dissipati fuga
per agros saltusque Tarentum rediere.

Tumulus erat siluestris inter Punica et Romana castra ab 7
neutris primo occupatus, quia Romani qualis pars eius quae
uergeret ad hostium castra esset ignorabant, Hannibal in-
sidiis quam castris aptiorem eum crediderat. Itaque nocte 8
ad id missas aliquot Numidarum turmas medio in saltu con-
diderat, quorum interdiu nemo ab statione mouebatur ne
aut arma aut ipsi procul conspicerentur. Fremebant uolgo 9
in castris Romanis occupandum eum tumulum esse et

1 censebat A^7N^4 *ut s. l.* θ, *cf.* 28. 37. 5: credebat Π*N.ald.Frob.*1.2, *quos hic sequi malit Johnson* 3 oppugnari Π*N.ald.Frob.*1.2: oppugnare A^7θ, *cf. c.* 4. 13 *adn.* 4 et ut Π*N.ald.Frob.*1.2: ut θ ab (Tarento) θ (*cf.* § 5 *ubi* ab T. *P*): a Π*N* partem Π*N.ald.*: eam (ea *J*) partem A^7(*qui mox ipse* eam *del.*)θ qui *Sigonius e* '*uet. lib.*': quae Π*N*θ*ald.Frob.*1.2: qui ibi *Weissenb.* 5 Peteliae A^v, *cf. It. Dial. p.* 6: petellae (*uel* -lle) Π*N*: petil- (-tyl- θ) A^7θ tria milia (*uel* ∞ ∞ ∞) equitum duo peditum (*sed om.* tria milia *MB*) π: equitum duo peditum tria milia (*uel* -ll-) M^5*AN*(*sed add. N* m. *etiam post* milia)*ald.Frob.*1.2 (tria milia p. duo milia eq. θ) 6 quae (*uel* que) π*N*: q; *B*: quam θ ad duo milia (*uel* ad ∞ ∞) PCA^7N^4θ: ad *RMBD*: ∞ (?) *A*: *om. N* ∞ et d. *P C*: et *RMBDA?N*: mille et cc A^7(*plene*)*ald.Frob.*1.2: m·cc· N^4 *ut s. l. pro* et (*non* m. et cc. *uoluit*) dissipati $C^xR^xMB^2$(-isi- *B*)*DAN*θ (-sup- *PCR sed u. c.* 14. 7 *adn.*) 7 ab ΠN^4*K*: a *ANJ*, *sed cf. c.* 15. 14 *adn.* ad Π*N.ald.*: in θ*Frob.*2 9 Fremebant Π*N. ald.*: publice fremebant θ: p. r. fremembant N^2 *uel* N^5 tumulum πA^7N^2 *uel* N^5θ*ald.Frob.*1.2: locum *AN*, *cf.* 28. 12. 13 *adn.*

castello firmandum ne, si occupatus ab Hannibale foret, uelut
10 in ceruicibus haberet hostem. Mouit ea res Marcellum, et collegae 'Quin imus' inquit 'ipsi cum equitibus paucis exploratum? Subiecta res oculis certius dabit consilium.'
11 Adsentienti Crispino, cum equitibus ducentis uiginti, ex quibus quadraginta Fregellani, ceteri Etrusci erant, proficis-
12 cuntur; secuti tribuni militum M. Marcellus consulis filius et A. Manlius, simul et duo praefecti socium L. Arrenius et
13 M'. Aulius. Immolasse eo die quidam prodidere memoriae consulem Marcellum et prima hostia caesa iocur sine capite
14 inuentum, in secunda omnia comparuisse quae adsolent, auctum etiam uisum in capite; nec id sane haruspici placuisse quod secundum trunca et turpia exta nimis laeta
27 apparuissent. Ceterum consulem Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi cum Hannibale ut numquam satis
2 castra castris conlata diceret; tum quoque uallo egrediens signum dedit ut ad locum miles esset paratus, ut si collis in quem speculatum irent placuisset, uasa conligerent et sequerentur.

9 ne si *C*M^1 *uel* M^2*BDANθ* : nisi *PRM* 10 *post* oculis *add.* nostris Π*N.ald.* : *om.* *θSpFrob.*2 (*multo melius*). *De glossematibus in P insertis et deprauationibus ibi consulto factis cf. e.g.* 28. 17. 8; 29. 16. 7; 29. 17. 6; 29. 35. 7; 30. 21. 9 *al.* 11 Adsentienti *Luchs ex Sp?θFrob.*2 (*qui* ass- *uel* adsentiente); *cf. de* -ti *Neue-Wagener* II *pp.* 89 *sqq. et praecipue pp.* 100 *sq. cuius testimoniis credimus obtemperandum esse* (*cf. contra* 6. 21. 1) : consentienti Π*N.ald.* 12 tribuni militum] *hic Alschefski* : *post* Manlius *θald.Frob.*1.2 : *post* simul A^7 : tr̄. mil. *ante* consulis Π*N* M. Marcellus *ald.Frob.*1.2 : m̄. marcellum π, *cf. c.* 40. 7 *adn.* : marcellum *A* : m. marcellum c. fabius A^7*θ* A. (Manlius) *PCR.ald.Frob.*1.2 : *om.* R^x*MBDANθ* simul $Π^2$*N.ald.Frob.*1.2 : simus *P* : *om.* *θ* M'. *Gron. ex c.* 27. 8 : m̄ Π*NK* : marcus *J* Aulius *C*R^1*MBDANθ* : aullius *PR* 13 prodidere memoriae (-am *M* : -a M^2) Π*N.ald.* : memoriae prodidere *θFrob.*2 iocur *P* : iecur $π^2R^2$: ieocur *R* (*de dittogr. cf. e.g.* 26. 1. 4 *et* 27. 34. 5 *adnn.*) 14 nec id Π*N* : ne id *θ*

27 1 cupiditas Π*Nθald.Frob.*1.2 : cupido *θ* diceret *Sp*A^7*θ Frob.*2 : crederet Π*N.ald.* 2 ut (ad) Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* *θ* ut (si) πB^2*N.ald.* : et *B* : *om.* *SpθFrob.*2 et π*N* : ac *C* : ac *θald.Frob.*1.2, *fort. recte*

Exiguum campi ante castra erat; inde in collem aperta 3
undique et conspecta ferebat uia. Numidis speculator
nequaquam in spem tantae rei positus sed si quos uagos pa-
buli aut lignorum causa longius a castris progressos possent
excipere, signum dat ut pariter ab suis quisque latebris
exorerentur. Non ante apparuere quibus obuiis ab iugo 4
ipso consurgendum erat quam circumiere qui ab tergo
intercluderent uiam; tum undique omnes exorti, et clamore
sublato impetum fecere. Cum in ea ualle consules essent ut 5
neque euadere possent in iugum occupatum ab hoste nec
receptum ab tergo circumuenti haberent, extrahi tamen
diutius certamen potuisset ni coepta ab Etruscis fuga pauo-
rem ceteris iniecisset. Non tamen omisere pugnam deserti 6
ab Etruscis Fregellani donec integri consules hortando
ipsique ex parte pugnando rem sustinebant; sed postquam 7
uolneratos ambo consules, Marcellum etiam transfixum
lancea prolabentem ex equo moribundum uidere, tum et ipsi
—perpauci autem supererant—cum Crispino consule duo-
bus iaculis icto et Marcello adulescente saucio et ipso effu-
gerunt. Interfectus A. Manlius tribunus militum, et ex 8
duobus praefectis socium M'. Aulius occisus, ⟨L.⟩ Arrenius

3 ante (ant|e P) π(*sed pro* campi ante *scribunt* capiant e PRM)*Sp ut uid.* θ*Frob.*2 : ante ea *BDAN.ald.* collem A^7N^4 *ut s. l.* θ : collis ΠN (-es B^2), *cf. c.* 17. 1 *adn.* possent SpN^2 *uel* $N^4\theta$*Frob.* 2 : posset Π*N.ald.* ab (*uel* a) suis quisque latebris A^7N^4 *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2 : ab utrisque lateribus ΠN exorerentur *PCR* (-rir- $C^2R^1MBDAN\theta$), *cf. c.* 22. 13 *adn.* 4 circumiere $A^7\theta$*ald. Frob.*1.2 : circumire ΠN (*cf. c.* 15. 13 *adn.*) intercluderent SpA^7 N^4 *ut s. l.* θ*Frob.*2 : includerent Π*N.ald.* et (clamore) $\Pi N\theta$*ald. Frob.*1.2: *delere uoluit Madv. Em. pp.* 261 *sqq. qui usum hunc certe rarissimum esse ostendit*; *at praebent* et *codd. non solum in* 25. 39. 2 (*ubi longior est clausula*) *sed et in* 24. 12. 5; 32. 14. 2 5 euadere possent Π*N.ald.* : euaderent $Sp\theta$*Frob* 2 6 donec Π*N.ald.Frob.* 1.2 : equites, donec A^7N^4 *ut s. l.* θ, *uix recte* (*gloss. ex c.* 26. 11) 7 supererant *BANJ.ald.Frob.*1.2 : superaret (-nt M) *PRM* : superant *D*: superfuerant *K*: superati *C* (*qui* per paucitatem *pro* perpauci autem *praebet*) 8 Interfectus *Sp?*$A^7\theta$*Frob.*2 : interfecti Π*N.ald.* M'. (*sed* manius) ΠN, *cf. c.* 26. 12 : m. *uel* marcus $A^v\theta$ Aulius $A^7?\theta$ (*ut C etc. in c.* 26. 12) : auxilius (-isius *?P*) Π^2 *uel* $\Pi^1 N$ L. *Frob.*1 *ex c.* 26. 12 (*ubi* l. *praebet et P*) : *om.* $\Pi N\theta$*ald.*

captus; et lictores consulum quinque uiui in hostium potesta-
tem uenerunt, ceteri aut interfecti aut cum consule effuge-
9 runt; equitum tres et quadraginta aut in proelio aut in fuga
10 ceciderunt, duodeuiginti uiui capti. Tumultuatum et in
castris fuerat, ut consulibus irent subsidio, cum consulem et
filium alterius consulis saucios exiguasque infelicis expedi-
11 tionis reliquias ad castra uenientes cernunt. Mors Mar-
celli cum alioqui miserabilis fuit, tum quod nec pro aetate
—iam enim maior sexaginta annis erat—neque pro ueteris
prudentia ducis tam improuide se collegamque et prope
totam rem publicam in praeceps dederat.

12 Multos circa unam rem ambitus fecerim si quae de Mar-
13 celli morte uariant auctores, omnia exsequi uelim. Vt
omittam alios, Coelius triplicem gestae rei † ordinem edit,
unam traditam fama, alteram scriptam in laudatione filii, qui
rei gestae interfuerit, tertiam quam ipse pro inquisita ac sibi
14 comperta affert. Ceterum ita fama uariat ut tamen plerique
loci speculandi causa castris egressum, omnes insidiis cir-
cumuentum tradant.

9 equitum Π*N.ald.* : equites *Sp?*A^7N^2 *uel* N^4 *ut s. l. JFrob.*2 (*om.* ceteri . . . capti *K*) duodeuiginti Π*N* : decem et octo N^4 *ut s. l., cf.* 26. 49. 3 *adn.* 10 et in *Sp*N^4*θFrob.*2 : in Π*N.ald.* (*add.* et *ante* Tum. *ald.*), *cf. fort. c.* 4. 12, *sed per* et *Liuius ardorem in castris ut partem tragici euentus iuxta uirtutem eorum qui pugnauerant depingit* 11 iam enim maior A^7*θ* : maior iam enim Π*N.ald.Frob.*1.2, *cf.* 28. 2. 15 *adn.* ueteris Π*N.ald.Frob.*1.2 : ueteri A^7N^4K : ueti[s] *J* se π(*A?*)*Sp?*A^8*? ut s. l. in marg.* N^4*θFrob.*2 : isset *BD*A^7*? in ras. ald.* : is se *Iac. Gron.* 12 rem A^x*θald.* : rem p̄. Π*N* (*ex* § 11) 13 Coelius *Lov.* 5 *et sic P recte in* 28. 46. 14 ; 29. 25. 3 : cloelius *PCR* : c. loe- (*uel* lae- *uel* -le) -lius *MBDAN* : lelius (L. *K*) celius *θ* ordinem Π*Nθald.Frob.*1.2 : seriem *J. Perizonius* (*idem uel* narrationem *Douiat*) : rationem *Weissenb.* : recordationem *Madv. dubitanter* : opinionem *Heraeus* : memoriam *Luchs* : ordine ⟨memoria⟩m *Castiglioni, uestigiis M. Muelleri insistens* : *alii alia* : *ipse* ⟨commemorationem⟩ ordine *dubitanter proposui, cf. e.g. Quint.* 5. 11. 6 *et de* -m *addito u.* 26. 40. 11 *adn.* *Post* triplicem *malit Johnson* ⟨commemorationem⟩ gestae rei ordine *lineam post* -em *omissam esse ratus et* ordinē *ad fin. lineae in archetypo stetisse, cf.* 26. 6. 16 *adn.* scriptam in N^1, *Madvigium confirmans* : scriptam (scribtā *P*) Π*Nθald.* (in *post* -m *perdito*) : scripta *SpFrob.*2 interfuerit *C*M^2*BD*A^1*NSpFrob.*2 : interuenerit *PR* : interruerit P^1R^2MA : interfuit *ald.* 14 tradant A^x(*fort.* A^9)*θald.Frob.*1.2 : tradunt Π*N* (*cf. de* -runt *et* -rant *c.* 6. 2 *adn.*)

Hannibal magnum terrorem hostibus morte consulis 28
unius, uolnere alterius iniectum esse ratus, ne cui deesset
occasioni castra in tumulum in quo pugnatum erat extemplo
transfert; ibi inuentum Marcelli corpus sepelit. Crispinus 2
et morte collegae et suo uolnere territus, silentio insequentis
noctis profectus, quos proximos nanctus est montes, in iis
loco alto et tuto undique castra posuit. Ibi duo duces 3
sagaciter moti sunt, alter ad inferendam, alter ad cauendam
fraudem. Anulis Marcelli simul cum corpore Hannibal 4
potitus erat. Eius signi errore ne qui dolus necteretur a
Poeno metuens Crispinus circa ciuitates proximas miserat
nuntios occisum collegam esse anulisque eius hostem poti-
tum: ne quibus litteris crederent nomine Marcelli composi-
tis. Paulo ante hic nuntius consulis Salapiam uenerat quam 5
litterae ab Hannibale allatae sunt Marcelli nomine compo-
sitae se nocte quae diem illum secutura esset Salapiam uen-
turum: parati milites essent qui in praesidio erant, si quo
opera eorum opus esset. Sensere Salapitani fraudem; et 6
ab ira non defectionis modo sed etiam equitum interfecto-
rum rati occasionem supplicii peti, remisso retro nuntio— 7
perfuga autem Romanus erat—ut sine arbitro milites quae

28 1 iniectum A^7N^4(*an* N^2?)θ : infectum Π*N* 2 nanctus Π*N*, *cf.* 22. 44. 4; 24. 31. 14; 24. 36. 1; 25. 30. 2; 28. 31. 3: nactus CB^2 $A\theta$ 3 alter ad cauendam $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *sc. linea xv litt. ob* ὁμ. *deperdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* 4 Anulis πA^7 *uel* A^8 *N*: anulo $A^5\theta$*ald.Frob.*1.2 : anulu (*uel* -ū) *A* ne qui *SpFrob.*2 : ne cui (nec ui *D*) Π*N.ald.* : ne quis A^7 *ut s. l.* θ : ne quid N^4 *ut s. l.* (doli *pro* dolus *praebens*) anulisque Π*N et* N^6? : anuloque A^5 $N^x\theta$*ald.Frob.* 1.2 5 quam N^4? *ut s. l.* (*fort. autem* qua *scripsit*) θ: cum Π*N.ald.Frob.*1.2 nomine *MAN*θ : nomine ex π, *cf. c.* 4. 12 *adn.* nocte $C^4M^2BDAN^4$(*ipse se corrigens*)*K* : necte *PRM* : note *CN* : noctem N^4(*primo*)*J* parati $C^4A^7N^4$ *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* si quo π*N et* N^4(*ipse se corrigens*) *Sp?Frob.*2 : si q *A* : si qua $C^4A^7N^4$(*primo*)θ*ald.*, *sed cf. e.g.* 26. 9. 9 6 non $C^4A^7N^4\theta$: *om.* Π*N* (*om. D* et ab ira non), *cf.* 2. 45. 4; 4. 58. 4; 29. 27. 14; 30. 23. 6 (*contra* non *additum* 22. 28. 1 *adn.*) 6–7 peti, remisso *PCRSp?Frob.*2 : petere misso R^1*MBDAN*θ*ald.* (*sed* retro re- *est e.g. in c.* 42. 16; 22. 26. 7; 23. 28. 4) 7 erat —ut A^7 *uel* $A^8N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*: erat C^4 arbitro CN^4 *K* (-trio π*NJ*) milites Π*N*θ*Edd.* : *delere uoluit Koch, uix necess.*

uellent agerent, oppidanos per muros urbisque opportuna
8 loca in stationibus disponunt; custodias uigiliasque in eam noctem intentius instruunt; circa portam qua uenturum hostem rebantur quod roboris in praesidio erat opponunt.
9 Hannibal quarta uigilia ferme ad urbem accessit. Primi agminis erant perfugae Romanorum et arma Romana habebant. Ii ubi ad portam est uentum Latine omnes loquentes excitant uigiles aperirique portam iubent: consulem adesse.
10 Vigiles uelut ad uocem eorum excitati tumultuari trepidare moliri portam. Cataracta [deiecta] clausa erat; eam partim uectibus leuant, partim funibus subducunt, in tantum alti-
11 tudinis ut subire recti possent. Vixdum satis patebat iter cum perfugae certatim ruunt per portam; et cum sescenti ferme intrassent, remisso fune quo suspensa erat cataracta
12 magno sonitu cecidit. Salapitani alii perfugas neglegenter ex itinere suspensa humeris, ut inter pacatos, gerentes arma inuadunt, alii e turribus portae murisque saxis sudibus pilis
13 absterrent hostem. Ita inde Hannibal suamet ipse fraude captus abiit, profectusque ad Locrorum soluendam obsidionem, qua ⟨cingebat urbem L.⟩ Cincius summa ui operibus tormentorumque omni genere ex Sicilia aduecto oppugnans.

8 intentius $C^xM^1BDA^7$ *in ras.* $N^4\theta$: intemptius (-ptis *A?N*)Π*N* rebantur C^xM^2 *uel* M^7A^8*?θald.* : quaerebantur (quer- *DAN*)π *N* (*sc.* -que *insiticio*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*a*)) : uae-(ue- N^4 *uel* N^2)rebantur P^1 *ut uid.* N^4 *uel* N^2 9 aperirique C^4 *uel* C^2M^2BDAN *ald.* : aperique PCR^1(apir- *R*)*M* : aperireque *θ* 10 deiecta Π*N* *AldusFrob.*1.2 : *om. θ Vat. Edd. ante Ald.*, *recte ut credimus* recti $A^6\theta$*ald.Frob.*1.2, *cf. e.g. Catull.* 86. 2; 10. 20 : recte Π*N*, *cf. Plin.* 7. 24 11 sescenti (*sed* sexc-) $A^7\theta$*ald.* : d c N^4 : d *C* : de πR^2N, *cf.* 26. 51. 2 *adn.* : per *R* : sexcenti cum de M^x(*praec.* cum *retento*) 12 e turribus $SpA^7\theta$*Frob.*2 : et turribus N^4 *ut s. l.* : e turri eius *C.ald.* : et turri eius π*N* 13 suamet *PR*(*sed* suā et *P* : suam et *R*)N^4*Frob.*2 : sua et $\pi^2R^1N\theta$*ald.* qua ⟨cingebat urbem L.⟩ Cincius . . . oppugnans *Johnson*, *lineam ante* cinc- *excidisse ratus* (*cf.* 26. 6. 16 *adn.*) : quam (*add.* L. *Sigonius*, *recte*) Cincius . . . oppugnabat $A^7\theta$ *Edd.*, *sed* quam *sine* urbem *positum ab uoce* obsidionem *separari uidetur nequire* (*nec sic causa patet lectionis Puteani* oppugnas) : quamcinus . . . oppugnas *P* : quam ancinus (qua man- *AN* : quam Cincius N^4 *ut s. l.*) . . . oppugnasset Π^2N, *cf. de* P^2 28. 8. 4 *adn.* *De* -m *addito* (*praecipue ad finem lineae*) *cf. e.g. c.* 27. 13 *adn.* (*et* 26. 40. 11 *adn*).

Magoni iam haud ferme fidenti retenturum defensurumque 14
se urbem, prima spes morte nuntiata Marcelli adfulsit.
Secutus inde nuntius Hannibalem Numidarum equitatu 15
praemisso ipsum quantum adcelerare posset cum peditum
agmine sequi. Itaque ubi primum Numidas edito e specu- 16
lis signo aduentare sensit, et ipse patefacta repente porta
ferox in hostes erumpit. Et primo, magis quia improuiso
id fecerat quam quod par uiribus esset, anceps certamen
erat; deinde ut superuenere Numidae, tantus pauor Roma- 17
nis est iniectus ut passim ad mare ac naues fugerent relictis
operibus machinisque quibus muros quatiebant. Ita ad-
uentu Hannibalis soluta Locrorum obsidio est.

Crispinus postquam in Bruttios profectum Hannibalem **29**
sensit, exercitum cui collega praefuerat M. Marcellum tri-
bunum militum Venusiam abducere iussit: ipse cum legio- 2
nibus suis Capuam profectus uix lecticae agitationem prae
grauitate uolnerum patiens, Romam litteras de morte col-
legae scripsit quantoque ipse in discrimine esset: se comi- 3
tiorum causa non posse Romam uenire quia nec uiae
laborem passurus uideretur et de Tarento sollicitus esset ne
ex Bruttiis Hannibal eo conuerteret agmen; legatos opus
esse ad se mitti uiros prudentes cum quibus quae uellet de re
publica loqueretur. Hae litterae recitatae magnum et luc- 4
tum morte alterius consulis et metum de altero fecerunt.
Itaque et Q. Fabium filium ad exercitum Venusiam mise-
runt, et ad consulem tres legati missi Sex. Iulius Caesar L.
Licinius Pollio L. Cincius Alimentus cum paucis ante

15 posset Π*N.ald.Frob.*1.2 : possit *θ* 16 e *PCR.ald.* : *om.* R^1 *MBDANSpθFrob.*2 quam quod par uiribus (*sed* -ribis *R* : -rebis R^2 : -reb; *M* : -rib; M^1 *uel* M^2) π*K* : quam quod paruis rebus *BDA?N* (quam *delet* N^4, *sed pro* quod paruis reb. *praebet ut s. l.* cum par uiribus) : quod cum par uiribus *JVat* certamen . . . super-uenere (§ 17) Π*N Edd.* : *om. θ*

29 1 abducere π*Sp?JFrob.*2 : adducere *BDANK.ald.* 3 de Tarento π*N.ald.* : tarento *Dθ* ad se Π*N.ald.* : *om. θ* 4 Venusiam Π*Nθald.* : uenusianum *Sp?Frob.*2 Alimentus (*sed* hal-) *C*, *cf. e.g.* 21. 38. 3 : halimetus π*N* : alimetus *A* : balimetus $A^6θ$

5 diebus ex Sicilia redisset. Hi nuntiare consuli iussi ut si
ad comitia ipse uenire Romam non posset dictatorem in
6 agro Romano diceret comitiorum causa; si consul Taren-
tum profectus esset, Q. Claudium praetorem placere in eam
regionem inde abducere legiones in qua plurimas sociorum
urbes tueri posset.
7 Eadem aestate M. Valerius cum classe centum nauium ex
Sicilia in Africam tramisit, et ad Clupeam urbem escensione
facta agrum late nullo ferme obuio armato uastauit. Inde
ad naues raptim praedatores recepti, quia repente fama
8 accidit classem Punicam aduentare. Octoginta erant et
tres naues. Cum his haud procul Clupea prospere pugnat
Romanus. Duodeuiginti nauibus captis, fugatis aliis cum
magna terrestri naualique praeda Lilybaeum rediit.
9 Eadem aestate et Philippus implorantibus Achaeis auxi-
lium tulit, quos et Machanidas tyrannus Lacedaemoniorum
finitimo bello urebat et Aetoli, nauibus per fretum quod
Naupactum et Patras interfluit—Rhion incolae uocant—
10 exercitu traiecto, depopulati erant. Attalum quoque regem
Asiae, quia Aetoli summum gentis suae magistratum ad
eum proximo † anno † concilio detulerant, fama erat in
30 Europam traiecturum. Ob haec Philippo in Graeciam
descendenti ad Lamiam urbem Aetoli duce Pyrrhia, qui

5 ipse N^4 *ut s. l. ab* N^6 *rescriptus θald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*
6 praetorem (*sic*) A^8 : pr. *uel* pr̄ Π*N* : propraetorem *uel* ꝑ pr̄ *θ*, *cf. c.* 21. 6 *adn.* 7 M. *PM*(*sed cum uoce praec. coniunctum*)A^6N^4 *ut s. l. Frob.*2 : *om. CRBDANθald.* tramisit *PCR*, *cf. c.* 5. 9 *adn.* Clupeam Π*N* (*et sic P recte in* 29. 32. 6) : clipeam C^x *per ras.* N^2 *uel* N^4 (*cf.* § 8) escensione PCN^4 *ut s. l. Frob.*2 (exc-), *cf. c.* 5. 8 *adn.* : essentione *R*(-em)*MBDAN*(asc- M^2) : excursione $A^7θ$ *ald.* uastauit $Π^1$(*A et* A^7)*N.ald.* : uastuit *P* : uastabat *θFrob.*2 8 Clupea *MBDANθ*, *cf.* § 7 : clipea $PCRN^2$ *uel* N^4 Duodeuiginti, *cf.* 26. 49. 3 *adn.* : x et viii Π*N* 9 Machanidas A^7N^4 *ut s. l. θ* : machinaidas Π*N* (*sed recte P in* 28. 7. 14 *al.*) uocant C^xA^1 *uel* A^6?$N^xθ$ *Edd.* : uocantes Π*N* (*ex* ex- *sq.?*) 10 anno πA^1N : suo anno *A* : *om.* $A^vθ$*ald.Frob.*1.2, *recte ut credit cum Luchsio Johnson* : annuo *Weissenb.*, *non male*, *sed ipse malim* proximi anni concilio detulerant *θald.Frob.*1.2 : detulerunt Π*N*, *cf. c.* 6. 2 *adn.* traiecturum $C^4A^7θ$*Edd.* : tracturum Π*N*, *cf. c.* 1. 11 *adn.*
30 1 Lamiam *θald.Frob.*1.2 : labiam (lamiam *BDAN*) iam Π*N*

praetor in eum annum cum absente Attalo creatus erat, occurrerunt. Habebant et ab Attalo auxilia secum et mille 2
ferme ex Romana classe a P. Sulpicio missos. Aduersus hunc ducem atque has copias Philippus bis prospero euentu pugnauit; mille admodum hostium utraque pugna occidit.
Inde cum Aetoli metu compulsi Lamiae urbis moenibus 3
tenerent sese, Philippus ad Phalara exercitum duxit; in Maliaco sinu is locus est, quondam frequenter habitatus propter egregium portum tutasque circa stationes et aliam opportunitatem maritimam terrestremque. Eo legati ab 4
rege Aegypti Ptolomaeo Rhodiisque et Atheniensibus et Chiis uenerunt ad dirimendum inter Philippum atque Aetolos bellum. Adhibitus ab Aetolis et ex finitimis pacificator Amynander, rex Athamanum. Omnium autem non 5
tanta pro Aetolis cura erat, ferociori quam pro ingeniis Graecorum gente, quam ne Philippus regnumque eius rebus Graeciae, graue libertati futurum, immisceretur. De pace 6
dilata consultatio est in concilium Achaeorum, concilioque ei et locus et dies certa indicta; interim triginta dierum indutiae impetratae. Profectus inde rex per Thessaliam 7

2 ab Attalo M^{7}(et *praec. delens*)N^{4} *ut s. l.* θ : altato Π*N* (abt- *?N*) : ab aetalo A^{7} mille (ferme) *PC*(∞)$A^{7}N^{4}$ *ut s. l.* θ : *om. RMBDAN* P. (*uel* p̄.) Π*N.ald.Frob.*1.2 : prefecto $A^{7}\theta$, *cf. cc.* 31. 1 ; 33. 5 mille (admodum) *PC* (∞) : *om. RMBDAN* : milites N^{4} : multos $A^{7}\theta$*ald.Frob.*1.2 3 ad Phalara (-lera *AN*, *sed cf.* § 12 *et e.g. Polyb.* 20. 10. 16) *AN* : a phalera π : ad phaleram (-lar- θ) $A^{7}N^{4}\theta$ duxit Π$A^{x}N$: reduxit $A^{7}\theta$*ald.Frob.*1.2, *fort. recte* circa Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. Sp*θ 4 Ptolomaeo (*sed* -meo) $CM^{1}N^{2}$ *uel* $N^{4}A^{7}\theta$: ptolomei π*N* (*sed* tol- *B* : pthol- *D*) Rhodiisque (-usq. *B*) et Ath. (*plene*) $CB^{x}\theta$: *idem bis a P scriptum*, *cf.* 29. 1. 23 *adn.* : rhodiisque et ath. rhodiisque $\pi^{2}N$ (*sed* hr- *pro* rh- (*bis*) *AN* : *in prima uoce* h- *erasit N*) : ath. rhodiisque *M*, *fort. recte* : rhodiisque et ath.-que P^{3} *uel* P^{4} (*alterum* rhodiis *delens*, -que *intacto*) 5 ferociori (*cf. c.* 18. 14 *adn.*) . . . gente (*sed* -ti) M^{1} *Gronouium confirmans* : ferocioris . . . gentis Π$N\theta$ (*errore ob* -s *additum orto*, *cf.* 26. 40. 14 *adn.*) : ferocioribus . . . gentis *ed. Par.* 1513 *ald.Frob.*1.2 quam (ne) Π$N\theta$: quanta *Wesenberg*, *sed cf. e.g. Verg. Aen.* 6. 352 rebus Graeciae] *hic* Π*N* : *post* futurum θ*ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 37. 5 *adn.* graue $C\theta$*ald.Frob.*1.2 : graui π*N* 6 concilioque ei et N^{4}*ald.Frob.*1.2 : concilio et Π*A?*$A^{v}N$: concilioque ei (eius ei *J*)$A^{7}J^{1}K$

Boeotiamque Chalcidem Euboeae uenit ut Attalum, quem classe Euboeam petiturum audierat, portibus et litorum
8 adpulsu arceret. Inde praesidio relicto aduersus Attalum si forte interim traiecisset, profectus ipse cum paucis equitum
9 leuisque armaturae Argos uenit. Ibi curatione Heraeorum Nemeorumque suffragiis populi ad eum delata quia se Macedonum reges ex ea ciuitate oriundos referunt, Heraeis peractis ab ipso ludicro extemplo Aegium profectus est ad
10 indictum multo ante sociorum concilium. Ibi de Aetolico finiendo bello actum ne causa aut Romanis aut Attalo in-
11 trandi Graeciam esset. Sed ea omnia uixdum indutiarum tempore circumacto Aetoli turbauere postquam et Attalum Aeginam uenisse et Romanam classem stare ad Naupactum
12 audiuere. Vocati enim in concilium Achaeorum, in quo et eae legationes erant quae ad Phalara egerant de pace, primum questi sunt quaedam parua contra fidem conuentionis
13 tempore indutiarum facta; postremo negarunt dirimi bellum posse nisi Messeniis Achaei Pylum redderent, Romanis restitueretur Atintania, Scerdilaedo et Pleurato Ardiaei.
14 Enimuero indignum ratus Philippus uictos uictori sibi ultro

7 et C^1?$A^7N^2\theta$: et ut Π*N* 8 leuisque Π*N.ald.Frob.*1.2 : leuis *Spθ* 9 referunt Π*Nθald.Frob.*1.2 : ferunt *Perizonius*, *sed cf. Ouid. Met.* 13. 141 rettulit Aias | esse Iouis pronepos peractis N^4 *uel* N^6*ald.Frob.*1.2 : coactis Π*Nθ* (coh- *K*) Aegium *Glareanus* : rhegium Π*N* : rhium $A^7\theta$*ald.Frob.*1.2 11 indutiarum $M^2A^7N^4\theta$: indutus (-tiis *CB*) lat-(lac- *B*)iarum Π, *cf. c.* 20. 8 *adn.* : indutulatiarum P^1 *uel* P^2R^2 : tiis latiatrum *N* audiuere $A^7N^4\theta$: nudiusre (-ro *R*) Π*N* 12 et eae PCM^2B : et ea *RM* : et hec *DAN* : eedem (*uel* eae-) *θald.Frob.*1.2 Phalara (-era *A*) Π, *cf.* § 3 : phaleram (-aram *N* ?) $N^4A^7\theta$ primum N^4 *ut s. l.* *θFrob.*2 : primi Π*N.ald.*, *cf. c.* 51. 1 *et* 26. 29. 10; 30. 18. 12; 30. 33. 4 13 Atintania *Gron.*, *cf.* 29. 12. 13 (*P*) : atitanta *PCM* : at in tantas *RBDA?N*, *u. adn. sq.* : athamanis A^7N^4 *ut s. l.* (-mamis *hic*) *J.ald.* : archarnanis *K* Scerdilaedo (*sed* s- *post* tantas *om. RBD*) π, *cf.* 26. 24. 9 : credi (cerdi *A*) ledo *AN* : cerdileo A^7N^4 *ut s. l.* (scerdileum π *in c.* 33. 3) Ardiaei *Gron.* (*sed* -dy-), *cf. e.g. Polyb.* 2. 11. 10 : arrhidaei *PCR* : arrhidae (*uel* -de) *MB* (arri-) *DAN* (arhi-) : archide $A^7\theta$: et archidi (*om.* et *ante* Pl.) *ald.* : parthini *Frob.*2 14 Enimuero Π*Nθald.* : id uero *Frob.*2

condiciones ferre, ne antea quidem se aut de pace audisse
aut indutias pepigisse dixit spem ullam habentem quieturos
Aetolos, sed uti omnes socios testes haberet se pacis, illos
belli causam quaesisse. Ita infecta pace concilium dimisit 15
quattuor milibus armatorum relictis ad praesidium Achaeo-
rum et quinque longis nauibus acceptis, quas si adiecisset 16
missae nuper ad se classi Carthaginiensium et ex Bithynia ab
rege Prusia uenientibus nauibus, statuerat nauali proelio
lacessere Romanos iam diu in regione ea potentes maris.
Ipse ab eo concilio Argos regressus; iam enim Nemeo- 17
rum appetebat tempus, quae celebrari uolebat praesentia
sua.

Occupato rege apparatu ludorum et per dies festos licen- 31
tius quam inter belli tempora remittente animum P. Sulpi-
cius ab Naupacto profectus classem adpulit inter Sicyonem
et Corinthum agrumque nobilissimae fertilitatis effuse uas-
tauit. Fama eius rei Philippum ab ludis exciuit; raptimque 2
cum equitatu profectus iussis subsequi peditibus, palatos

14 ullam Π*NK*: nullam N^2 *uel* N^4 *ut s. l. J* uti A^7N^6 *uel* N^4 θ: ut π*N.ald.Frob.*1.2: it *D* (*sed* seditiones *pro* sed uti omnes) 16 adiecisset $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: adcepisset (acc- B^2D) Π*N* missae nuper $C^2A^7N^2\theta$: misenum (-ss- *RN*) per (par *D*, *i.e.* parat *pro* -per ad) Π*N* Bithynia θ (-tyn- *K*): bithinia (*sed* -tun- M^1 *B*: -tin- B^x) M^1BAN: ibī | tȳnia *P*: ibi bithynia *C*: ibit tynia *R*: bibitunia (-tyn- R^2) *M* (*del.* bi- M^1): libitinia *D* 17 ab eo A^7 θ*ald.Frob.*1.2: abo *P*: abito π^2, *cf.* 28. 8. 4 *adn.*: habito C^2M^1BDAN Nemeorum A^7N^4 *ut s. l.* θ: eorum Π*N* (nem- *post* -nim *perdito*) celebrari A^7N^2 *uel* N^4 *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2: celebrare Π *N*, *cf. c.* 4. 13 *adn.*

31 1 P. *PCSp?Frob.*2, *cf. c.* 30. 2: *om. RMBDA et* A^vN*.ald.*: prae (*uel* pre-)fectus $A^9N^4\theta$ ab Naupacto P^1 *uel* P^2N^4 *ut s. l.* θ: annibali pacto *P*, *cf. c.* 20. 8 *adn.*: naupacto C^1(-pauto *C*)*RMBDAN* adpulit (sed app-) $CA^7\theta$*ald.Frob.*1.2: aptulit *PR*: abstulit R^1 *MBDAN*: abpulit N^4 *ut s. l. ab* N^6 *rescriptus* inter B^1DAN^4 θ: in per π*N*, *cf. c.* 15. 11 *adn.* Sicyonem (*sed* sici-) $A^7N^4\theta$: Sycionem A^x: silycionem *PCR*: silicionem *MB*(*sed* syl-)*D*(-iti-)*A?N* agrumque nobilissimae $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*, *sc. linea haud amplius xx litt. deperdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* 2 exciuit A^7 N^4(*sed* esci- *uel fort.* esi-)θ: sciuit Π(*A?*)*N*: asciuit C^4 raptimque Π*N.ald.*: raptim *K*: partim *J*, *cf.* 29. 28. 9 *adn.* iussis C^2*Sp?*A^7 *uel* $A^8\theta$*Frob.*2: sis *P* (*om.* ius- *post* -tus): si P^2CR: se *MBDAN*: iussit N^4 *ut s. l. supra* se sub- *hoc scribens*: iussis se *ald.*

passim per agros grauesque praeda ut qui nihil tale metue-
3 rent adortus Romanos compulit in naues. Classis Romana haudquaquam laeta praeda Naupactum redit: Philippo ludorum quoque qui reliqui erant celebritatem quantaecumque, de Romanis tamen, uictoriae partae fama auxerat,
4 laetitiaque ingenti celebrati festi dies, eo magis etiam quod populariter dempto capitis insigni purpuraque atque alio regio habitu aequauerat ceteris se in speciem, quo nihil
5 gratius est ciuitatibus liberis; praebuissetque haud dubiam eo facto spem libertatis nisi omnia intoleranda libidine foeda ac deformia effecisset. Vagabatur autem cum uno
6 aut altero comite per maritas domos dies noctesque, et summittendo se in priuatum fastigium quo minus conspectus eo solutior erat, et libertatem, cum aliis uanam osten-
7 disset, totam in suam licentiam uerterat. Neque enim omnia emebat aut eblandiebatur, sed uim etiam flagitiis adhibebat, periculosumque et uiris et parentibus erat
8 moram incommoda seueritate libidini regiae fecisse; uni etiam principi Achaeorum Arato adempta uxor nomine Polycratia ac spe regiarum nuptiarum in Macedoniam asportata fuerat.

9 Per haec flagitia sollemni Nemeorum peracto paucisque

2 ut qui A^7N^4(*cuius punctum ab* N^6 *rescriptum est*)θ*ald.*: aut qui Π*N* in (naues) Π*N.ald.*, *cf.* 28. 8. 10: ad *Sp?*N^4(*ut s. l. ?*)θ*Frob.* 2. *fort. recte, cf. Luchs* 1879 *p. civ* 3 redit *A*N^4θ, *cf. c.* 5. 9 *adn.*: rediit π*ald.Frob.*1.2: reddit *N* reliqui erant $M^1A^7N^4$θ: reliquerant Π*N* 4 eo A^7N^4θ*ald.*: ed *PR*: sed *C*: et *MBDAN* purpuraque (porp- *M*) πM^1*N*(-par-)*ald.*: purpura *Sp?*N^4 (-par- *non mutato*)θ*Frob.*2 ceteris *DAN*(*om.* se *N*: *add.* N^4)θ: celeris π gratius *BDAN*θ: eratius *PRM*: ius *C* 5 deformia *C*M^1N^4 *uel* N^7: deformi π*N*θ autem N^4 *ut s. l.* θ, *cf. e.g. c.* 35. 7: enim Π*N.ald.Frob.*1.2, *quod malit Johnson* maritas Π*N.ald.Frob.*1.2: maritum as *Sp*: maritimas A^7θ *Rhen.* (*silet* N^4) 7 emebat Π*N*θ *Edd.*: metuebat . emebat (*sic*)N^4 etiam A^7?N^4θ*Frob.*2: *om.* Π*N.ald.* adhibebat π*N.ald.*: addebat A^7 *ut s. l.* θ: adhaerebat *D* 8 Arato *Sp ut uid.* N^4 *ut s. l.* θ (har- *K*), *cf.* 32. 21. 23: erato π*N*: erat *C* Polycratia] polychr- *PRM*: polichr- *CDAN*: policr- *B*ϑ (*sed* -tea *J*: thea *K*)

additis diebus, Dymas est profectus ad praesidium Aetolo-
rum quod ab Eleis accitum acceptumque in urbem erat
eiciendum. Cycliadas—penes eum summa imperii erat— 10
Achaeique ad Dymas regi occurrere, et Eleorum accensi odio
quod a ceteris Achaeis dissentirent, et infensi Aetolis quos
Romanum quoque aduersus se mouisse bellum credebant.
Profecti ab Dymis coniuncto exercitu transeunt Larisum 11
amnem, qui Eleum agrum ab Dymaeo dirimit. Primum 32
diem quo fines hostium ingressi sunt populando absump-
serunt; postero die acie instructa ad urbem accesserunt
praemissis equitibus qui obequitando portis promptum ad
excursiones genus lacesserent Aetolorum.

Ignorabant Sulpicium cum quindecim nauibus ab Nau- 2
pacto Cyllenen traiecisse et expositis in terram quattuor mi-
libus armatorum silentio noctis ne conspici agmen posset
intrasse Elim. Itaque improuisa res ingentem iniecit ter- 3
rorem postquam inter Aetolos Eleosque Romana signa atque
arma cognouere. Et primo recipere suos uoluerat rex; deinde 4
contracto iam inter Aetolos et Tralles—Illyriorum id est
genus—certamine cum urgeri uideret suos, et ipse rex cum
equitatu in cohortem Romanam incurrit. Ibi equus pilo 5
traiectus cum prolapsum super caput regem effudisset, atrox

9 Aetolorum *PN* (eth-): hetholorum N^4 (*quem perperam citat Luchs*) Eleis Π*N* (*hic et in* 28. 7. 14 *recte*, *sed* eli- *in* § 10, elei- *in* § 11, *ubi tamen* ele- *C*) : eliis (lel- *K*) θ (*et* eli- *in* § 10 *sed* elie- *in* § 11) 10 imperii erat $C^2M^2BDAN\theta$: imperiebat π, *cf. c.* 47. 1 *adn.* Eleorum] *cf.* § 9 11 ab (Dymis) $A^7N^7\theta$: ar *P* : a π^2N : *om. A* amnem qui Π : quia amnis *N* : amnem qui aamnis N^7 Eleum] *cf.* § 9 ab (Dymaeo) $A^7N^7\theta$*Frob.*2 : a Π*N.ald.*, *u. supra.*

32 1 portis $A^7N^4\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N* 2 et Π*N* *Edd.* : *om.* θ 2–3 intrasse Elim (-lum *C*). Itaque CM^2 *uel* $M^1A^7N^4J$: intrasset limitaque (-aquaeque *D*) π*N* : intrasse helym *K* (itaque *post* impr. *praebens*) 3 Eleosque (*sed* -li-, *cf. c.* 31. 9) A^7N^3 *et* $N^7\theta$: aeosqua π : eos qua *AN* (*sed* tholoseos qua *pro* Aet. E.-que) 4 deinde Π*N.ald.* : dein θ*Frob.*2, *cf. c.* 6. 14; 26. 12. 17; 28. 20. 9; 29. 3. 9 (*adn.*); 30. 11. 6; 30. 17. 9; 30. 24. 3 *al.* urgeri $A^7N^4\theta$ *Edd.* : urbe geri Π*N*, *cf. c.* 20. 8 *adn.* 5 super *Madv.*, *cf.* 22. 3. 11 : per Π*NSpFrob.*2 : in $A^7?\theta$*ald.*

pugna utrimque accensa est, et ab Romanis impetu in regem
6 facto et protegentibus regiis. Insignis et ipsius pugna fuit cum pedes inter equites coactus esset proelium inire; dein cum iam impar certamen esset caderentque circa eum multi et uolnerarentur, raptus ab suis atque alteri equo
7 iniectus fugit. Eo die castra quinque milia passuum ab urbe Eleorum posuit; postero die ad propinquum Eleorum castellum—Pyrgum uocant—copias omnes eduxit, quo agrestium multitudinem cum pecoribus metu populationum
8 compulsam audierat. Eam inconditam inermemque multitudinem primo statim terrore adueniens cepit; compensaueratque ea praeda quod ignominiae ad Elim acceptum
9 fuerat. Diuidenti praedam captiuosque—fuere autem quattuor milia hominum, pecorisque omnis generis ad uiginti milia—nuntius ex Macedonia uenit Aeropum quendam corrupto arcis praesidiique praefecto Lychnidum cepisse; tenere et Dassaretiorum quosdam uicos et Dardanos etiam concire.
10 Omisso igitur Achaico atque Aetolico bello, relictis tamen duobus milibus et quingentis omnis generis armatorum cum

6 et (uolner-) Π*N*θ*ald.Frob.*1.2 : *om. Sp* fugit Π*N*θ *Edd.* : fuit *Sp* 7 ad propinquum Eleorum (*sed* eli-) castellum $A^{8}\theta$*ald. Frob.*1.2 : castellum π, *sc. linea xix litt. omissa, cf.* 26. 51. 8 *adn.* : ad castellum *AN* (*post quae add.* eliorum propinquum N^{4}) Pyrgum *Sp ut uid.* $A^{7}\theta$*Frob.*2 : phyrcum (-irc- *C*: -yrg- *A*) Π : quod phyrcum (-gum $A^{v}N^{4}$) $A^{v}N$*.ald.* (pyrgum) copias omnes (*post* uocant) Π*N* (*sed* omnes copias *AN, quod hic ab* $A^{8}N^{4}N^{7}$ *retentum est*) : omnes copias (*post* die *supra*) $A^{8}N^{7}\theta$*ald.Frob.*1.2, *sed cf. c.* 37. 5 *adn.* eduxit Π*N* : duxit *Sp ut uid.* θ*ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 41. 8 *adn.* 9 fuere *Vat* : fuēr θ : fuera *P* (*sc.* -a *ex uoce sq. orto*) : fuerat *CR* : fuerunt *Sp ut uid.* (?) *MBDAN.ald.* quattuor milia (*uel* ∞ ∞ ∞ ∞) $PCSpA^{7}N^{4}\theta$ ($\overset{IIII}{m}$ N^{4}) : *om. RMBDAN* hominum Π*N*θ*ald.Frob.*1.2 : peditum. hominum (*sic* N^{4}) SpN^{4} pecorisque N^{4} : pecoris Π*N*: pecorum θ (-rumque *ald.Frob.*1.2) uiginti milia θ*Frob.*2 : milia (-ll- *R*) uiginti (uing- *N*) $\pi R^{x}N$*.ald.* praesidiique $CM^{2}A^{7}\theta$ (-diiqui *P*) : praesidiis qui (-que MN^{4}) *RBDA? N* Lychnidum (*sed* luch-) Π*N, cf. Polyb.* 34. 12. 6 : lichnidum (-dem *K*) $A^{x}\theta$: luchinidum N^{2} Dassaret- *Sabellicus, cf. e.g. Polyb.* 5. 108. 2 : darset- (*sed* -sec- *BAN* : -soc- *D*) Π*N*θ 10 atque Aetolico $A^{7}N^{4}\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N* generis $A^{7}N^{4}\theta$: conseris π : cum seris *A?N* armatorum $A^{7}N^{4}$ *ut s. l.* θ *Edd.* : armorum Π*N, cf. c.* 1. 11 *adn.*

Menippo et Polyphanta ducibus ad praesidium sociorum,
profectus ab Dymis per Achaiam Boeotiamque et Euboeam 11
decimis castris Demetriadem in Thessaliam peruenit.

Ibi alii maiorem adferentes tumultum nuntii occurrunt, 33
Dardanos in Macedoniam effusos Orestidem iam tenere ac
descendisse in Argestaeum campum, famamque inter bar-
baros celebrem esse Philippum occisum. Expeditione ea 2
qua cum populatoribus agri ad Sicyonem pugnauit, in arbo-
rem inlatus impetu equi ad eminentem ramum cornu alterum
galeae praefregit; id inuentum ab Aetolo quodam perla- 3
tumque in Aetoliam ad Scerdilaedum, cui notum erat insigne
galeae, famam interfecti regis uolgauit. Post profectionem ex 4
Achaia regis Sulpicius Aeginam classe profectus cum Attalo
sese coniunxit. Achaei cum Aetolis Eleisque haud procul 5
Messene prosperam pugnam fecerunt. Attalus rex et P.
Sulpicius Aeginae hibernarunt.

Exitu huius anni T. Quinctius consul, dictatore comitiorum 6
ludorumque faciendorum causa dicto T. Manlio Torquato,
ex uolnere moritur; alii Tarenti, alii in Campania mortuum 7

10 Polyphanta *ed. Mog.* 1518, *cf.* 28. 5. 11 (-tam): polyphania π: poliph(*sed* -ih- *N*: -if- *K*)ania (-ta N^4K) *ANθ*

33 1 ac Π*N.ald.Frob.*1.2: *om.* θ Argestaeum (*uel* -teum) Π*N*: agrestinum θ 2 cum *ANθald.Frob.*1.2: *om.* π inlatus impetu Π*N ald.Frob.*1.2: impetu illatus θ, *cf. c.* 37. 5 *adn.* prae-(*uel* pre-)fregit *CBDANJ*: praeflegit *PRM*: perfregit *K* 3 Scerdilaedum] *cf. c.* 30. 13 famam $\pi^1M^2N\theta$: ramam *P*: flamam *RD*: fammam (fl- *M*) M^1: formam N^7 interfecti] *post hanc uocem uidetur a Ta* (*fol.* 48 *r.*) *uoces ab* regis . . . *ad* (§ 4) profecti(onem) *ob* ὁμ. *omissas esse*; *add. enim* Ta^2 interfecti r . . . . uulgauit p . . . prof regis ΠNTa^2 *ut uid. ald.*: philippi SpA^7 *ut s. l.* θ *Frob.*2, *fort. recte, sed lectio Puteani ab umbris Taurinensis defenditur*: philippi regis N^4 4 sese Π*N.ald.Frob.*1.2: se θ 5 Eleisque *AN*, *cf. c.* 31. 9 *adn.*: aeleisquae (*uel* -que) π: elis-(*uel* -iis- *uel* -eiis-)que N^2 *uel* $N^7\theta$ (hel- *K*) P. (*uel* p̄) Π, *cf. c.* 30. 2: pro *N*: proconsul $A^7\theta$: *fort. om. Ta* (*qui incipiente fol.* 51 *u.* Sulpic- *scripsit, ante quod uestigia uocis* et *uideri poterant*) 6 *post* Quinctius *add.* Crispinus $A^7\theta$: *ignorant* Π*N.ald.Frob.*1.2 T. (Manlio) $A^7\theta$ (*ut P recte in* 26. 32. 1): l. Π*N*: tito l. N^9 (*non* N^4) uolnere *PCR*, *cf. Praef.* § 30: uulnere *MBDANθ* 7 Tarenti, alii A^7N^4 *ab* N^7 *confirmatus θEdd.*: *om.* Π*N*

tradunt; ita quod nullo ante bello acciderat, duo consules sine memorando proelio interfecti uelut orbam rem publicam reliquerant. Dictator Manlius magistrum equitum C. Ser-
8 uilium—tum aedilis curulis erat—dixit. Senatus quo die primum est habitus ludos magnos facere dictatorem iussit, quos M. Aemilius praetor urbanus C. Flaminio, Cn. Seruilio consulibus fecerat et in quinquennium uouerat; tum dictator
9 et fecit ludos et in insequens lustrum uouit. Ceterum cum duo consulares exercitus tam prope hostem sine ducibus essent, omnibus aliis omissis una praecipua cura patres populumque incessit consules primo quoque tempore creandi et ut eos crearent potissimum quorum uirtus satis tuta a fraude
10 Punica esset: cum toto eo bello damnosa praepropera ac feruida ingenia imperatorum fuissent, tum eo ipso anno consules nimia cupiditate conserendi cum hoste manum in
11 necopinatam fraudem lapsos esse; ceterum deos immortales, miseritos nominis Romani, pepercisse innoxiis exercitibus, temeritatem consulum ipsorum capitibus damnasse.

34 Cum circumspicerent patres quosnam consules facerent,
2 longe ante alios eminebat C. Claudius Nero. Ei collega

7 ita *Weissenb.* : id Π*Nθald.Frob.*1.2 : et id *Madv.*; *non nihil tamen uereor ipse ne linea aliqua ante* id quod *exciderit* 8 urbanus *Vat* : urb. π : urbis M^2 *uel* $M^7N?θ$: ubs *D. Cf. c.* 22. 12 *adn.* in insequens Π*N.ald.* : in sequens *θFrob.*2 uouit C^3M^2 *uel* M^7BD $A^7?N^4θ$: mouit π : nouit *A* : uomit *N* 9 essent omnibus] *has uoces in Ta defuisse coniecit Studemund* et ut *Ta ut uid. θFrob.*2 : ut Π*N.ald.* : et N^4 10 fuissent Π*Nθ et ut uid. Ta* (*ubi* -ent *ante* tum *legi poterat*) *ald.* : fuisse *Sp?Frob.*2, *fort. recte*, *cf. e.g.* 36. 43. 6, *sed Puteano obsequimur quod etiam in O. R.* cum *ad uocem* tum *sequentem prospectans nonnunquam cum Subiunctiuo iungitur*, *cf.* 8. 21. 1 (*et fort.* 4. 60. 2; *aliud. ut uid.*, 28. 2. 6) anno TaA^7(*an* A^5?)$N^4θ$: *om.* Π*N* nimia $TaCM^2B^2ANθ$: ni|nia *P* : nia $π^2$ in necopinatam *Ta ut uid.* $A^7N^4θ$*ald.* : innecopiana|tam *P* : sine (sinne *R* : sine R^1) copia nactam (*sed* natam RB^2AN : natari *MB*) $Π^2N$ 11 miseritos π : misertos *ANθald.Frob.*1.2 (*et sic uariant codd. in c.* 34. 12) ipsorum] *hic* π(*sed* p. sorum *RM* : p. forum *D*)*ald.* : *ante* cons. *ANθ* (*cf.* 26. 5. 17 *adn.*)

34 2 Ei A^7N^4 *ut s. l. θald.Frob.*1.2 : et π*N* : set *B* : sed B^2

quaerebatur; et uirum quidem eum egregium ducebant, sed promptiorem acrioremque quam tempora belli postularent aut hostis Hannibal; temperandum acre ingenium [eius] 3
moderato et prudenti uiro adiuncto collega censebant. M. Liuius erat, multis ante annis ex consulatu populi iudicio damnatus, quam ignominiam adeo aegre tulerat ut rus mig- 4
rarit et per multos annos et urbe et omni coetu careret hominum. Octauo ferme post damnationem anno M. Clau- 5
dius Marcellus et M. Valerius Laeuinus consules reduxerant eum in urbem; sed erat ueste obsoleta capilloque et barba promissa, prae se ferens in uoltu habituque insignem memoriam ignominiae acceptae. L. Veturius et P. Licinius cen- 6
sores eum tonderi et squalorem deponere et in senatum uenire fungique aliis publicis muneribus coegerunt; sed 7
tum quoque aut uerbo adsentiebatur aut pedibus in sententiam ibat donec cognati hominis eum causa M. Liuii Macati, cum fama eius ageretur, stantem coegit in senatu sententiam dicere. Tunc ex tanto interuallo auditus conuertit ora 8

2 eum Π*NTa ut uid. ald.Frob.*1.2 : *om.* $A^7\theta$ egregium C^2 $A^7N^2D\theta$: egreciae (-giāē *C* : -giae *B*) π : egrecia *MA?N?* ducebant Π$N\theta$: dicebant N^7 3 eius (*hic*) Π*NTa ut uid. ald.* : *ante* ingenium θ*Frob.2* : *deleuimus ut gloss. post* acriorem *superuacaneum. De ordinis in codd. uariatione glossema indicante cf. Praef.* § 33 (*i*) *et Praef. Liui* § 5 *adn. Cf. etiam cc.* 1. 11 ; 13. 11 ; 19. 9 ; 24. 3 ; 42. 9 ? ; 46. 4 ; 28. 3. 9 ; 28. 13. 1 ; 28. 24. 6 ? ; 29. 5. 1 ; 29. 14. 10 ; 30. 4. 6 ; 30. 17. 14 ? *al.* ante annis *Ta* (*ubi* -nis *non poterat legi*) θ*Frob.2* (*cf. c.* 37. 5 *adn.*) : annis ante Π*N.ald.* 4 ut Π *et* A^xNK : ut et A^7*?J.ald.Frob.*1.2 migrarit Ta^2 *Lov.* 4 *Frob.2* : migrarent *Ta* : migraret Π*N*θ*ald.*, *fort. recte sed ueremur ne Perfectum actionem unam significans causa fuerit mutandi* careret *in* caruerit; *et* migrarent *ex* -auerit *facile nasci potuit* careret Π*N.ald.* : caruerit *TaSp*θ, *fort. recte sed de praeteritis* iam pridem, per multos annos *et sim. cum Imperfecto iungi solent. Tempora consecutiua Liuius secundum sensum uariare amat, cf. e.g.* 8. 36. 7 ; 28. 19. 15 *adnn.*
5 promissa πA^7N : de-(*uel* di-)missa $A\theta$ prae se ferens TaA^x : prae se referens Π*N.ald.* : praeferens SpN^2 *uel* $N^4\theta$*Frob.2*. *Lectio Put. ex dittographia* {prae se / re-} ferens *orta est*; *cf. c.* 1. 8 ; 26. 1. 4 ; 26. 25. 10 ; 29. 4. 8 ; 29. 7. 8 ; 29. 16. 1 *al.*, *adnn.* 7 fama πA^1 *uel* A^8N^4, *cf. e.g.* 28. 19. 14 : de fama $A^7\theta$*ald.Frob.*1.2 : in fama *AN* coegit $TaA^7N^4\theta$: cogit Π*N*

hominum in se, causamque sermonibus praebuit indigno
iniuriam a populo factam magnoque id damno fuisse quod
tam graui bello nec opera nec consilio talis uiri usa res
9 publica esset: C. Neroni neque Q. Fabium neque M.
Valerium Laeuinum dari collegam posse quia duos patricios
10 creari non liceret; eandem causam in T. Manlio esse prae-
terquam quod recusasset delatum consulatum recusaturus-
que esset; egregium par consulum fore, si M. Liuium C.
11 Claudio collegam adiunxissent. Nec populus mentionem
12 eius rei ortam a patribus est aspernatus. Vnus eam rem in
ciuitate is cui deferebatur honos abnuebat, leuitatem ciuita-
tis accusans: sordidati rei non miseritos candidam togam
13 inuito offerre; eodem honores poenasque congeri. si uirum
bonum ducerent, quid ita pro malo ac noxio damnassent? si
noxium comperissent, quid ita male credito priore consulatu
14 alterum crederent? Haec taliaque arguentem et queren-
tem castigabant patres, et M. Furium memorantes reuoca-
tum de exsilio patriam pulsam sede sua restituisse—ut
parentium saeuitiam, sic patriae patiendo ac ferendo lenien-
15 dam esse—, adnisi omnes cum ⟨C.⟩ Claudio M. Liuium
consulem fecerunt.

35 Post diem tertium eius diei praetorum comitia habita.
Praetores creati L. Porcius Licinus C. Mamilius C. et A.

8 praebuit $TaA^7N^4\theta$: *om.* ΠN   talis uiri usa PC(tali C)M^2 $B^xAN\theta$: tali uiro iussa P^2R : talis uiri iussa *MBD*   9 collegam θ : conlegas (*uel* coll-) Π*NTa*(*sed in hoc* -gas *solum legi potuit*) *ald.* *Frob.*1.2   10 recusasset ΠTa^2 : recusare *ut uid. Ta*   recusaturusque *CBDAN*θ : recuraturusque *PRM*   C. TaA^v*ald.* *Frob.*1.2 : cum Π*N* : consuli $A^7\theta$ 12 miseritos] *u. c.* 33. 11 *adn.*   offerre ΠNK^2 : offerri θ : *om. Ta ut uid.*   13 uirum bonum *Ta ut uid.* : bonum uirum A^7N^9 *uel* $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : bonum πR^1N : bi bonum *R*   malo ac noxio damnassent *Ta*(*ubi* damnass- *non potuit legi*)$A^7N^4\theta$(*hi iv* -mpn-)*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* (*qui et* si *sq. omittunt*), *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   si noxium comperissent *Ta*(*sed* -nt *defit*)SpN^4*Frob.*2 (*hic* innoxium *errore typogr.?*) : *idem sine* si Π*N* (*sed* noxio B^2DAN) : si malum A^v : *om.* θ*ald.*   14 patriam pulsam πSpA^7*Frob.*2 : patria pulsum M^5DA *et* A^xN : patriam pulsum *ald.* : pulsum θ 15 C. *ald.Frob.*1.2 : *om.* Π$N\theta$

35 1 Licinus *N*, *cf. c.* 6. 19 *et* 26. 6. 1 : Licinius ΠN^1J : *om. K*   C. Mamilius *Sigonius* (*sic P in c.* 36. 9) : m̄ anilius *P* : c. manlius *C* (*qui fort. ipse* c. *erasit*) : manilius *RMBDANJ* : manlius *K*   C. et A. *Alschefski*, *u.* § 2 *et* 31. 4. 3 : t. et a. Π*N* : t et N^1 : et t. et a. θ

Hostilii Catones. Comitiis perfectis ludisque factis dictator et magister equitum magistratu abierunt. C. Terentius Varro 2
in Etruriam pro praetore missus ut ex ea prouincia C. Hostilius Tarentum ad eum exercitum iret quem T. Quinctius consul habuerat; et L. Manlius trans mare legatus iret 3
uiseretque quae res ibi gererentur; simul quod Olympiae ludicrum ea aestate futurum erat quod maximo coetu Graeciae celebraretur, ut si tuto per hostem posset adiret id 4
concilium ut qui Siculi bello ibi profugi aut Tarentini ciues relegati ab Hannibale essent, domos redirent scirentque sua omnia iis quae ante bellum habuissent reddere populum Romanum.

Quia periculosissimus annus imminere uidebatur neque 5
consules in re publica erant, in consules designatos omnes uersi quam primum eos sortiri prouincias et praesciscere quam quisque eorum prouinciam, quem hostem haberet uolebant. De reconciliatione etiam gratiae eorum in senatu 6
actum est principio facto a Q. Fabio Maximo; inimicitiae 7
autem nobiles inter eos erant et acerbiores eas indignioresque Liuio sua calamitas fecerat quod spretum se in ea fortuna credebat. Itaque is magis implacabilis erat et nihil opus 8
esse reconciliatione aiebat: acrius et intentius omnia gesturos timentes ne crescendi ex se inimico collegae potestas fieret.

1 Hostilii *Voss.*: hostiliis π*N*, *cf.* 26. 40. 14 *adn.*: hostilius $CBA^x N^4K$: obstilius *J*   2 pro praetore, *cf. c.* 21. 6 *adn.*: pro. pl. (*sic*) π*N*: propr. *C*: propr̄ M^2K: pro. p. r. N^4: propraetor M^7A^7J (*post hunc locum de* propr. *uel* pr. *confusis silemus*)   C. (Hostilius) $N^4\theta$: e *P*(*erasum*)*RM*: *om.* $\pi^x N$: a C^2B (*sed* prouinciae *B*)   Quinctius consul habuerat et L. A^7N^4 *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2 (*sed aliter alii nom. et praen. scribunt*): *om.* Π*N*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   3 res ibi $Sp?C^4A^7N^4\theta$*Frob.*2: sibi Π: ibi *N.ald.*   Graeciae (*uel* -ie) A^7N^4(*ut s. l.?*)θ: *om.* Π*N*   4 concilium $C^2A^v\theta$: consilium Π*N*, *cf.* 28. 5. 15; 29. 3. 1; 30. 36. 10   iis *PCR.ald.*: his R^1MD: hiis *BAN*: *om.* *Sp*θ*Frob.*2   5 praesciscere πB^2N: praescire (*uel* pre-) *B*(p̄s-)θ   quisque $SpN^4\theta$*Frob.*2, *cf. e.g.* 2. 44. 9: quis πB^1N^2*ald.*: qus *B*: quiique *N*   haberet π*K*: habere CN^4J: *om. N*   7 indignioresque *BD*(*om.* -que)AN^1 *uel* N^2(ingign- *N*)θ: indienioresque π: in die maiores M^2 8 ne crescendi π*N*θ: nec rescindi *C*   inimico $A^7N^4\theta$*ald.*: inimi *P* (-co *ante* co- *om.*): minimi P^2, *cf.* 28. 8. 4 *adn.*: minime *CRMBDAN*

9 Vicit tamen auctoritas senatus ut positis simultatibus com-
10 muni animo consilioque administrarent rem publicam. Pro-
uinciae iis non permixtae regionibus, sicut superioribus annis,
sed diuersae extremis Italiae finibus, alteri aduersus Hanni-
balem Bruttii et Lucani, alteri Gallia aduersus Hasdrubalem
11 quem iam Alpibus adpropinquare fama erat, decreta; exer-
citum e duobus qui in Gallia quique in Etruria esset addito
12 urbano eligeret quem mallet, qui Galliam esset sortitus: cui
Bruttii prouincia euenisset, nouis legionibus urbanis scriptis
13 utrius mallet consulum prioris anni exercitum sumeret; re-
lictum a consule exercitum Q. Fuluius proconsul acciperet
14 eique in annum imperium esset. Et C. Hostilio, cui pro
Etruria Tarentum mutauerant prouinciam, pro Tarento
Capuam mutauerunt; legio una data cui Fuluius proximo
anno praefuerat.

36 De Hasdrubalis aduentu in Italiam cura in dies crescebat.
Massiliensium primum legati nuntiauerant eum in Galliam
2 transgressum erectosque aduentu eius, quia magnum pondus
auri attulisse diceretur ad mercede auxilia conducenda, Gal-
3 lorum animos. Missi deinde cum iis legati ab Roma Sex.
Antistius et M. Raecius ad rem inspiciendam rettulerant
misisse se cum Massiliensibus ducibus qui per hospites eo-
4 rum principes Gallorum omnia explorata referrent; pro
comperto habere Hasdrubalem ingenti iam coacto exercitu
proximo uere Alpes traiecturum, nec tum eum quicquam
aliud morari nisi quod clausae hieme Alpes essent.

9 animo $A^{7}N^{4}\theta$*ald.* : mo *P*: *om.* $\Pi^{2}N$ consilioque $\pi A^{7}N^{4}\theta$: consilio $M^{2}BDAN$ (*sed sequitur in AN rasura*) 10 et *Vat*: *om.* Π*N*θ*ald.Frob.*1.2, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) aduersus (Hasdr.) Π*N* *ald.Frob.*1.2 : contra θ, *non male, cf. Luchs* 1879 *p. cv* 14 mutauerunt (; legio) $\pi SpA^{7}N^{4}\theta$: mutauerant P^{2} (*sed mox* -unt *restitutum*) : *om. AN.ald.* data *Sp ut uid.* θ*Frob.*2 : data est Π*N.ald.*
36 1 in (Ital.) $C^{4}M^{7}AN\theta$*ald.* : *om.* π, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* nuntiauerant θ*ald.Frob.*1.2 : nuntiauerunt (*uel* nunci-) Π*N*, *cf. c.* 6. 2 *adn.* 3 se *PCAN.ald.* : *om. RMBD*θ Massiliensibus (mans- *B*) Π*N* (-ll- *N*) : massiliensium θ

In locum M. Marcelli P. Aelius Paetus augur creatus inauguratusque, et Cn. Cornelius Dolabella rex sacrorum inauguratus est in locum M. Marci qui biennio ante mortuus erat. Hoc eodem anno et lustrum conditum est a censori- 6 bus P. Sempronio Tuditano et M. Cornelio Cethego. Censa 7 ciuium capita centum triginta septem milia centum octo, minor aliquanto numerus quam qui ante bellum fuerat. Eo 8 anno primum ex quo Hannibal in Italiam uenisset comitium tectum esse memoriae proditum est, et ludos Romanos semel instauratos ab aedilibus curulibus Q. Metello et C. Seruilio. Et plebeiis ludis biduum instauratum a C. Mamilio et M. 9 Caecilio Metello aedilibus plebis; et tria signa ad Cereris iidem dederunt; et Iouis epulum fuit ludorum causa.

Consulatum inde ineunt C. Claudius Nero et M. Liuius 10 iterum, qui quia iam designati prouincias sortiti erant, praetores sortiri iusserunt. C. Hostilio iurisdictio urbana euenit; 11 addita et peregrina, ut tres in prouincias exire possent. A. Hostilio Sardinia, C. Mamilio Sicilia, L. Porcio Gallia euenit. Summa legionum trium et uiginti ita per prouincias diuisa: 12 binae consulum essent, quattuor Hispania haberet, binas

5 P. Aelius *Sigonius ex* 41. 21. 8: l. aquilius (aquibus *B*) πB^2N: prefectus aquilius θ 7 cxxxvii milia centum octo (*uel* c et viii) Π*N*θ *Edd.*, *uix recte*, *cf. cum Madv. Perioch. libri* 20 *et* 29. 37. 6 9 plebeiis (*uel* -beis) ludis Π*N*θ*ald.Frob.*1.2: plebei ludi A^x (*an* A^1*?*), *qui* instaurati (*pro* -tum) *praebet*, *sed cf. e.g.* 31. 4. 5 aedilibus *ald. Frob.*1.2: aed. π: ed˘ *DK*: ed *AN*: ede *J* iidem (*sed* eid-) N^4 *uel* N^2 (*fort.* idem N^2: eidem N^4): fidem Π*N*: edem (*uel* ae-) A^7θ*ald. Frob.*1.2 dederunt ΠN^2θ: dedertur *N* (*mox* epulum N^2: sep- *N*) fuit πA^7N^4θ*ald.*: *om. AN* 10 qui quia iam *Vat ald.Frob.*1.2: qui quia Π*N*: quippe iam θ: qui paria iam (*ut uid.*) N^4 *ut s. l.* 11 iurisdictio N^4θ*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*, *fort. recte, cf. e.g.* 29. 13. 2 ut tres C^4 *uel* $C^2B^2A^7$θ*ald.Frob.*1.2: ui tres π: ut res CM^1B *AN*; *non intellexit Luchs lectionem ab* N^4 *profectam*; *hic enim supra* ut *add. ut s. l.* iii, *i.e. uel* tres (*pro* ut res) *uel* tres ut, *quod ipse legere malim* in Π*N.ald.*: *om.* θ A. Π*N.ald.*, *cf. c.* 35. 1: *om.* θ (*qui et* L *sq. om.*) 12 per prouincias PN^4: prouincie *N* diuisa: binae *Sp?*A^7N^4 (-ne) *ut s. l.* (*sed* diuisas N^7) *Frob.*2: diuisa ut binae *ald.*, *sed cf. e.g. c.* 22. 3; 28. 10. 10: dimissa (-se *AN*) ut unae (*uel* -ne: uni M^5) Π*N*.

13 tres praetores, in Sicilia et Sardinia et Gallia, duas C. Teren-
tius in Etruria, duas Q. Fuluius in Bruttiis, duas Q. Claudius
circa Tarentum et Sallentinos, unam C. Hostilius Tubulus
14 Capuae; duae urbanae ut scriberentur. Primis quattuor
legionibus populus tribunos creauit: in ceteras consules
miserunt.

37 Priusquam consules proficiscerentur nouendiale sacrum
2 fuit quia Veiis de caelo lapidauerat. Sub unius prodigii, ut
fit, mentionem alia quoque nuntiata: Minturnis aedem Iouis
et lucum Maricae, item Atellae murum et portam de caelo
3 tactam; Minturnenses, terribilius quod esset, adiciebant
sanguinis riuum in porta fluxisse; et Capuae lupus nocte
4 portam ingressus uigilem laniauerat. Haec procurata hostiis
maioribus prodigia et supplicatio diem unum fuit ex decre-
to pontificum. Inde iterum nouendiale instauratum quod
5 in Armilustro lapidibus uisum pluere. Liberatas religione
mentes turbauit rursus nuntiatum Frusinone natum esse
infantem quadrimo parem nec magnitudine tam mirandum
quam quod is quoque, ut Sinuessae biennio ante, incertus
6 mas an femina esset natus erat. Id uero haruspices ex
Etruria acciti foedum ac turpe prodigium dicere: extorrem

12 et (Sardinia) *J*: in Π*N.ald.Frob.*1.2: *om. K* 13 in Bruttiis, duas Q. Claudius $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*, *cf. c.* 35. 2 *et* 26. 51. 8 *adn.* C. (Hostil.) Π*N*, *cf. c.* 6. 12: gn̄. θ 14 in N^1 *uel* $N^2\theta$*ald.Frob.*1.2: ut in Π*N*, *cf. c.* 8. 7 *adn.*

37 2 ut Π*N*: uti θ Minturnis aedem $C^4A^7N^2\theta$, *cf.* 8. 10. 9 *adn. et It. Dial. p.* 284: menturni saedem (*uel* se-) Π*N* (*sed* mint- *AN*); *scribit* ment- *P fere semper ut in* § 3 *et c.* 38. 4 tactam *CDN uel* N^2 *uel* $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: tacta π*N? sed cf. e.g. c.* 23. 3 3 Minturnenses] *u.* § 2 nocte Π*N.ald.Frob.*1.2: *om. Sp*θ, *fort. recte* 4 fuit *Sp?*θ*Frob.*2: fuit ut Π*N*, *cf. cc.* 36. 14 *et* 8. 7 *adnn.* inde *PSpFrob.*2: *om. ald.* Armilustro Π(*C?*)*N*: armilustrio $A^7N^1\theta$: alio lustro C^4 5 Frusinone natum $A^7N^4\theta$*ald. Frob.*1.2 (*sed* Fr. inf. nat. esse *Edd. hi*): *om.* Π*N* (*post* -atum), *cf.* 26. 51. 8 *adn.* esse infantem θ: infantem esse Π*N*; *rectum, ut et in c.* 34. 3 (ante), *hic ordinem praebent* θ, *qui tamen ut uid. saepissime prauatum. Cf. e.g. cc.* 1. 2; 1. 10; 6. 5; 6. 12; 15. 6; 19. 2; 20. 3; 30. 5; 32. 7; 33. 2; 41. 2; 42. 2; 30. 3. 4; 30. 3. 8; 30. 19. 12; 30. 21. 2; 30. 26. 5; 30. 28. 6; 30. 34. 11; 30. 35. 9; 30. 38. 5; 30. 40. 14. *Cf. etiam* 26. 5. 17 *adn., et de P cf.* 28. 2. 15 *adn.* 6 extorrem *AN*θ: extorre π, *cf.* § 2 *et* 26. 41. 12 *adn.*: extollere J^1 *ut s. l.*

agro Romano, procul terrae contactu, alto mergendum. Viuum in arcam condidere prouectumque in mare proiecerunt. Decreuere item pontifices ut uirgines ter nouenae 7
per urbem euntes carmen canerent. Id cum in Iouis Statoris aede discerent conditum ab Liuio poeta carmen, tacta de caelo aedis in Auentino Iunonis reginae; prodi- 8
giumque id ad matronas pertinere haruspices cum respondissent donoque diuam placandam esse, aedilium curulium 9
edicto in Capitolium conuocatae quibus in urbe Romana intraque decimum lapidem ab urbe domicilia essent, ipsae inter se quinque et uiginti delegerunt ad quas ex dotibus stipem conferrent; inde donum peluis aurea facta lataque 10
in Auentinum, pureque et caste a matronis sacrificatum.

Confestim ad aliud sacrificium eidem diuae ab decem- 11
uiris edicta dies, cuius ordo talis fuit. Ab aede Apollinis boues feminae albae duae porta Carmentali in urbem ductae; post eas duo signa cupressea Iunonis reginae portabantur; 12
tum septem et uiginti uirgines, longam indutae uestem, 13
carmen in Iunonem reginam canentes ibant, illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingeniis, nunc abhorrens et inconditum si referatur; uirginum ordinem sequebantur decemuiri coronati laurea praetextatique. A porta Iugario uico in 14
forum uenere; in foro pompa constitit et per manus reste data uirgines sonum uocis pulsu pedum modulantes incesserunt. Inde uico Tusco Velabroque per bouarium forum 15

6 condidere Π*N.ald.* : condiderunt *θ* 7 discerent *B*ʳ*A*⁶ *fort.* *N*²*ald.Frob.*1.2 : discederent (-cerner- *N*⁴)Π(dec- *C* : desc- *C*²)*N*, *cf. c.* 20. 8 *adn.* : di-(*uel* de-)scenderent *θ* conditum Π*N* : creditum *J* : editum *K* aedis Π, *cf.* 26. 27. 4 *adn.* : edis *AN* : edes *θ* 8 ad *CM*⁷*ANθ* : *om.* π (*post* id) 9 curulium (-ulum *Vat*) edicto *Vat*¹ *ald.* : cur (cur. *CB*²*K*) edicto Π(*A?*)*θ* : curus edito *N* : cure dicto *N*⁴ 10 pureque et caste *SpθFrob.*2 : pure (-rę *M*) casteque (-tęq. *MB*¹ : -taq. *BN*) Π*N.ald.* a Π*N.ald.* : *om. θ* sacrificatum Π*N* (-ta *θ*) 13 inconditum *PN* (incred- *N*⁴ *ut s. l. uel potius N*⁹) 14 constitit et *Sp?θFrob.*2 : constitet *P RM* : constitit *CM*²*A*⁷*ald.* : consistet *BDAN* (-ens *AN*) : conspicit et *N*⁴ *ut s. l.* (*quae fort.* conspicitur *debuit esse*) incesserunt *A*⁷ *N*²*θ* (interc- Π*N*, *cf.* § 7 *et c.* 20. 8 *adn.*) 15 bouarium Π*N*²*?* (-reum *N*)*θ*, *cf.* 10. 23. 3 · 29. 37. 2 *adnn.* (*sed* boa- *P in* 21. 62. 3)

in cliuum Publicium atque aedem Iunonis reginae perrectum.
Ibi duae hostiae ab decemuiris immolatae et simulacra
cupressea in aedem inlata.

38 Deis rite placatis dilectum consules habebant acrius in-
tentiusque quam prioribus annis quisquam meminerat habi-
2 tum; nam et belli terror duplicatus noui hostis in Italiam
aduentu et minus iuuentutis erat unde scriberent milites.
3 Itaque colonos etiam maritimos, qui sacrosanctam uacatio-
nem dicebantur habere, dare milites cogebant. Quibus
recusantibus edixere in diem certam ut quo quisque iure
4 uacationem haberet ad senatum deferret. Ea die ad sena-
tum hi populi uenerunt, Ostiensis Alsiensis Antias Anxur-
nas Minturnensis Sinuessanus, et ab supero mari Senensis.
5 Cum uacationes suas quisque populus recitaret, nullius cum
in Italia hostis esset praeter Antiatem Ostiensemque uacatio
obseruata est; et earum coloniarum iuniores iure iurando
adacti supra dies triginta non pernoctaturos se extra moenia
coloniae suae donec hostis in Italia esset.

6 Cum omnes censerent primo quoque tempore consulibus
eundum ad bellum—nam et Hasdrubali occurrendum esse
descendenti ab Alpibus ne Gallos Cisalpinos neue Etruriam
7 erectam in spem rerum nouarum sollicitaret, et Hannibalem
suo proprio occupandum bello ne emergere ex Bruttiis atque

15 Publicium π*R*^{2}*NSp?Frob.*2 : publicum *Rθald.*
38 1 annis *C*^{2}*M*^{2} *uel M*^{7}*BDANθ*: anno π (*sed* priorib. *M*: priori *M*^{1}: -ris *M*^{2} *uel M*^{7}) 2 iuuentutis Π*N*: inuentum *θ* 3 quisque . . . populi (§ 4)] *om. D* 4 uenerunt Π*N* (adu- *θ*) Anxurnas *Pθ, cf. It. Dial. p.* 274 : anxuras (-roas *C* : -rias *B*) Π^2*N* *post* Minturnensis (*u. c.* 37. 2 *adn.*) *add.* π alsiensis : *hic nesciunt ANθ* 5 se Π*N.ald.* : se esse *Sp?θFrob.*2, *sed cf. Frigell Prolegom. in Lib.* 23 *pp. liv–lv, qui ex i*^{ma} *et iii*^{a} *decade citat Infinitiui Futuri* (*a*) *xvii exempla ubi pronomine adiuncto deest* esse (*e.g. c.* 28. 14), (*b*) *duo tantum exx.* (22. 50. 4 *et* 28. 23. 6, *sed hic om. et* esse *θ*, *quos sequimur*) *ubi* esse *adiuncto deest* se ; *idem amplius lxx locos Liuianos se repperisse dicit ubi desunt et* esse *et* se. (*Vide 'Making of Latin' p.* 128.) *De Infinitiuo aliorum temporum sine pronomine a Liuio usurpato cf. Frigell ib. pp. xlvii–liv et u.* 26. 48. 13 *adn.* 6 Alpibus *CB*^{2}*DA N*^{1}*θ* : altibus π*N* (alit- *N*), *cf. c.* 15. 11 *adn.* : aptibus *B* 7 emergere Π*N* (-ret *N*^{9}*θ*)

obuiam ire fratri posset—, Liuius cunctabatur parum fidens
suarum prouinciarum exercitibus: collegam ex duobus 8
consularibus egregiis exercitibus et tertio cui Q. Claudius
Tarenti praeesset electionem habere; intuleratque mentio-
nem de uolonibus reuocandis ad signa. Senatus liberam 9
potestatem consulibus fecit et supplendi unde uellent et
eligendi de omnibus exercitibus quos uellent permutandique
ex prouinciis quos e re publica censerent esse traducendos.
Ea omnia cum summa concordia consulum acta. Volones 10
in undeuicensimam et uicensimam legiones scripti. Magni 11
roboris auxilia ex Hispania quoque a P. Scipione M. Liuio
missa quidam ad id bellum auctores sunt, octo milia Hispa-
norum Gallorumque et duo milia de legione militum, equi-
tum mille octingentos mixtos Numidas Hispanosque; M. 12
Lucretium has copias nauibus aduexisse; et sagittariorum
funditorumque ad tria milia ex Sicilia C. Mamilium
misisse.

Auxerunt Romae tumultum litterae ex Gallia allatae ab 39
L. Porcio praetore: Hasdrubalem mouisse ex hibernis et 2
iam Alpes transire; octo milia Ligurum conscripta armataque
coniunctura se transgresso in Italiam esse nisi mitteretur in

8 collegam . . . exercitibus] *om. K* 9 permutandique Π*Nθ* (*cf. Cic. ad Att.* 15. 15. 4): permutandique et *Aldus Madv.* (*u. sqq.*) quos (e) π*Nθald.*: quo *Madv., optime* (*cf.* 26. 40. 14 *adn.*), *nisi quod duae corruptelae statuendae sunt* traducendos *scripsimus* (-cendi Π*Nθ Edd.*) 10 Ea A^7N^4 *uel* $N^9\theta$*ald.*: *om.* Π*N* Volones *PC* M^2 *uel* $M^7A^7N^4$ *ut s. l. θ*: uoles *P*, *cf. c.* 1. 11 *adn.*: uolens *RMBDA N* 11 Magni roboris $CM^2AN^4\theta$: magni roris π (*sed* magni | roris *P*, *ad init. lineae spatio ii litt. ob pergamenae uitium relicto*), *cf.* § 10: ma gnoris *N* a P. Scipione M. *P*(ap̄)*C*(*sed* -onem): a p. scipione $C^x\theta$*ald.*: apud scipionem *RMBDAN* et (duo) Π*N ald. Frob.* 1.2: ad *Sp?*$N^4\theta$, *fort. recte* mille octingentos *Sp? Ber. ald.* (*add.* ad *ante* mille *Frob.* 2, *non cum Rhen.*): ∞ *PCR*: x (*uel* x̄) R^1*MBDAN* (*cf. F. W. Shipley, Trans. Am. Phil. Ass. xxxiii*, 1902, *p.* 45 *sq.*): mille x (*uel* decem) *θ* 12 aduexisse *Sp?*N^4 *ut s. l θ*: adduxisse Π*N. ald.* ∞ ∞ ∞ PCR^xB^2: xxx *RMBDAN*: quattuor milia $A^7\theta$*ald. Frob.* 1.2

39 1 allatae Π*N* (-te): misse *θ* Porcio *BD*(-tio)*ANθ*: populo π 2 mouisse Π*NθEdd.*, *cf. e.g.* § 5; *c.* 40. 11; 10. 4. 9 *adn.*

Ligures qui eos bello occuparet; se cum inualido exercitu
3 quoad tutum putaret progressurum. Hae litterae consules raptim confecto dilectu maturius quam constituerant exire in prouincias coegerunt ea mente ut uterque hostem in sua prouincia contineret neque coniungi aut conferre in unum
4 uires pateretur. Plurimum in eam rem adiuuit opinio Hannibalis quod, etsi ea aestate transiturum in Italiam fratrem crediderat, recordando quae ipse in transitu nunc Rhodani nunc Alpium cum hominibus locisque pugnando per quin-
5 que menses exhausisset, haudquaquam tam facilem maturumque transitum exspectabat; ea tardius mouendi ex
6 hibernis causa fuit. Ceterum Hasdrubali et sua et aliorum spe omnia celeriora atque expeditiora fuere. Non enim receperunt modo Aruerni eum deincepsque aliae Gallicae
7 atque Alpinae gentes, sed etiam secutae sunt ad bellum; et cum per munita pleraque transitu fratris quae antea inuia fuerant ducebat, tum etiam duodecim annorum adsuetudine peruiis Alpibus factis inter mitiora iam transibant hominum
8 ingenia. Inuisitati namque antea alienigenis nec uidere ipsi aduenam in sua terra adsueti, omni generi humano insociabiles erant; et primo ignari quo Poenus pergeret suas rupes suaque castella et pecorum hominumque prae-
9 dam peti crediderant; fama deinde Punici belli quo duodecimum annum Italia urebatur satis edocuerat uiam tantum Alpes esse; duas praeualidas urbes magno inter se maris terrarumque spatio discretas de imperio et opibus certare.

3 exire in M^7A^7 *uel* $A^8N^4\theta$: exire ad *C*: exiret (-re B^xAN) πN prouincias (*uel* -ti-) $\pi A^7N^4\theta$: *om.* *AN* ut uterque $N^4\theta$: utrique πN^1 : utrique (uterq̇ *A*) c̄ *AN* conferre Π*N* : conferri N^1 *uel* N^4 *ut s. l.* θ 5 maturumque $A^7N^4\theta$: aturumque π : atrumque *MBDA?N* 6 aliae Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* *Sp*θ 7 ducebat MN^4 *uel* $N^3\theta$: ducebant πN, *cf. c.* 17. 4 *adn.* transibant Π*N* : transibat θ*ald.Frob.*1.2 8 insociabiles $N^4\theta$*Frob.*2 : insociales Π*N.ald.*. *cf. c.* 1. 11 *adn.* 9 Italia A^7N^4 *ab* N^7 *rescriptus* θ : *om.* Π*N*

Hae causae aperuerant Alpes Hasdrubali. Ceterum quod 10
celeritate itineris profectum erat, id mora ad Placentiam dum 11
frustra obsidet magis quam oppugnat corrupit. Crediderat 12
campestris oppidi facilem expugnationem esse, et nobilitas coloniae induxerat eum, magnum se excidio eius urbis
terrorem ceteris ratum iniecturum. Non ipse se solum ea op- 13
pugnatione impediit, sed Hannibalem post famam transitus eius tanto spe sua celeriorem iam mouentem ex hibernis
continuerat, quippe reputantem non solum quam lenta ur- 14
bium oppugnatio esset sed etiam quam ipse frustra eandem illam coloniam ab Trebia uictor regressus temptasset.

Consules diuersis itineribus profecti ab urbe uelut in duo **40**
pariter bella distenderant curas hominum, simul recordantium quas primus aduentus Hannibalis intulisset Italiae
clades, simul cum illa angeret cura, quos tam propitios urbi 2
atque imperio fore deos ut eodem tempore utrobique res publica prospere gereretur? adhuc aduersa secundis pen-
sando rem ad id tempus extractam esse. cum in Italia ad 3
Trasumennum et Cannas praecipitasset Romana res, pro-
spera bella in Hispania prolapsam eam erexisse; postea, 4
cum in Hispania alia super aliam clades duobus egregiis ducibus amissis duos exercitus ex parte delesset, multa secunda in Italia Siciliaque gesta quassatam rem publicam

12 ratum Π*N.ald.* : *om.* N^3 *uel* $N^4\theta$*Frob.2*. *De uocibus uel syllabis in Sp omissis cf. e.g. c.* 50. 2 *et* 9; 28. 18. 2 *et* 8; 28. 21. 5; 28. 22. 2 *et* 12; 28 29. 4 *et* 5; 28. 35. 7; 29. 2. 9; 29. 6. 2; 30. 1. 5; 30. 11. 1; 30. 38. 11 13 ipse se *Sp?*N^3 *uel* $N^4\theta$*Frob.2* : ipse *PRM* : ipsum *CBDAN.ald.* oppugnatione *Sp?*$N^4\theta$ (*sed* imp- N^4J) : oppugnatio Π*N* (*quod fort. cum* ipsum *malis*) impediit *Sp*M^7 *K* : impedit Π*NJ*, *fort. recte*, *cf. c.* 5. 9 *adn.* celeriorem Π$N\theta$ (-ris M^7, *Luchs* 1879 *p. cxxxiii ex* §§ 5, 6, 10)

40 2 ut $P^2CA^7N^3\theta$: urbit *P* : *om. RMBDAN* utrobique $R^2MBDAN\theta$, *cf. Neue-Wagener II p.* 660 *et e.g.* 10. 39. 4 : utrubique *PCR* adhuc Π*N* : *om.* θ pensando rem $A^v\theta$: pensandorum π : pendorum *BD* (peno- B^2N) : pensando M^5A^7 (pends-) 3 erexisse πA^vK : rexisse N^3J : exisse *BDAN* 4 duos $C^4N^4\theta$: duobus Π (*et* exercitus *in* -tibus *mutauit* M^7) : duo *N* multa Π*N.ald.* : *om.* θ*Frob.2* quassatam rem A^x(quas satam rem *A*)$N^2\theta$: quassata rem *PCR*, *cf.* 26. 41. 12 *adn.*: quas p̄ satarem R^1MBD : quas satarem *N*

5 excepisse; et ipsum interuallum loci, quod in ultimis terra-
rum oris alterum bellum gereretur, spatium dedisse ad respi-
6 randum. nunc duo bella in Italiam accepta, duo celeberrimi
nominis duces circumstare urbem Romanam, et unum in
locum totam periculi molem, omne onus incubuisse. qui
eorum prior uicisset, intra paucos dies castra cum altero
7 iuncturum. Terrebat et proximus annus lugubris duorum
consulum funeribus. His anxii curis homines digredientes
8 in prouincias consules prosecuti sunt. Memoriae proditum
est plenum adhuc irae in ciues M. Liuium ad bellum pro-
ficiscentem monenti Q. Fabio ne priusquam genus hostium
cognosset temere manum consereret, respondisse ubi pri-
9 mum hostium agmen conspexisset pugnaturum. Cum
quaereretur quae causa festinandi esset, 'Aut ex hoste egre-
giam gloriam' inquit 'aut ex ciuibus uictis gaudium meri-
tum certe, etsi non honestum, capiam'.

10 Priusquam Claudius consul in prouinciam perueniret per
extremum finem agri † Larinatis ducentem in Sallentinos
exercitum Hannibalem expeditis cohortibus adortus C.
Hostilius Tubulus incomposito agmini terribilem tumultum
11 intulit; ad quattuor milia hominum occidit, nouem signa
militaria cepit. Mouerat ex hibernis ad famam hostis Q.

5 loci Π*NK*: locis A^7?*J* 6 Italiam Π*NFrob.*2: italia A^5?N^3 *θald.* paucos dies castra $A^7N^4θ$: *om.* Π*N*, *linea xvi litt. ob.* -tra | -tra *perdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* 7 anxii π*Nθ*: an duodecim *C*, *cf.* 26. 51. 2 *adn.* digredientes (*uel* -tis) πB^2A^7N *uel* N^1 (degr- *BDAN*^{1} *uel N*: ingr- *θ*: egr- N^2) prouincias A^7*θald.*: prouinciam Π*N*. *Cf.* (-m *pro* -s) 26. 1. 4; 26. 24. 2; 27. 26. 12; 27. 43. 1; 28. 24. 14; 28. 34. 4; 29. 17. 10; 29. 19. 7 *al.* (*de* -s *pro* -m *u. c.* 17. 1 *adn.*) 8 proditum est $P^2CM^{10}A^v$ *uel* $A^5θ$: proditum | st *P*: proditum sed *RMBDAN* (pr. est sed A^7?N^2) cognosset π *SpFrob.*2: cognouisset *MD*: nosset *AN.ald.*: cognosceret *θ* 10 perueniret *SpθFrob.*2: ueniret Π*N.ald.* Larinatis P^1 *ut uid. θ*: laritanis π: laritani *BAN*: lartiani N^1: larinati N^3: Vriatis *Madv.* (*cf. fort. Mela* 2. 4): *defendit* Larinatis *S. M. Furness* (*Class. Review Tom. xxxiv p.* 167 *sq.*) *uoces* per ... Larinatis *cum* pr. Claudius ... perueniret *coniungens*, *non cum* ducentem; *sed hoc, ut alia taceamus, ob verborum ordinem nobis displicet* incomposito $C^2M^{10}A^7$ $N^3θ$: in (*uel* im-) posito π*N* (*cf. c.* 1. 11 *adn.*) agmini *Frob.*2: agmine Π*Nθald.*

Claudius, qui per urbes agri Sallentini castra disposita habe-
bat. Itaque ne cum duobus exercitibus simul confligeret 12
Hannibal nocte castra ex agro Tarentino mouit atque in
Bruttios concessit. Claudius in Sallentinos agmen conuertit, 13
Hostilius Capuam petens obuius ad Venusiam fuit consuli
Claudio. Ibi ex utroque exercitu electa peditum quadra- 14
ginta milia, duo milia et quingenti equites, quibus consul
aduersus Hannibalem rem gereret: reliquas copias Hostilius
Capuam ducere iussus ut Q. Fuluio proconsuli traderet.

Hannibal undique contracto exercitu quem in hibernis **41**
aut in praesidiis agri Bruttii habuerat, in Lucanos ad Gru-
mentum uenit spe recipiendi oppida quae per metum ad
Romanos defecissent. Eodem a Venusia consul Romanus 2
exploratis itineribus contendit et mille fere et quingentos
passus castra locat ab hoste. Grumenti moenibus prope 3
iniunctum uidebatur Poenorum uallum; quingenti passus
intererant. Castra Punica ac Romana interiacebat campus: 4
colles imminebant nudi sinistro lateri Carthaginiensium,
dextro Romanorum, neutris suspecti quod nihil siluae neque
ad insidias latebrarum habebant. In medio campo ab sta- 5
tionibus procursantes certamina haud satis digna dictu
serebant. Id modo Romanum quaerere apparebat ne abire
hostem pateretur: Hannibal inde euadere cupiens totis
uiribus in aciem descendebat. Tum consul ingenio hostis 6

13 obuius Π*N*, *cf. c.* 51. 1 *adn.*: obuiam θ   fuit Π*N*: fit N^4 *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2, *pari iure*   14 electa CR^1N^4*ald.*: electu *PR*: electo *M*: electi *BDAN*: lecta A^7 *uel* A^6θ   quadraginta Π*N*: quattuor θ   duo milia *Vat ald.Frob.*1.2: duo d N^4: duo A^7 *uel* A^6θ: *om.* Π*N*   et quingenti A^7N^4J*ald.Frob.*1.2: et xx *K*: et Π (*A?*)*N*; *cf.* 29. 28. 10 *adn.*   rem N^3θ: *om.* Π*N*: bellum A^v

41 1 in (praesidiis) Π*N*: *om.* θ   2 mille (*uel* ∞) *PCR* (*hic saltem siglum* ∞ *imitatus*) A^7N^3θ: x *MBDAN*   castra . . . passus (§ 3)] *om.* *D*   locat ab hoste π*N*: ab hoste (urbe *J*) locat θ*ald.Frob.*1.2, *fort. recte, sed cf. c.* 37. 5   3 iniunctum π*N*: iunctum (*uel* uinct-) M^2A^7θ*ald.Frob.*1.2   4 neutris *Frob.* 2: neutri Π*N*θ*ald.* latebrarum Π(*A et* A^x)*N*: latebrosum A^7 *uel* A^8θ   5 apparebat *PC*θ: appetebat (-per- *R*) R^2*MBDAN* (*sed* ape- N^1: atpe- *N*) euadere A^7N^4θ: *om.* Π*N* (*sed* hannibale *PRMN*: *corr.* $P^xM^1N^4$)

usus, quo minus in tam apertis collibus timeri insidiae pot-
erant, quinque cohortes additis quinque manipulis nocte
iugum superare et in auersis collibus considere iubet:
7 tempus exsurgendi ex insidiis et adgrediendi hostem Ti.
Claudium Asellum tribunum militum et P. Claudium prae-
8 fectum socium edocet, quos cum iis mittebat. Ipse luce
prima copias omnes peditum equitumque in aciem eduxit.
Paulo post et ab Hannibale signum pugnae propositum est
clamorque in castris ad arma discurrentium est sublatus;
inde eques pedesque certatim portis ruere ac palati per
9 campum properare ad hostes. Quos ubi effusos consul
uidet, tribuno militum tertiae legionis C. Aurunculeio im-
perat ut equites legionis quanto maximo impetu possit in
10 hostem emittat: ita pecorum modo incompositos toto
passim se campo fudisse ut sterni obterique priusquam
instruantur possint.

42 Nondum Hannibal e castris exierat cum pugnantium cla-
morem audiuit; itaque excitus tumultu raptim ad hostem
2 copias agit. Iam primos occupauerat equestris terror;
peditum etiam prima legio et dextra ala proelium inibat.
Incompositi hostes, ut quemque aut pediti aut equiti casus
3 obtulit, ita conserunt manus. Crescit pugna subsidiis et
procurrentium ad certamen numero augetur; pugnantesque

6 quo Π*N*θ *Edd.*: qua *Thoresby Jones, sed ellipsis defendi potest ex* 23. 15. 14 cohortes *KFrob.*2: cohortibus Π*NJ.ald., sed cf. c.* 2. 8 *adn.* collibus (considere) Π*N*: uallibus $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 7 adgrediendi (*uel* aggr-) $N^4\theta$: adgredi (*uel* aggr-) Π*N* (agr-), *cf. c.* 1. 11 *adn.* 8 Ipse $C^4M^2BDAN\theta$: ipsis π, *cf. c.* 3. 2. *adn.* eduxit Π*N*: duxit θ, *cf. cc.* 32. 7; 42. 8 clamorque . . . est] *om. N*: *supplet* N^4 ruere *CBDAN*θ: uere *PRM* 9 uidet πM^2 *N.ald.Frob.*1.2: uide *RM*: uidit θ; *cf. c.* 5. 9 *adn.* possit Π *N Edd.*: posset θ 10 se campo Π*N*θ*ald.*: campo se *Frob.*2: se campos N^3 *uel* N^4 (*qui fort.* campo se *ut s. l. uoluit*) fudisse Π*N.ald. Frob.*1.2: effudisse A^7 *uel* A^vN^4 *uel* N^3(*sed* efu-, *u. adn. praec.*)θ obterique (opt- *PC*) π$R^2N\theta$*ald.Frob.*1.2: opteneriquae *R*: operique *Sp*

42 1 excitus PCN^2K: exercitus *RMBDANJ* 2 equestris A^7N^4 *uel* $N^3\theta$*Frob.*2: eques πR^1: equites RC^4*ald.*: equester *Salmasius, non male et ob omissionem Puteani defendendum, sed hac forma Ciceroniana in formulis uet. tantum* (*cf. e.g.* 5. 7. 5) *uti uidetur Liuius* prima legio πB^2*N.ald.*: legio *B*: legio prima θ, *cf. c.* 37. 5. *adn.*

—quod nisi in uetere exercitu et duce ueteri haud facile est—inter tumultum ac terrorem instruxisset Hannibal, ni 4
cohortium ac manipulorum decurrentium per colles clamor ab tergo auditus metum ne intercluderentur a castris iniecisset. Inde pauor incussus et fuga passim fieri coepta est; 5
minorque caedes fuit, quia propinquitas castrorum breuiorem fugam perculsis fecit. Equites enim tergo inhaerebant; 6
in transuersa latera inuaserant cohortes secundis collibus uia nuda ac facili decurrentes. Tamen supra octo milia 7
hominum occisa, [supra] septingenti capti; signa militaria nouem adempta; elephanti etiam, quorum nullus usus in repentina ac tumultuaria pugna fuerat, quattuor occisi, duo capti. Circa quingentos Romanorum sociorumque uictores 8
ceciderunt.

Postero die Poenus quieuit: Romanus, in aciem copiis eductis postquam neminem signa contra efferre uidit, spolia legi caesorum hostium et suorum corpora conlata in unum sepeliri iussit. Inde insequentibus continuis diebus aliquot 9
ita institit portis ut prope inferre signa uideretur, donec 10
Hannibal tertia uigilia crebris ignibus tabernaculisque quae pars castrorum ad hostes uergebat et Numidis paucis qui in uallo portisque se ostenderent relictis profectus Apuliam petere intendit. Vbi inluxit, successit uallo Romana acies, 11

3 duce ueteri N^3 *uel* N^4, *cf.* 10. 2. 14: duci ueteri Π*N.ald.*: duce uetere $A^7N^5\theta$*Frob.*2 4 decurrentium $C^4A^7N^4$ *ut s. l.* θ: decursū (*uel* -sum) Π*N* a $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* (*non male, sed cum de loco agitur* intercludo ab *Liuianum est*) 6 tergo inhaerebant (*uel* -her- *uel* -er-) Π*N et* (*sed* in t. inh.) *ald Frob.*1.2: in tergo habebant N^4 *ut s. l.* θ 7 supra septingenti *PK* (*cf. Neue-Wagener II p.* 926): supra septingentos *Edd., cf. c.* 14. 14 *et* 30. 6. 9: *seclusimus* supra 8 circa quingentos (*sed* d) *PC*: circa π^2N: et circa *Sp ut uid.* $N^4\theta$*ald.*: et cccc A^v: et tres *Rhen.*: *om. Frob.*1.2 uictores ΠNJ^x *ut s. l. K*: ductores *Sp ut uid. J.ald.*: ducenti *Frob.*1.2 eductis *Sp?*$A^7\theta$*Frob.*2: ductis Π*N*, *cf. c.* 41. 8 uidit Π*N*: uidet N^5 *uel* N^4 *ut s. l.* θ 9 continuis diebus Π*N Edd.*: diebus continuis θ: *malim ipse* continuis *secludere*, *cf. c.* 34. 3 *adn.* 10 ostenderent M^2 *uel* $M^7A^7\theta$: ostenderunt Π (-rat *N*: -ret N^5), *cf.* 22. 36. 3 *et* 30. 33. 3 *adnn.* 11 inluxit (*uel* ill-) Π$N\theta$: luce N^4 *ut s. l.*

et Numidae ex composito paulisper in portis se ualloque
ostentauere, frustratique aliquamdiu hostes citatis equis
12 agmen suorum adsequuntur. Consul ubi silentium in
castris et ne paucos quidem qui prima luce obambulauerant
parte ulla cernebat, duobus equitibus speculatum in castra
praemissis postquam satis tuta omnia esse exploratum est,
13 inferri signa iussit; tantumque ibi moratus dum milites ad
praedam discurrunt receptui deinde cecinit multoque ante
14 noctem copias reduxit. Postero die prima luce profectus
magnis itineribus famam et uestigia agminis sequens haud
15 procul Venusia hostem adsequitur. Ibi quoque tumultuaria
pugna fuit; supra duo milia Poenorum caesa. Inde noctur-
nis montanisque itineribus Poenus ne locum pugnandi daret
16 Metapontum petiit. Hanno inde—is enim praesidio eius
loci praefuerat—in Bruttios cum paucis ad exercitum
nouum comparandum missus: Hannibal copiis eius ad suas
additis Venusiam retro quibus uenerat itineribus repetit at-
17 que inde Canusium procedit. Nunquam Nero uestigiis hos-
tis abstiterat et Q. Fuluium, cum Metapontum ipse proficisce-
retur, in Lucanos ne regio ea sine praesidio esset arcessierat.

43 Inter haec ab Hasdrubale postquam a Placentiae
obsidione abscessit quattuor Galli equites, duo Numidae
cum litteris missi ad Hannibalem cum per medios hostes
2 totam ferme longitudinem Italiae emensi essent, dum Meta-

11 hostes R^1*MBDAN.ald.* : hostis *C* (*iure, sed cf. Praef.* § 30) : liostis *PR*, *cf. c.* 44. 10 : hostem *θFrob.*2, *fort. recte* 12 paucos Π*Nθ ald.Frob.*1.2 : passus *SpN*^{4} *ut s. l.* : ipsos *Rhen.* 14 prima luce Π*NEdd.* : luce prima *θ*, *cf. c.* 37. 5 *adn.* 15 duo milia] ∞ ∞ *P CR*^{2} : xx *RMBD* : uiginti milia (*uel* $\overline{\text{xx}}$) *M*^{2}*AN* : tria milia *A*^{v}*θ* caesa Π*N.ald.Frob.*1.2 : caesi *θ* 16 repetit *θald.Frob.*1.2, *cf. c.* 5. 9 *adn.* : repetiit Π*N*, *fort. recte* 17 arcessierat *A*^{1} *uel A*^{7}*N*^{3} *uel N*^{5}(*sed* -ant)*θ*(*sed* accers-) : arcessiebat Π(-sseb- *C*)*N*

43 1 a Placentiae obsidione (*uel* ops-) abscessit (*uel* abc-) Π*N ald.Frob.*1.2 : ad Pl. obsidionem accessit *SpN*^{4} *ut s. l.* *θ* missi ad (a *N*^{x} : ab *B*) Hannibalem π*B*^{2}*N* : ad Hannibalem missi *θald.Frob.*1.2, *cf. c.* 37. 5 *adn.* medios hostes *A*^{7}*θFrob.*2 : mediostenm *P*, *cf. c.* 40. 7 *adn.* : mediostem *P*^{2}*R* : medium hostem *CR*^{2} *MBDN.ald.* : medi | hoste *A*

pontum cedentem Hannibalem sequuntur incertis itineribus
Tarentum delati, a uagis per agros pabulatoribus Romanis
ad Q. Claudium propraetorem deducuntur. Eum primo in- 3
certis implicantes responsis ut metus tormentorum admotus
fateri uera coegit, edocuerunt litteras se ab Hasdrubale ad
Hannibalem ferre. Cum iis litteris, sicut erant, signatis L. 4
Verginio tribuno militum ducendi ad Claudium consulem
traduntur; duae simul turmae Samnitium praesidii causa 5
missae. Qui ubi ad consulem peruenerunt litteraeque lectae
per interpretem sunt et ex captiuis percontatio facta, tum 6
Claudius non id tempus esse rei publicae ratus quo consiliis
ordinariis prouinciae suae quisque finibus per exercitus suos
cum hoste destinato ab senatu bellum gereret—auden- 7
dum ac nouandum aliquid improuisum, inopinatum, quod
coeptum non minorem apud ciues quam hostes terrorem
faceret, perpetratum in magnam laetitiam ex magno metu
uerteret—, litteris Hasdrubalis Romam ad senatum missis 8
simul et ipse patres conscriptos quid pararet edocet; monet
ut cum in Vmbria se occursurum Hasdrubal fratri scribat,
legionem a Capua Romam arcessant, dilectum Romae 9
habeant, exercitum urbanum ad Narniam hosti opponant.
Haec senatu scripta. Praemissi item per agrum Larinatem 10
Marrucinum Frentanum Praetutianum, qua exercitum duc-

2 sequuntur *RMBDANθ* (*uid. e.g. Buck Lat. Gr. p.* 21): sequontur *PC* 5 percontatio *Vatθ*, *cf.* 21. 18. 1 *adn.*: percunctatio Π (-unt- *N*). *Scribit P fere semper* -cunct-, *perperam, ut e.g. in cc.* 50. 9; 51. 3; 28. 25. 5 *al.* 6 *ante* prouinciae *add.* in *Wesenberg, frustra*
7 ac nouandum $A^{7}N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π(*et* A^{x})*N* quod πA^{7} N^{2}*JFrob.*2: ques *B*: q; si *D*: q; sed *AN*: -que quod *K.ald.*
8 pararet Π*N.ald.*: paret *SpθFrob.*2, *sed cf. e.g. c.* 46. 7; 1. 51. 1; 24. 33. 7 *et u. App. II ad Liui lib. II Cantab.* 1901 *editum p.* 189, B (1). *Cf. c.* 17. 14 *adn.* monet ut $A^{7}N^{4}\theta$: ut Π*N.ald.Frob.*1.2, *quod Johnsonio satisfacit, cf. e.g.* § 11 *et* 9. 2. 3: et ut *Duker.* *De temporibus cf. App. II op. c.* 9 senatu *PC*R^{x} (-tus *R*), *cf.* 9. 41. 7: senatui π^{3} C^{1} *uel* $C^{2}N\theta$, *sed codd. bonis antiquiorem formam praebentibus in formulis antiquis obsequimur, cf.* 26. 33. 14 *adn.* 10 item Π*NSp?Frob.*2: inde *θald.* Frentanum π, *cf.* 9. 45. 18 *et It. Dial. p.* 212 (*sed in* 9. 16. 1 Ferent- *ubi ad oppidum potius quam gentem res referenda*): ferentanum $M^{7}BDAN\theta$ Praetutianum *ed. Mog.* 1518, *cf. It. Dial. p.* 450: praetutilanum Π*N* (-tutsta- N^{2} · -turia- *θ*) qua *C*R^{1}*BDANθ*: quae *PRM*

turus erat, ut omnes ex agris urbibusque commeatus para-
tos militi ad uescendum in uiam deferrent, equos iumenta-
que alia producerent ut uehiculorum fessis copia esset.
11 Ipse de toto exercitu ciuium sociorumque quod roboris
erat delegit, sex milia peditum, mille equites; pronuntiat
occupare se in Lucanis proximam urbem Punicumque in
ea praesidium uelle; ut ad iter parati omnes essent.
12 Profectus nocte flexit in Picenum.

Et consul quidem quantis maximis itineribus poterat ad
collegam ducebat, relicto Q. Catio legato qui castris prae-
44 esset. Romae haud minus terroris ac tumultus erat quam
fuerat quadriennio ante cum castra Punica obiecta Romanis
moenibus portisque fuerant. Neque satis constabat animis
2 tam audax iter consulis laudarent uituperarentne; apparebat,
quo nihil iniquius est, ex euentu famam habiturum: castra
prope Hannibalem hostem relicta sine duce cum exercitu
cui detractum foret omne quod roboris, quod floris fuerit;
et consulem in Lucanos ostendisse iter cum Picenum et
3 Galliam peteret, castra relinquentem nulla alia re tutiora
quam errore hostis qui ducem inde atque exercitus partem
4 abisse ignoraret. quid futurum, si id palam fiat et aut in-
sequi Neronem cum sex milibus armatorum profectum
Hannibal toto exercitu uelit aut castra inuadere praedae
5 relicta, sine uiribus, sine imperio, sine auspicio? Veteres
eius belli clades, duo consules proximo anno interfecti terre-
bant: et ea omnia accidisse cum unus imperator, unus
exercitus hostium in Italia esset: nunc duo bella Punica

12 poterat] *post* itin. ΠN.*ald.*, *cf.* 9. 24. 9 *adn.*: *ante* itin. θ*Frob.*2
44 1 haud πθ: non *AN* quadriennio *Glareanus*, *recte nam cf.* 26. *c.* 10: biennio Π*N*θ cum Π*NK*: quam N^4 *uel* N^3 *ut s. l. J* audax iter A^7θ*ald.*: aut audaxter *P* (*cf. e.g.* 26. 2. 7; 26. 11. 12; 26. 22. 6; 26. 33. 3; 28. 19. 8): aut audax iter *C*: aut (ut *BD*) audacter $RMB^2A?N$ 3 inde Π*N*: *om.* θ abisse $Sp?N^3$ *uel* N^4 *ut s. l.* θ*Frob.*2: abesset *PRM*: abesse $\pi^x M^1$ *uel* M^4*N.ald* 5 duo consules $A^7N^4\theta$: dilocos *P* (*i.e.* -il- *pro* -u-): locos π^r B^2N: loco *B*: $\overline{\text{cos}}$ M^7

facta, duos ingentes exercitus, duos prope Hannibales in
Italia esse. quippe et Hasdrubalem patre eodem Hamilcare 6
genitum, aeque impigrum ducem, per tot annos in Hispania
Romano exercitatum bello, gemina uictoria insignem, duo-
bus exercitibus cum clarissimis ducibus deletis. nam itineris 7
quidem celeritate ex Hispania et concitatis ad arma Gallicis
gentibus multo magis quam Hannibalem ipsum gloriari
posse; quippe in iis locis hunc coegisse exercitum quibus 8
ille maiorem partem militum fame ac frigore, quae miserri-
ma mortis genera sint, amisisset. Adiciebant etiam periti 9
rerum Hispaniae haud cum ignoto eum duce C. Nerone
congressurum sed quem in saltu impedito deprensus forte
haud secus quam puerum conscribendis fallacibus condicio-
nibus pacis frustratus elusisset. Omnia maiora etiam uero 10
praesidia hostium, minora sua, metu interprete semper in
deteriora inclinato, ducebant.

Nero postquam iam tantum interualli ab hoste fecerat ut 45
detegi consilium satis tutum esset, paucis milites adloquitur.
Negat ullius consilium imperatoris in speciem audacius, re 2
ipsa tutius fuisse quam suum: ad certam eos se uictoriam
ducere; quippe ad quod bellum collega non ante quam ad 3
satietatem ipsius peditum atque equitum datae ab senatu
copiae fuissent, maiores instructioresque quam si aduersus
ipsum Hannibalem iret, profectus sit, eos ipsos quantum-

6 annos $A^7N^4\theta$: *om.* Π*N* exercitatum Π*N.ald.* : exercitum θ *Frob.*2 7 et Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* θ 9 eum *Crevier* : cum *PCR* : eo N^4 *uel* $N^2\theta$ (*sed* duce eo *K*) *Edd. aliq. ante Ald.* : *om.* C^xMB *DAN Aldus Frob.*1.2, *et hoc malit Johnson, uocem* cum *ex praec. repetitam esse* (*cf. c.* 45. 11 *adn.*) *ratus* (*cf. de Infinitiuo Futuri c.* 38. 5 *adn.*) saltu $A^7N^4\theta$: aliu *PCR* : alio R^1MBDAN elusisset M^2D A^7N^2 *uel* $N^4\theta$: elusisse π*N* (*cf.* 29. 2. 2 *adn.*) 10 hostium $CDA^7N^2\theta$: liostium π*N* (*cf. c.* 42. 11 *et* 28. 5. 10) : lihostium *B* minora CA^7N^2 *uel* $N^4\theta$: hinora *PR* : inora R^1MBAN (*om.* minora sua *D*)

45 1 postquam iam $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : postquam Π(*et* A^x)*N* paucis $PA^v\theta$: paucos Π^2N 2 speciem Π(*A?*)*N* : spem quidem $A^7\theta$: spem C^4 : spe A^x *per ras.* audacius $M^2BDAN\theta$: audacibus π 3 eos ipsos $AN\theta$: eo ipsos πN^1*ald.Frob.*1.2 (*sed sic* eo *cum* inclinaturos *iungendum erat perperam*) : eo ipsi si *Madv.*, *non male*

cumque uirium momentum addiderint rem omnem inclina-
4 turos. auditum modo in acie—nam ne ante audiatur,
daturum operam—alterum consulem et alterum exercitum
5 aduenisse haud dubiam uictoriam facturum. famam bellum
conficere et parua momenta in spem metumque impellere
animos. gloriae quidem ex re bene gesta partae fructum
6 prope omnem ipsos laturos; semper quod postremum adiec-
tum sit id rem totam uideri traxisse. cernere ipsos quo
concursu, qua admiratione, quo fauore hominum iter suum
celebretur.

7 Et hercule per instructa omnia ordinibus uirorum mulier-
umque undique ex agris effusorum inter uota ac preces et
laudes ibant. Illos praesidia rei publicae, uindices urbis Ro-
manae imperiique appellabant: in illorum armis dextrisque
suam liberorumque suorum salutem ac libertatem repositam
8 esse. Deos omnes deasque precabantur ut illis faustum iter,
felix pugna, matura ex hostibus uictoria esset, damnarentur-
9 que ipsi uotorum quae pro iis suscepissent ut, quemadmo-
dum nunc solliciti prosequerentur eos, ita paucos post dies
10 laeti ouantibus uictoria obuiam irent. Inuitare inde pro se
quisque et offerre et fatigare precibus ut quae ipsis iumentis-
que usui essent ab se potissimum sumerent; benigne omnia
11 cumulata dare. Modestia certare milites ne quid ultra
usum necessarium sumerent; nihil morari, nec ab signis

4 audiatur *Sp?A*^{7}*θFrob.2*, *cf. c.* 17. 14 *adn.* : audiretur Π*N.ald.*
5 gloriae . . . laturos] *om. B* gesta *C*^{x}*B*^{2}*A*^{7} *uel A*^{2}*N*^{1}*θ* : gestae π(*A?*)*N* partae *D* (-te) *Aldus*, *cf.* 30. 36. 11 *adn.* : partes π : pares *B*^{2}*AN* : partem *C*^{2}*A*^{8} *uel A*^{7}*θ Edd. ante Ald.* 6 fauore π*A*^{x}*NK* : pauore *CJ* : fauorē *A* 7 ac *Sp?θFrob.2* : et Π*N.ald.* liberorumque *Sp?θFrob.2*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) : liberorum π, *fort. recte*, *cf. c.* 16. 6 *adn.* : liberum *BD* : et liberum *AN* : et liberorum *ald.* 8 iter *C*^{1}*R*^{1}*MBDANθ* : iterque *PCR*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*a*) felix *PCRSp?θFrob.2* : felixque *R*^{1}*MBDAN.ald.*
9 ouantibus π*A*^{7}*N*^{2} *uel N*^{5}*θ* : *om. BDAN* uictoria *N*^{3} *uel N*^{4}*θ ald.* : uictoriam Π*N*, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* 10 fatigare Π*N*, *cf. e.g. c.* 50. 5 : flagitare *SpθFrob.2* (*minus Liuianum*) 11 nec ab (*uel* a) signis *N*^{4}*θald.Frob.1.2* : nec ab signis nec Π*N* (*de uocibus perperam sic repetitis cf. c.* 44. 1 *et* 29. 1. 23 *adnn.*), *u. sqq.*

 11

absistere cibum capientes; diem ac noctem ire; uix quod satis ad naturale desiderium corporum esset quieti dare. Et ad 12
collegam praemissi erant qui nuntiarent aduentum percontarenturque clam an palam, interdiu an noctu uenire sese uellet, iisdem an aliis considere castris. Nocte clam ingredi uisum est.

Tessera per castra ab Liuio consule data erat ut tribunus 46
tribunum, centurio centurionem, eques equitem, pedes peditem acciperet: neque enim dilatari castra opus esse, ne 2
hostis aduentum alterius consulis sentiret; et coartatio plurium in angusto tendentium facilior futura erat quod Claudianus exercitus nihil ferme praeter arma secum in expeditionem tulerat. Ceterum in ipso itinere auctum 3
uoluntariis agmen erat, offerentibus ultro sese et ueteribus militibus perfunctis iam militia et iuuenibus, quos certatim nomina dantes, si quorum corporis species roburque uirium aptum militiae uidebatur, conscripserat. Ad Senam castra 4
alterius consulis erant, et quingentos ferme [inde] passus

11 absistere *Frob.*2, *cf. Caes. B.G.* 5. 17. 2 *ubi* 'ab signis non absisterent' *nobis uidetur esse i. q.* 'nequirent pabulatores ab s. longius abire'; *hic milites ad cibum capiendum ibidem in uia consederunt*: subsistere Π*Nθald.*, *fort. iam antiquitus* -nis ab- *in* -nis sub- *corrupto*; *qui alterum* nec (*u. supra*) *seruant, coacti sunt* (*aut ante aut post* ab signis) *addere* abire *Weissenb.*, discedere *Madv. olim*, abscedere *Madv. postea, Luchs* (*ambo male deserendi notionem inferentes*); *iidem* subsistere *retinent, cui add. Madv.* nisi, *quod cum* subsistere *paene necessarium erat* diem ac noctem Π*Nθ*: die ac nocte *Z, Madv.* 1886
12 percontarenturque (*uel* -cunct-, *u. c.* 43. 5 *adn.*) $A^{7}\theta$*ald.*: ne (re *P*) cunctarenturque (-quid R^{1}) $P^{2}CR$: ne (nec *N*) cunctarentur quod *MBDA?N* sese $A^{7}N^{4}$ *ut s. l.* θ: esse *PCR*: an esse *MBDA?N* ingredi $A^{7}N^{4}\theta$: inaredi $PC?R^{2}$: inare redi *R*: in are R^{1}*MB*: -itare *D*: intrare M^{2} *uel* $M^{7}A^{v}$: minare *A?N* (meare A^{1}?) *post* ingredi *add.* melius Π*Nθald.* (*cf.* 27. 26. 10 *adn.*): *om. SpVat.Frob.*2
46 1 tribunus tribunum Π*N.ald.* (-um -us *Sp?Frob.*2: -i -os θ)
2 coartatio (*uel* cohar.) N^{3} *uel* $N^{4}\theta$: cortatio *P*, *cf. c.* 1. 11 *adn.*: coortatio $P^{2}R$: cohortatio $CR^{2}MBDAN$ erat Π*NSp ut uid. ald.Frob.*1.2: esset θ ferme $SpN^{4}\theta$*Frob.*2: fere PCA^{1}*ald.*: ferre *RMBDAN* in expeditionem $C^{4}M^{2}A^{v}N^{4}J$: *idem sed* -ne $A^{x}K$: expeditionem Π*N* (*om.* in *post* -m) 3 auctum $A^{7}N^{3}$ *uel* N^{4} *ut s. l.* θ: aut cum Π*N*: cum C^{x} et (ueteribus) *J.ald.*: ex Π*N*: ut N^{5} *uel* N^{4}: *om. K* militibus . . . iuuenibus $\pi A^{7}N^{2}\theta$: *om. AN* 4 ferme inde Π*N*: inde ferme *Sp ut uid. θald.Frob.*1.2. *Ipse* inde *seclusi* (*cf. c.* 34. 3 *adn.*): *malit Johnson post* ferme *retinere* (*cf. c.* 37. 5 *adn.*)

Hasdrubal aberat. Itaque cum iam appropinquaret, tectus
montibus substitit Nero ne ante noctem castra ingrederetur.
5 Silentio ingressi ab sui quisque ordinis hominibus in tentoria
abducti cum summa omnium laetitia hospitaliter excipiun-
tur. Postero die consilium habitum, cui et L. Porcius
6 Licinus praetor adfuit. Castra iuncta consulum castris
habebat, et ante aduentum eorum per loca alta ducendo
exercitum cum modo insideret angustos saltus ut transitum
clauderet, modo ab latere aut ab tergo carperet agmen, ludi-
ficatus hostem omnibus artibus belli fuerat; is tum in con-
7 silio aderat. Multorum eo inclinant sententiae ut, dum
fessum uia ac uigiliis reficeret militem Nero, simul et ad
noscendum hostem paucos sibi sumeret dies, tempus
8 pugnandi differretur. Nero non suadere modo sed summa
ope orare institit ne consilium suum quod tutum celeritas
9 fecisset temerarium morando facerent; errore qui non diu-
turnus futurus esset uelut torpentem Hannibalem nec castra
sua sine duce relicta adgredi nec ad sequendum se iter in-
tendisse. antequam se moueat deleri exercitum Hasdrubalis
10 posse redirique in Apuliam. qui prolatando spatium hosti
det, eum et illa castra prodere Hannibali et aperire in Gal-
liam iter ut per otium ubi uelit Hasdrubali coniungatur.
11 extemplo signum dandum et exeundum in aciem abuten-
dumque errore hostium absentium praesentiumque dum
neque illi sciant cum paucioribus nec hi cum pluribus et

5 sui $A^x\theta$ *ed. Mediol.* 1505: suis ΠN, *cf. c.* 3. 2 *adn.* Licinus N, *cf.* 26. 6. 1 *adn.*: Licinius $\Pi\theta$ 6 cum $A^7N^4\theta$: *om.* ΠN 7 inclinant $\Pi N\theta$: inclinabant *Med.* 1 *ald.Frob.*1.2 · paucos $A^7N^4\theta$: paruos ΠN pugnandi *Sp?*N^4 *uel* N^5 *ut s. l.* θ: pugnae ΠN *ald.*, *sc.* -di *ante* dif- *olim perdito* 8 ope orare $A^7N^4\theta$: operare πN: opera M^2B: operam dare D 9 se (iter) $\pi B^1N\theta$ *Aldus*: *om.* *BSp? Edd. ante Ald.Frob.*2 deleri πB^2NK*.ald.*: dereli B: delere SpA^7N^3 *uel* N^5J*Frob.*2 exercitum Hasdrubalis posse redirique *Gron.*: *idem sed* -reque $A^7N^4\theta$ *Edd. ante Gron.*: que ΠN, *sc. duobus lineis post* deleri *omissis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* *De* -re *pro* -ri *cf. c.* 4. 13 *adn.* 10 et (illa) ΠN*.ald.Frob.*1.2: *om.* $A^7?\theta$ 11 exeundum $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: aeundum PR (*cf.* 26. 37. 3 arx, *adn.*): eundum CR^xMB^1(*coeperat* x *scribere* B)DAN praesentiumque $A^7N^4\theta$*ald.*: que ΠN, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*): *del.* -que M^2

ualidioribus rem esse. Consilio dimisso signum pugnae 12
proponitur confestimque in aciem procedunt.

Iam hostes ante castra instructi stabant. Moram pugnae 47
attulit quod Hasdrubal prouectus ante signa cum paucis equitibus scuta uetera hostium notauit quae ante non uiderat et strigosiores equos; multitudo quoque maior solita uisa est. Suspicatus enim id quod erat, receptui propere 2
cecinit ac misit ad flumen unde aquabantur ubi et excipi aliqui possent et notari oculis si qui forte adustioris coloris ut ex recenti uia essent; simul circumuehi procul castra 3
iubet specularique num auctum aliqua parte sit uallum, et ut attendant semel bisne signum canat in castris. Ea cum 4
ordine relata omnia essent, castra nihil aucta errorem faciebant; bina erant, sicut ante aduentum consulis alterius fuerant, una M. Liui, altera L. Porci; neutris quicquam quo latius tenderetur ad munimenta adiectum. Illud ueterem 5
ducem adsuetumque Romano hosti mouit quod semel in praetoriis castris signum, bis in consularibus referebant cecinisse; duos profecto consules esse, et quonam modo alter ab Hannibale abscessisset cura angebat. Minime id 6
quod erat suspicari poterat, tantae rei frustratione Hannibalem elusum ut ubi dux, ubi exercitus esset cum quo castra coniuncta habuerit ignoraret: profecto haud mediocri clade 7

47 1 uiderat $RA^{7}N^{4}\theta$*Edd.*: uidebat $\pi R^{1}N$, *cf. c.* 31. 10 *adn.* 2 Suspicatus $CM^{2}A^{7}N^{4}$ *ab* N^{7} *rescriptus* θ: suscitatus π (scisci- *B*): suspitatus $P^{4}N$ enim ΠN: *om.* θ ubi et ΠN^{4}: et ubi θ: ubi *N* oculis $CM^{2}AN\theta$: oculos π qui $C^{x}A^{x}\theta$*ald.*: quit *P*: quid *CRMBDAN* 3 ut ΠN*.ald.* (*cf. e.g.* 38. 35. 9): *om.* *Sp*θ*Frob.*2 4 relata omnia $N^{4}K$: omnia relata $A^{7}J$*.ald.Frob.*1.2: omnia ΠN neutris $C^{2}\theta$*ald.*: naeutri π (*cf. c.* 17. 12 *adn.*): neutri $R^{x}MBD$ tenderetur ΠN, *cf. c.* 46. 2: tenderentur $M^{1}\theta$ 5 hosti ΠN*.ald.*: hoste θ praetoriis $C^{4}\theta$*ald.*: praetoris ΠN duos profecto consules esse $A^{7}N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2 (*sed* praefecto N^{4}): *om.* ΠN, *sc. lineam unam si* cos *pro* consules *steterat*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* 6 tantae $CM^{1}DAN^{1}\theta$: antae *PMN*(-te *RB*) coniuncta A^{7}?*J*, *cf. e.g.* 3. 69. 9: iuncta *K*: conlata (*uel* coll-) ΠN*.ald.Frob.*1.2, *quos sequi malit Johnson* (*u. e.g.* 26. 12. 14) habuerit ΠN*.ald.*: haberet *Sp*θ*Frob.*2, *sed tutatur* habuerit *constans Liui in O. O. temporum usus* (*cf. c.* 17. 14 *adn.*); *scil. potuit scribi 'ignorabat Hasdr. id quod erat; reuera ita elusus est Hann. ut ignoraret ubi dux esset cum quo . . . habuit'*

absterritum insequi non ausum; magno opere uereri ne per-
ditis rebus serum ipse auxilium uenisset Romanisque eadem
8 iam fortuna in Italia quae in Hispania esset. interdum
litteras suas ad eum non peruenisse credere interceptis-
que iis consulem ad sese opprimendum accelerasse. His
anxius curis, exstinctis ignibus, uigilia prima dato signo ut
9 taciti uasa conligerent, signa ferri iussit. In trepidatione et
nocturno tumultu duces parum intente adseruati, alter in
destinatis iam ante animo latebris subsedit, alter per uada
nota Metaurum flumen tranauit. Ita desertum ab ducibus
agmen primo per agros palatur, fessique aliquot somno ac
uigiliis sternunt corpora passim atque infrequentia relin-
10 quunt signa. Hasdrubal dum lux uiam ostenderet ripa
fluminis signa ferri iubet, et per tortuosi amnis sinus flexus-
que cum errorem uoluens haud multum processisset, ubi
prima lux transitum opportunum ostendisset transiturus erat.
11 Sed cum, quantum a mari abscedebat, tanto altioribus
coercentibus amnem ripis non inueniret uada, diem terendo
spatium dedit ad insequendum sese hosti.

48 Nero primum cum omni equitatu aduenit: Porcius deinde
2 adsecutus cum leui armatura. Qui cum fessum agmen car-
perent ab omni parte incursarentque, et iam omisso itinere

9 intente *Sp?* $A^7\theta$ *Frob.*2 : inte π, *cf. c.* 1. 11 *adn.* : iter C^4*BDAN* : intenti iter *Ven.ald.* adseruati (*uel* ass-) *Sp?* $A^7\theta$: adseruat Π (*sed* -nt *C?BA et* A^v*N*) : asseruare *ald.* tranauit $\pi\theta$ (transn- *D* θ) : transnatauit *AN* fessique π*N.ald.Frob.*1.2 : fessisque *B* : fessi θ somno ac uigiliis] *pessime haec temptauerunt emendatores*; *cf. Hor. Carm.* 3. 4. 11 10 uiam $A^7N^4\theta$ *Aldus* : iam Π*N* : uiam iam M^{10} *Edd. ante Ald.* ostenderet ripa fluminis A^7N^4 (ostenderet *ut s. l. tantum praebens, ceteris sine dubio additis*) θ*ald.* : ostendentis Π : ostentis *N* ferri $A^7\theta$*ald.* : ferre Π*N*, *cf. c.* 4. 13 *adn.* errorem π(*C?*) : errore *C uel* C^x*DANSp ut uid.* θ*ald.* : orbem *Weissenb.* : errore iter re- *Riemann*; *difficilis sane locutio est* errorem uoluens, *sed ut credimus Liuiana* erat *Sp ut uid.* A^7N^4 θ *Edd. ante Gron.* : *om.* Π*N* (*spatio iv litt. ante* Sed *in PR relicto*), *unde del.* cum *supra Gron. et* processit *pro* -ssisset *legit*, *add.* substitit *ante* ubi *Sartorius, non male* 11 a mari A^7N^4 *ut s. l.* θ*ald.* : mare Π*N*, *cf.* § 10 *et c.* 4. 13 *adn.* terendo $AN^4\theta$ (terr- *J*) : ferendo π*N* (diff- A^v *ut s. l.*)

quod fugae simile erat castra metari Poenus in tumulo super
fluminis ripam uellet, aduenit Liuius peditum omnibus 3
copiis non itineris modo sed ad conserendum extemplo
proelium instructis armatisque. Sed ubi omnes copias 4
coniunxerunt directaque acies est, Claudius dextro in cornu,
Liuius ab sinistro pugnam instruit: media acies praetori
tuenda data. Hasdrubal omissa munitione castrorum 5
postquam pugnandum uidit, in prima acie ante signa elephantos conlocat: circa eos laeuo in cornu aduersus Claudium Gallos opponit, haud tantum iis fidens quantum ab
hoste timeri eos credebat: ipse dextrum cornu aduersus M. 6
Liuium sibi atque Hispanis—et ibi maxime in uetere milite
spem habebat—sumpsit: Ligures in medio post elephantos 7
positi. Sed longior quam latior acies erat; Gallos prominens collis tegebat; ea frons quam Hispani tenebant cum 8
sinistro Romanorum cornu concurrit: dextra omnis acies
extra proelium eminens cessabat; collis oppositus arcebat
ne aut a fronte aut ab latere adgrederentur.

Inter Liuium Hasdrubalemque ingens contractum certa- 9
men erat, atroxque caedes utrimque edebatur. Ibi duces 10
ambo, ibi pars maior peditum equitumque Romanorum, ibi
Hispani uetus miles peritusque Romanae pugnae, et Ligures
durum in armis genus. Eodem uersi elephanti, qui primo
impetu turbauerant antesignanos et iam signa mouerant

48 2 fugae $C^2A^7N^3$ *uel* N^4 *ut s. l.* θ : fuga Π*N* 3 itineris (iten- *R*) Π*NSp?* : itineri $A^x\theta$*ald.*, *quod retinet Frob.*2 4 directaque $R^2MBDA\theta$, *cf.* 2. 49. 11 *adn. et e.g.* 30. 33. 3 : derectaque *PCRN*, *minus recte nisi fort. ut Verg. in G.* 2. 281 *Liuius hic aciei utriusque frontem in primis uolebat indicare*: decertaque N^2 *uel* N^4 *ut s. l.* *Cf. etiam* 28. 22. 13; 29. 27. 12; 29. 33. 4 5 conlocat (*uel* coll-) Π*N.ald.* : locat $Sp\theta$*Frob.*2. *fort. recte* (*cf. Luchs* 1879 *p. lxxxvi*) tantum P^4 *uel* $P^5CM^1A^7N^2$ *uel* $N^4\theta$: iantum π(*A?*)*N* (*om.* haud tant. . . . ipse (§ 6) *D*) fidens $CM^2A^7N^2$ *uel* $N^4\theta$: fidene π(*A?*)*N* 5–6 credebat : ipse dextrum A^7 *et* A^v(*sed* ī A^7 : ipse A^v)$N^4\theta$*ald. Frob.*1.2 : credebatur se (sed *C*) dextrum *PC*: credebatur (credebat M^2) sen-(sin- *MBA?N*)istrum π^2 *uel* π^3, *cf.* § 14 *adn.* : sinistrum *D* 8 ea Π*N.ald.Frob.*1.2 : et θ a $A^7N^4\theta$*Edd.* : *om.* Π*N* 10 Romanorum . . . peritusque $\pi A^7N^2\theta$: *om. BDAN* antesignanos $PP^xA^vN^2$(arios θ) : ante signa romanos Π^2*N*, *cf.* 28. 8. 4 *adn.*

11 loco; deinde crescente certamine et clamore impotentius iam
regi et inter duas acies uersari uelut incerti quorum essent,
12 haud dissimiliter nauibus sine gubernaculo uagis. Claudius
'Quid ergo praecipiti cursu tam longum iter emensi sumus?'
clamitans militibus cum in aduersum collem frustra signa
13 erigere conatus esset, postquam ea regione penetrari ad
hostem non uidebat posse, cohortes aliquot subductas e
dextro cornu, ubi stationem magis segnem quam pugnam
14 futuram cernebat, post aciem circumducit, et non hostibus
modo sed etiam suis inopinantibus in sinistrum ⟨euectus in
dextrum⟩ hostium latus incurrit; tantaque celeritas fuit ut
cum ostendissent se ab latere mox in terga iam pugnarent.
15 Ita ex omnibus partibus, ab fronte, ab latere, ab tergo, trucidantur Hispani Liguresque; et ad Gallos iam caedes
16 peruenerat. Ibi minimum certaminis fuit; nam et pars
magna ab signis aberant nocte dilapsi stratique somno
passim per agros, et qui aderant itinere ac uigiliis fessi, in-
17 tolerantissima laboris corpora, uix arma umeris gerebant; et
iam diei medium erat, sitisque et calor hiantes caedendos
capiendosque adfatim praebebat.

49 Elephanti plures ab ipsis rectoribus quam ab hoste interfecti. Fabrile scalprum cum malleo habebant; id, ubi saeuire beluae ac ruere in suos coeperant, magister inter aures positum ipsa in compage qua iungitur capiti ceruix quanto
2 maximo poterat ictu adigebat. Ea celerrima uia mortis in

14 sinistrum ⟨euectus in dextrum⟩ *scripsi*, (*cf.* 26. 6. 16 *adn.*) : sinistrum π^4*Nθald.Frob.*1.2 : sistrum *PRM* : dextrum *Glareanus*, *quem sequi malit Johnson errorem codicum fort. ex* -us in *bis scripto ortum esse ratus* (*cf. etiam* § 6 *adn.*) *Certe nusquam apparet maior scribarum* (*an Liui?*) *socordia quam in proeliorum ratione*, *cf. e.g.* 8. 8. 4; 22. 47. 7 ab (latere) Π*N.ald.* : in *SpθFrob.*2 15 trucidantur Π*N ald.Frob.*1.2 : trucidabantur A^6*θ* (-arentur *Sp*) 16 gerebant *Sp θFrob.*2 : gestabant Π*N.ald.* (*hic minus aptum quam e.g. in* 10. 26. 11)
49 1 id $\pi B^2 N$: *om. B* : et *θ* ipsa in compage qua N^4 *ut s. l.* (*qui primo scripsit* q, *mox ipse se corrigens* q) *θald.Frob.*1.2 : ipso in articulo quo (*om.* quo *N*) Π*N*, *pari iure, sed fort. glossematis magis proprium*

tantae molis belua inuenta erat ubi regendi spem ui uicis-
sent, primusque id Hasdrubal instituerat, dux cum saepe
alias memorabilis tum illa praecipue pugna. Ille pugnantes 3
hortando pariterque obeundo pericula sustinuit; ille fessos
abnuentesque taedio et labore nunc precando, nunc casti-
gando accendit; ille fugientes reuocauit omissamque pugnam
aliquot locis restituit; postremo cum haud dubie fortuna 4
hostium esset, ne superstes tanto exercitui suum nomen
secuto esset concitato equo se in cohortem Romanam im-
misit; ibi, ut patre Hamilcare et Hannibale fratre dignum
erat, pugnans cecidit.

Nunquam eo bello una acie tantum hostium interfectum 5
est, redditaque aequa Cannensi clades uel ducis uel exerci-
tus interitu uidebatur. Quinquaginta septem milia hostium 6
occisa, capta quinque milia et quadringenti; magna praeda
alia cum omnis generis tum auri etiam argentique; ciuium 7
etiam Romanorum qui capti apud hostes erant supra quattuor
milia capitum recepta. Id solatii fuit pro amissis eo proelio
militibus. Nam haudquaquam incruenta uictoria fuit: octo
ferme milia Romanorum sociorumque occisa, adeoque etiam 8
uictores sanguinis caedisque ceperat satias ut postero die

2 inuenta *CD*A^7N^2 *uel* $N^4\theta$: inuecta *π N* regendi spem ui uicissent N^3 *uel* N^4 (*et sic ald. sed* -set), *cf.* 1. 58. 5: regendi spem uicissent *Sp?*A^7N^7(ui *illud perstringens*)*θFrob.*2, *quod ex codd. testimonio probabilius credit Johnson*: regendis peruicissent Π(*A?*)*N*: rectores (*uel* regentes) peruicissent *dett. aliq.*: regentis spreuissent *Weissenb.*: regendi spem perdidissent *Kindscher*: *alia alii, sed de* regendi spem *cf. e.g. Verg. A.* 5. 590 dux *C*$M^1A^7N^2$ *uel* N^4 *ut s. l. K Edd.*: dua π, *cf.* 26. 37. 3 *adn.*: *om. D*: quia *AN*: dux qui *J* 3 et labore Π*Nθ*: laborem *Madv. Em. p.* 402, *frustra* (*ut ipse uidit postea*), *cf. e.g.* 6. 24. 9 4 dubie (-iae *B*) π*N*: dubia *C* N^1 *ut s. l. θald.Frob.*1.2 superstes . . . esset *P et* P^x*Sp?*A^7 *et sic uoluit* N^4(*qui* -esset *ante* tanto *eradere ut uid. oblitus est*)*θFrob.*2: superesset P^2 (*deleto* esset *post* secuto) *quem seq. C*M^2(*an* -se ?)B^2A^v *et A?N*: superest (*sine* esset *infra*) *RMBD* 5 clades A^v*θald.*: clade (-dę *D*) Π*N* (*cf. c.* 17. 12 *adn.*) 6 septem $A^7\theta$: sex Π*N ald.Frob.*1.2 (*cf. Oros.* 4. 18, *cui satisfecimus quoad licuit*) quattuor milia A^7*θald.Frob.*1.2: ∞ ∞ ∞ *PC*: xxx *RMBAN* (*hi duo plene*): $\overline{\text{xxx}}$ M^7 *uel* M^2D: triginta M. N^4. *Cf. Oros. l. c.*
8 satias *SpFrob.*2 (*cf.* 25. 23. 16; 30. 3. 4): satietas (saci- *RM*: sati- M^2: saoi- *B*) Π*N.θald.*

cum esset nuntiatum Liuio consuli Gallos Cisalpinos Ligures-
que qui aut proelio non adfuissent aut inter caedem effugis-
sent uno agmine abire sine certo duce sine signis sine ordine
9 ullo aut imperio; posse, si una equitum ala mittatur, omnes de-
leri; 'Quin supersint' inquit 'aliqui nuntii et hostium cladis
50 et nostrae uirtutis.' Nero ea nocte quae secuta est pugnam
⟨profectus in Apuliam⟩ citatiore quam inde uenerat agmine,
2 die sexto ad statiua sua atque ad hostem peruenit. Iter
eius frequentia minore—nemo enim praecesserat nuntius—
laetitia uero tanta uix ut compotes mentium prae gaudio
3 essent celebratum est. Nam Romae neuter animi habitus
satis dici enarrarique potest, nec quo incerta exspectatione
euentus ciuitas fuerat nec quo uictoriae famam accepit.
4 Nunquam per omnes dies ex quo Claudium consulem
profectum fama attulit ab orto sole ad occidentem aut sena-
tor quisquam a curia atque ab magistratibus abscessit aut
5 populus e foro; matronae quia nihil in ipsis opis erat in
preces obtestationesque uersae per omnia delubra uagae sup-
6 pliciis uotisque fatigare deos. Tam sollicitae ac suspensae

8 Liguresque M^2 *uel* M^7B^2AN (-risque π^2) : ligur quo *P* : et ligures θ signis Π*N* : signo θ ullo aut Π*N* : ullo sine θ : si non (*an* sine?) uallo N^2 9 posse] *ante* si Π*N.ald.Frob.*1.2 : *ante* omnes A^7?N^4?(*erasum*)θ, *cf. c.* 37. 5 *adn.* deleri; 'Quin *Gron.* : delerique π(*A?*), *sed* -q̍; *M* : deleri qui $C^1M^4DA?N$: deleri A^7 N^4θ *Edd. ante Gron. et sic malit Johnson, cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*a*) : capi delerique *Castiglioni* inquit 'aliqui A^7N^4(*uel* N^1 *et* N^4 *sed* alii) θ : alii qui Π*N*; *de Indicatiuo* inquit *cf.* 4. 28. 4

50 1 nocte Π^2Nθ : nec|te *P* profectus in Apuliam *Rossbach* (*iam* profectus *Sartorius*) *optime, cf.* 26. 6. 16 *adn.* : *silent* Π*N*θ *Edd. uet.* : regressus *Madv.* 1879 (profectus 1886) ad (hostem) N^4θ *ald.Frob.*1.2, *cf. Drak. ad* 6. 28. 6 : *om.* Π*N*, *non male, cf. e.g.* 6. 28. 6 *ubi praep. repetita deest in opt. codd.* 2 nemo enim *Sp?*θ*Frob.*2 : quia nemo Π*N.ald.* prae Π*N.ald.* : *om. Sp*θ*Frob.*2
3 enarrarique Π*N.ald.* : narrarique *Sp?*θ*Frob.*2 fuerat . . . accepit Π*N.ald.* (*sed* -perit *ald.*) : fuerit . . . acceperit *Sp ut uid.* N^2 *uel* N^4(*sed hic* -pit *non mutat*)θ*Frob.*2, *pari iure, u.* 28. 5. 6 *adn.*
4 e (foro) Π*N.ald., et in Frob.*2 *retentum* : *om. Sp?*θ 5 in (preces) A^7θ*ald.* : inter Π*N* suppliciis θ*ald.Frob.*1.2, *cf.* 22. 57. 5 : supplices Π*N* (supl-) fatigare Π*N.ald.* : fatigauere *Sp?*N^4θ *Frob.*2

ciuitati fama incerta primo accidit duos Narnienses equites
in castra quae in faucibus Vmbriae opposita erant uenisse
ex proelio nuntiantes caesos hostes. Et primo magis auribus 7
quam animis id acceptum erat, ut maius laetiusque quam
quod mente capere aut satis credere possent; et ipsa celeri-
tas fidem impediebat quod biduo ante pugnatum dicebatur.
Litterae deinde ab L. Manlio Acidino missae ex castris 8
adferuntur de Narniensium equitum aduentu. Hae lit- 9
terae per forum ad tribunal praetoris latae senatum curia
exciuerunt; tantoque certamine ac tumultu populi ad fores
curiae concursum est ut adire nuntius non posset, sed tra-
heretur a percontantibus uociferantibusque ut in rostris prius
quam in senatu litterae recitarentur. Tandem summoti et 10
coerciti a magistratibus, dispensarique laetitia inter impo-
tentes eius animos potuit. In senatu primum, deinde in 11
contione litterae recitatae sunt; et pro cuiusque ingenio
aliis iam certum gaudium, aliis nulla ante futura fides erat
quam legatos consulumue litteras audissent. Ipsos deinde **51**
adpropinquare legatos allatum est.

Tunc enimuero omnis aetas currere obuii, primus quisque
oculis auribusque haurire tantum gaudium cupientes. Ad 2
Muluium usque pontem continens agmen peruenit. Legati 3

7 Et Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* (*cum* id *sq.*) *θ* fidem A^7 *uel* A^v N^1 *uel* N^4 *ab* N^6 *rescriptus* *θ* : idem Π*N* 8 Acidino πR^1B^1A *et* A^v (acci- *R* : aciu- *B*), *cf.* 26. 23. 1 : accindio *N* : accuidino N^2 : acciuino $A^7θ$ 9 praetoris latae *Sp?*A^7*θFrob.*2 : perlataes *P*, *cf.* 26. 2. 7 *adn.* : perlatae $Π^1$*N.ald.* curia Π*N.ald.Frob.*1.2 : in curiam $N^4θ$ sed traheretur *SpVat* : traheretur π (sed *post* -set *omisso*) : trahereturque *ANθald.Frob.*1.2 percontantibus Π*Nθ* (*sed* -cunct- Π*N*: -cont- $A^xθ$, *cf. c.* 43. 5 *adn.*) : cunctantibus *Sp* (*qui praec.* a *om. ut uid.*) J^1 *ut s. l.* 10 dispensarique ΠNJ^1(-atiq.)*Edd.* : dissertarique *Sp* : disserariq. (-atiq. *J*) *θ* inter impotentes (*uel* -tis) *Spθald. Madv.* 1886 : inter ponentis ΠNJ^1 : inter potentes *Madv. olim, scite sed frigidius* 11 aliis iam *BANJ.ald.Frob.*1.2 : alius iam π : iam *K* : *om. Sp* : *del.* N^4 (*an* N^2*?*) gaudium Π*NθEdd.* : gaudio *Sp*

51 1 Tunc Π*Nθald.*, *cf.* 2. 36. 6 : tum *Ven Drak.* obuii Π (*A?*)*N.ald.* : obuiam *Sp?*A^7*θFrob.*2, *fort. recte, sed cf. c.* 40. 13 *adn.* primus Π*N.ald.* : primum *θ*, *cf. c.* 30. 12 2 Muluium *F*CM^1 *uel* M^2A^7*?θ* : miluui-(*uel* -lui-)um *RM*A^7*?*N^4 *ut s. l.* (mol- *BDAN*)

—erant L. Veturius Philo P. Licinius Varus Q. Caecilius
Metellus—circumfusi omnis generis hominum frequentia in
4 forum peruenerunt, cum alii ipsos, alii comites eorum quae
acta essent percontarentur; et ut quisque audierat exercitum
hostium imperatoremque occisum, legiones Romanas in-
columes, saluos consules esse, extemplo aliis porro impertie-
5 bant gaudium suum. Cum aegre in curiam peruentum
esset, multo aegrius summota turba ne patribus misceretur,
litterae in senatu recitatae sunt. Inde traducti in contionem
6 legati. L. Veturius litteris recitatis, ipse planius omnia
quae acta erant exposuit cum ingenti adsensu, postremo
etiam clamore uniuersae contionis cum uix gaudium animis
7 caperent. Discursum inde ab aliis circa templa deum ut
grates agerent, ab aliis domos ut coniugibus liberisque tam
8 laetum nuntium impertirent. Senatus quod M. Liuius et
C. Claudius consules incolumi exercitu ducem hostium
legionesque occidissent supplicationem in triduum decreuit.
Eam supplicationem C. Hostilius praetor pro contione edixit,
9 celebrataque a uiris feminisque est. Omnia templa per totum
triduum aequalem turbam habuere, cum matronae amplis-
sima ueste cum liberis perinde ac si debellatum foret omni
10 solutae metu deis immortalibus grates agerent. Statum quo-
que ciuitatis ea uictoria mouit, ut iam inde haud secus quam

3 Philo *ald.*, *cf. c.* 22. 5: philus πN^{1} *uel* N^{4}θ: philu *A?N* Caecilius *Vat ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*θ *ut saepe Liuius*, *cf. e.g. c.* 36. 8 (*et contra c.* 36. 9): *u. sis e.g.* '*Vergilian Age*' *p.* 58 4 alii (ipsos) $π^{x}M^{1}$ *et* $M^{4}N^{4}$ *uel* N^{2}θ: aliis *PRMN* (*om.* ipsos *N*: *add.* N^{4} *uel* N^{2}) essent Π*N.ald.*: sint *Sp?*θ*Frob.*2, *sed cf. App. II ad Liui lib. II Cantab. editum p.* 189 *B* (1) *et c.* 17. 14 *adn.* percontarentur] -cunct- Π, *cf. c.* 43. 5 *adn.* im-(*uel* in-)pertiebant A^{7}θ (-part- *K*): im-(*uel* in-)pertierant Π*N*, *cf. c.* 42. 17 *adn.* 5 peruentum esset Π*N.ald.*: peruenissent *Sp?*θ*Frob.*2 Inde traducti *PCSp*θ*Frob.*2, *cf.* 45. 2. 6: intraducti *RM* (introd- *BDAN*): inde introducti *ald.*: inde producti *Sigonius* 6 ipse planius Π N^{1}(-nus *N*)θ*Edd.*: *om. Sp* 8 C. (Hostilius) *Aldus*, *cf. c.* 36. 13: a (*uel* aulus) Πθ: q *N in ras.* pro contione A^{7}θ*ald.*: *om.* Π*N* celebrataque N^{4}θ*Frob.*2: celebrata Π*N.ald.*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) est Π*N.ald.*: *om.* θ*Frob.*2 9 Omnia Π*N.ald.*: omniaque N^{4}θ*Frob.*2 10 uictoria mouit ut iam $A^{7}N^{4}$θ*ald.*: uictoriam Π*N* (-ria)

in pace res inter se contrahere uendendo, emendo, mutuum
dando argentum creditumque soluendo auderent.
C. Claudius consul cum in castra redisset, caput Hasdru- 11
balis quod seruatum cum cura attulerat proici ante hostium
stationes, captiuosque Afros uinctos ut erant ostendi, duos
etiam ex iis solutos ire ad Hannibalem et expromere quae
acta essent iussit. Hannibal tanto simul publico familiari- 12
que ictus luctu, adgnoscere se fortunam Carthaginis fertur
dixisse; castrisque inde motis ut omnia auxilia quae diffusa 13
latius tueri non poterat in extremum Italiae angulum
Bruttios contraheret, et Metapontinos ciuitatem uniuersam
excitos sedibus suis et Lucanorum qui suae dicionis erant
in Bruttium agrum traduxit.

10 emendo, mutuum dando $A^{7}N^{4}\theta$*ald.* : *om.* Π*N*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* creditumque *Sp*A^{7} *uel* A^{v}*JFrob.*2 : creditum Π*NK.ald.*, *cf.* § 8 *et* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) 11 uinctos Π^{1}?(*scripsit P ipse inter* uin- *et* -c- *duas litt. nunc erasas*)*N*: uincti *Sp*θ ex πB^{1}*N.ald.* : *om. B* : de θ 13 ut Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* $N^{4}\theta$ contraheret Π*N ald.Frob.*1.2 : contrahit N^{3}(*an* N^{4}?)θ sedibus A^{7} *uel* $A^{v}N^{2}$ *uel* N^{4} *ut s. l.* θ : seditionibus Π*N*, *cf. c.* 20. 8 *adn.*

Subscriptio in P titi liuii ab urbe condita liber xxvii explic incipit liber xxviii feliciter : *in ceteris sim.*

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

LIBER XXVIII

Cvm transitu Hasdrubalis quantum in Italiam declinaue-
rat belli tantum leuatae Hispaniae uiderentur, renatum ibi
subito par priori bellum est. Hispanias ea tempestate sic 2
habebant Romani Poenique: Hasdrubal Gisgonis filius ad
Oceanum penitus Gadesque concesserat: nostri maris ora 3
omnisque ferme Hispania qua in orientem uergit Scipionis
ac Romanae dicionis erat. Nouus imperator Hanno in 4
locum Barcini Hasdrubalis nouo cum exercitu ex Africa
transgressus Magonique iunctus cum in Celtiberia, quae
media inter duo maria est, breui magnum hominum nume-
rum armasset, Scipio aduersus eum M. Silanum cum decem 5
haud amplius milibus militum, equitibus quingentis misit.
Silanus quantis maximis potuit itineribus—impediebant 6
autem et asperitates uiarum et angustiae saltibus crebris, ut
pleraque Hispaniae sunt, inclusae—tamen non solum nuntios
sed etiam famam aduentus sui praegressus, ducibus indidem

I 1 Italiam *θFrob.2* : italia Π*N.ald.*, *cf.* 26. 41. 12 *adn.* declinauerat Π*N.ald.Frob.*1.2 : inclauerat (*uel* indau-) *Sp* : inclinauerat N^4 *ut s. l. θ* ibi M^1 *et* $M^4AN\theta$: ubi π, *cf.* 27. 5. 2 *adn.* priori A^xN^4 *ut s. l. θ* : priore Π*N*, *cf.* 27. 4. 13 *adn.* est Π*N* : et *θ* : est et A^7N^4? (*rursus erasum*) 2 Hispanias A^7 *uel* A^8N^4 *ut s. l. θ* : hispania π*N*, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* : hispaniae M^2 : in hispania C^4 sic $A^xN^4\theta$: signa Π(*A?*)*N*, *cf.* 27. 20. 8 *adn.* 3 in $A^7N^4\theta$: *om.* Π*N*, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* 4 hominum A^7N^3 *uel* $N^4\theta$: *om.* Π*N* 5 decem haud amplius milibus *scripsimus* (x haud plus m. *Gron.*), *cf. e.g. c.* 2. 11 : decemiliauo plus millibus *P* (*cf. c.* 18. 6) : decem (dece P^2) milia (milibus C^4A^1 : mille M^1) seu plus Π^2N : decem milia N^2 : decem milibus A^7N^3 *uel* N^4*ald.Frob.*1.2 militum Π*N* : peditum A^8 *uel* $A^7\theta$ (*cf.* 26. 19. 10 *adn.*)

7 ex Celtiberia transfugis ad hostem peruenit. Eisdem auctori-
bus compertum est cum decem circiter milia ab hoste abes-
sent bina castra circa uiam qua irent esse; laeua Celtiberos
nouum exercitum, supra nouem milia hominum, dextra
8 Punica tenere castra; ea stationibus uigiliis omni iusta
militari custodia tuta et firma esse: illa altera soluta neglecta-
que, ut barbarorum et tironum et minus timentium quod in
sua terra essent.

9 Ea prius adgredienda ratus Silanus signa quam maxime
ad laeuam iubebat ferri, necunde ab stationibus Punicis con-
spiceretur; ipse praemissis speculatoribus citato agmine ad
2 hostem pergit. Tria milia ferme aberat, cum hauddum quis-
quam hostium senserat; confragosa loca, et obsiti uirgultis
2 tegebant colles. Ibi in caua ualle atque ob id occulta con-
sidere militem et cibum capere iubet; interim speculatores
3 transfugarum dicta adfirmantes uenerunt: tum sarcinis in
medium coniectis arma Romani capiunt acieque iusta in
pugnam uadunt. Mille passuum aberant, cum ab hoste
conspecti sunt trepidarique repente coeptum; et Mago ex
castris citato equo ad primum clamorem et tumultum aduehi-
4 tur. Erant in Celtiberorum exercitu quattuor milia scutata
et ducenti equites; hanc iustam legionem—et id ferme robo-

6 Celtiberia $CB^2A^xN^3\theta$: celliliberia *P* (*sed recte in c.* 2. 4 *et* 7, *al.*) : cellitiberia (-am *RD*) P^2RM(celti-)*D* : celtiberiam *BAN* transfugis C^4M^7(*uix* M^2)$N^4\theta$: transfugit π(*C?*), *cf.* 27. 3. 7 *adn.* : transfuga *A* (-gia *N*) 7 cum Π*N.ald.Frob.*1.2 : quod A^7N^4 *ut s. l.* θ hominum Π*N* : *om.* θ 8 ea Π*N* : *om.* θ iusta Π*N*θ : iuxta N^1 (*uix* N^4 *ut s. l.*) 9 citato P^x *per ras.* $M^1B^2DAN\theta$: scitato π (*sed fort.* sicitato *M* : scitato M^1 *et fort.* M^4)

2 1 obsiti πB^2 (*sed* ops- PB^2) : obsita $C^4AN\theta$(*sed* ops- *AN* : obs- A^7)*ald.Frob.*1.2 : oppositi *B* tegebant *Kreyssig, optime* : tenebant $A^9N^4\theta$*ald.* : tenebat Π*N* 2 interim $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* 3 cum P^x *per ras.* CR^2 *uel* $R^1M^2AN\theta$: eum π et (Mago) Π*N* : *om.* θ*ald.Frob.*1.2 4 Celtiberorum $A^8\theta$*Frob.*2 : celtibero Π*N.ald.* quattuor milia (*uel* ∞ ∞ ∞ ∞) PCA^8 *uel* $A^7\theta$: XL *RMDAN* : $\overline{XL}$ M^2 : $\overline{XXXX}$ *B* : $\overset{M}{XL}N^2$ scutata $\pi A^7N^4\theta$ *ald.Frob.*1.2 : scuta *AN* : scutati *Gron.*, *quod malit Johnson* ferme Π*Sp*θ*Frob.*2 : ferme quod A^7*N.ald.*

ris erat—in prima acie locat: ceteros leuem armaturam in
subsidiis posuit. Cum ita instructos educeret e castris, uix- 5
dum in egressos uallo [eos] Romani pila coniecerunt. Sub- 6
sidunt Hispani aduersus emissa tela ab hoste, inde ad mit-
tenda ipsi consurgunt; quae cum Romani conferti, ut solent,
densatis excepissent scutis, tum pes cum pede conlatus et
gladiis geri res coepta est. Ceterum asperitas locorum et 7
Celtiberis, quibus in proelio concursare mos est, uelocitatem
inutilem faciebat, et haud iniqua eadem erat Romanis stabili
pugnae adsuetis, nisi quod angustiae et internata uirgulta 8
ordines dirimebant et singuli binique uelut cum paribus con-
serere pugnam cogebantur. Quod ad fugam impedimento 9
hostibus erat, id ad caedem eos uelut uinctos praebebat; et 10
iam ferme omnibus scutatis Celtiberorum interfectis leuis
armatura et Carthaginienses, qui ex alteris castris subsidio
uenerant, perculsi caedebantur. Duo haud amplius milia 11
peditum et equitatus omnis uix inito proelio cum Magone
effugerunt: Hanno alter imperator cum eis qui postremi
iam profligato proelio aduenerant uiuus capitur. Magonem 12
fugientem equitatus ferme omnis et quod ueterum peditum

4 ceteros π*Sp*θ *Frob.2*: ceterum *AN*: *om. ald.* in subsidiis $A^{v}N^{4}$ *ut s. l.* θ: insidis *PCR*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: insidiis *MBD*: in insidiis $C^{4}M^{2}AN$ 5 e π*N* (castrix *N*: castris N^{4})*ald.* (*cf. c.* 24. 13): *om.* θ*Frob.2* in egressos C^{1} *uel* C^{2}*ald.Frob.*1.2: in egressus *PCR* (*cf.* 30. 36. 8 *adn.*): in gressus (*uel* -os *M*) *MBAN*: *om. D*: egressos $M^{7}A^{7}$ *uel* A^{8}θ eos Π*N*: in eos $M^{7}A^{x}N^{4}$θ: *om. ald.Frob.*1.2, *quos sequimur* eos *secludentes* 6 Romani P^{x} *per ras.* $M^{1}B^{x}AN$θ: romanis π, *cf.* 26. 40. 14 *adn.* et gladiis A^{8} *uel* A^{7}θ: est cladis *P*: est cladiis π^{2} *uel* π^{1}: est gladiis *CAN?*: est et gladiis N^{4} 7 et (Celtiberis) A^{8} *uel* A^{7}θ*Frob.2*: *om.* Π*N.ald.*, *cf. c.* 13. 10 *et* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) iniqua eadem erat *RMB* (*sed hi* -quae ademerat) A^{8} *uel* $A^{7}N^{2}$ *uel* N^{4} *ut s. l.* θ: iniquae | demerat *P*: inique ademerat *CDAN* Romanis $C^{4}M^{2}$ *uel* $M^{7}AN$θ: romani π 8 binique P^{x} *per ras.* A^{8} *uel* $A^{7}N^{2}$ *uel* N^{4}θ: libidinique πR^{x}, *cf.* 27. 20. 8 *adn.*: libinique *CRN* 9 id ad (caedem) Π*N*θ *Edd.*: *om. Sp spatio relicto*: et ad *Rhen. dubitanter* 11 Duo (dut *A*) haud (*uel* aut) amplius πA^{v}*ald.Frob.*1.2: haud amplius tria θ initο π^{2}*ald.*: initio *P et fort.* M^{3} (*qui* i *infra* -t- *add.*): mixto θ aduenerant $M^{2}AN$*.ald.Frob.*1.2: aduenerat π: aduenerunt θ (auen- *K*) 12 fugientem $M^{2}AN$θ: fugientes π, *cf.* 27. 17. 1 *adn.*

erat secuti, decimo die in Gaditanam prouinciam ad Has-
drubalem peruenerunt: Celtiberi nouus miles in proximas
dilapsi siluas inde domos diffugerunt.
13 Peropportuna uictoria nequaquam tantum iam conflatum
bellum, quanta futuri materia belli, si licuisset iis Celtibe-
rorum gente excita et alios ad arma sollicitare populos, op-
14 pressa erat. Itaque conlaudato benigne Silano Scipio spem
debellandi si nihil eam ipse cunctando moratus esset nac-
tus, ad id quod reliquum belli erat in ultimam Hispaniam
15 aduersus Hasdrubalem pergit. Poenus cum castra tum
forte in Baetica ad sociorum animos continendos in fide
haberet, signis repente sublatis fugae magis quam itineris
16 modo penitus ad Oceanum et Gades ducit. Ceterum, quoad
continuisset exercitum, propositum bello se fore ratus,
antequam freto Gades traiceret exercitum omnem passim
in ciuitates diuisit ut et muris se ipsi et armis muros tuta-
rentur.

3 Scipio ubi animaduertit dissipatum passim bellum, et cir-
cumferre ad singulas urbes arma diutini magis quam magni
2 esse operis, retro uertit iter. Ne tamen hostibus eam relin-

13 quanta A^7 *uel* $A^v\theta$*ald Frob.*1.2: quantum ΠN materia A^8 *uel* $A^7\theta$: memoria Π*N* (*sed* bella Π*N*: belli C^2M^1) alios C^2A^7 *uel* A^vN^4 *ut s. l.* θ: alias Π*N* oppressa (-raesa *M*) erat πA^7? (*in ras.*) *NAldus*: oppresserat (-raese- M^1) $M^1N^4\theta$*Frob.*2: oppressum erat *Edd. ante Ald.* 14 eam ipse Π*N*: eam spem ipse θ: ea spe ipse N^2 15 tum π(*A et* A^v)*N.ald.*: sua *Sp*A^8 *uel* A^7N^4 (*sed* tum *expunxerat* N^2)θ*Frob.*2: *om. D* forte C^1*AN et* N^4*Sp*θ *ald.*: fore πN^2 ad sociorum animos] *hic Sp*$N^3\theta$ *ed. Basil.* 1554: *ante* in Baetica Π*N.ald. et sic Frob.*2: *om.* N^2. *De ordine Puteani corrupto cf. adn. sq. et e.g.* 26. 20. 3; 27. 11. 11; 27. 13. 9; 27. 18. 8; 27. 23. 6; 27. 27. 11; 28. 3. 2 (*infra*); 28. 17. 10; 28. 22. 13; 28. 37. 6; 28. 46. 13; 29. 1. 24; 29. 12. 16(?); 29. 13. 1; 29. 20. 2; 30. 5. 10; 30. 20. 5 (*u. etiam* 27. 2. 6 *adn.*) magis quam *AN*θ*ald.*: quam magis π, *cf. adn. praec.* 16 exercitum . . . traiceret Π*N* *Vat*θ*Edd.*: *om. Sp ob* ὁμ. (*fort. iv lineis*), *cf. cc.* 3. 14; 14. 12; 19. 2; 19. 16; 25. 6; 26. 51. 7; 29. 6. 2; 29. 10. 8; 29. 19. 8 *et* 10; 29. 36. 8; 30. 2. 1; 30. 6. 5; 30. 10. 3; 30. 13. 14 (*bis*); 30. 37. 3 (*cf. contra* 26. 51. 8 *adn.*) diuisit π*N.ald.*: dimisit *DSp*N^4 *ut s. l.* θ *Frob.*2 ipsi $M^7A^7N^2$ *uel* N^4 *ut s. l.* θ: ipse Π*N*

3 1 et *PC*N^2 *uel* $N^4\theta$: *om. RMBDAN* 2 tamen hostibus θ *Frob.*2: hostibus tamen Π*N.ald.*, *cf. c.* 2. 15 *adn.*

queret regionem, L. Scipionem fratrem cum decem milibus peditum, mille equitum ad oppugnandam opulentissimam in iis locis urbem—Orongin barbari appellabant—mittit.
Sita in Maesessum finibus est, Hispanae gentis; ager 3
frugifer; argentum etiam incolae fodiunt. Ea arx fuerat Hasdrubali ad excursiones circa mediterraneos populos faciendas. Scipio castris prope urbem positis, priusquam 4
circumuallaret urbem misit ad portas qui ex propinquo adloquio animos temptarent suaderentque ut amicitiam potius quam uim experirentur Romanorum. Vbi nihil pacati 5
respondebatur, fossa duplicique uallo circumdata urbe in tres partes exercitum diuidit ut una semper pars quietis interim duabus oppugnaret. Prima pars cum adorta † op- 6
pugnare est,† atrox sane et anceps proelium fuit; non subire, non scalas ferre ad muros prae incidentibus telis facile erat; etiam qui erexerant ad murum scalas, alii furcis 7
ad id ipsum factis detrudebantur, in alios lupi superne ferrei iniecti ut in periculo essent ne suspensi in murum extraherentur. Quod ubi animaduertit Scipio nimia paucitate 8
suorum exaequatum certamen esse et iam eo superare hostem quod ex muro pugnaret, duabus simul partibus

2 mille $A^8\theta$: *om.* Π*N* (*sed* equitumque *N*) *cf.* 29. 28. 10 *adn.* urbem $\pi\theta$: urbem quam *AN.ald.Frob.*1.2 3 Sita in Maesessum (maess- *BM*) finibus est π*Sp* (*hic* melessum ?): in mesesum (maessessū *A?N* : mesesū $A^x\theta$: meless- *ald.*) finibus sita est *ANθald.* (*cf.* 26. 5. 17 *adn.*) Hispanae π*N* (-ie *uel* -iae *BDθ*) : Bastetanae *Weissenb. ex Zonara* 9. 8, *doctissime, sed cf. adn. ad* 2. 10. 6 (H. gentis *fort. i. q.* '*gentis indigenae*' *est*) frugifer PCA^7 *uel* $A^8\theta$ *et sic uoluit* N^x : fructifer *RMBDAN* Ea arx fuerat Π*N*(*sed* ea ar *M* : ea ars M^1 *pleniore cal.* : in eā arxque *AN* : ea arxque N^2 : ea arx A^7)*ald.* : ea arx fuit *SpθFrob.*2 circa Π*N* : circa in *Sp* : in *θ*
5 circumdata urbe Π*N.ald.Frob.*1.2 : circumdat urbem $SpN^4\theta$ tres *Sp?*('treis' *Rhen.*)$A^8\theta$: tris *P* : tribus Π^2(*A?*)*N*, *cf.* 27. 2. 8 *adn.* partes $SpA^8\theta$: portis Π*N* : partibus N^2 (*non* N^4)
6 oppugnare (*om.* op- *R* : *add.* R^1) est Π*Nθ* : *pro* est *conicit* esset *Riemann constanti usui Liuiano obtemperans; uix autem placet nobis* oppugnare *post* oppugnaret (§ 5); *quod fort. perperam ex praec. linea repetitum causa fuit corruptelae; sensui sane sufficit* adorta esset
7 ferrei $C^xAN\theta$: ferret π : ferrent *D* 8 et iam π*Nθald.* : etiam *Sp?BDFrob.*2 eo $\pi\theta$: eos *DAN*

9 prima recepta urbem est adgressus. Quae res tantum
pauoris iniecit fessis iam cum primis pugnando, ut et oppi-
dani moenia repentina fuga desererent et Punicum praesi-
dium metu ne prodita urbs esset relictis stationibus in unum
se conligeret.

10 Timor inde oppidanos incessit ne, si hostis urbem in-
trasset, sine discrimine Poenus an Hispanus esset obuii
11 passim caederentur; itaque patefacta repente porta frequen-
tes ex oppido sese eiecerunt, scuta prae se tenentes ne tela
procul conicerentur, dextras nudas ostentantes ut gladios
12 abiecisse appareret. Id utrum parum ex interuallo sit
conspectum an dolus aliquis suspectus fuerit incompertum
est; impetus hostilis in transfugas factus, nec secus quam
13 aduersa acies caesi; eademque porta signa infesta urbi in-
lata. Et aliis partibus securibus dolabrisque caedebantur
portae et refringebantur, et ut quisque intrauerat eques, ad
forum occupandum—ita enim praeceptum erat—citato
14 equo pergebat. Additum erat et triariorum equiti prae-
sidium; legionarii ceteras partes urbis peruadunt. Direp-

9 unum Π(*A et* A^{v})*N*, *cf. e.g.* 25. 35. 6: unum locum $SpA^{7}\theta$ (*sed* unum se coll. loc. *K*, *cf.* 27. 34. 3 *adn.*)   10 ne, si *AN*θ: nisi π   sine *PA*θ: siue $\pi^{2}N$ discrimine $A^{8}N^{4}\theta$: di *P*: *om.* $\Pi^{2}N$ 11 itaque $A^{8}N^{4}$ *ut s. l.*: adque *P*: atque *CRMBDAN*   scuta . . . conicerentur] *om. N*: *supplet* N^{4} conicerentur P^{4}(coic- Π)*ald.Frob.*1.2 (conic- *fere constanter praebent codd. Liuiani quamquam* coic- *hic et in* 30. 27. 2 π. *Cf. Neue-Wagener II p.* 864 *sqq.*): proicerentur $N^{4}\theta$ 12 aliquis Π*N*θ*ald.Frob.*1.2: aliqui *Sp*, *fort. recte*, *cf. e.g.* 7. 13. 8   caesi *ald.Frob.*1.2: caesa Π*N*: est caesa N^{3} *uel* $N^{4}\theta$ 13 urbi $M^{2}A^{7}\theta$*ald.*: urbē *P*: urbe P^{x}*? et CRMB* (-bę)*DAN*: in urbem *Gron.*   et refringebantur] *hic* N^{4}: *ante* portae $A^{7}\theta$(-frig- *J*)*ald.Frob.*1.2 *et sic malit Johnson*: *om.* Π*N*, *sc. lineam xvi litt.*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   14 erat et triariorum (*om.* et *C*) ΠN^{2}(-riarum *N*)θ(trianorum *J*)*ald.Frob.*1.2: caetratorum *Madv.*, *leuissimum certe* '*praesidium*', *neque alibi ut uid. apud Liuium pro Romanis pugnant caetrati Hispanienses. Displicet tamen Johnsonio* legionarii *illud sic uoci* triariorum *oppositum, qui ueretur ne ante* ceteras *exciderit aliquid uelut* legionarii ⟨ceteri per⟩ ceteras . . .   ceteras partes urbis *Luchs* (*sed* partis, *sat recte sed cf. Praef.* § 30): ceteram (*uel* -rā) partis (-tes *C*) Π*N*, *cf.* 27. 40. 7 *adn.*; ceteram partem C^{2}: ceteram partem urbis SpA^{7} *uel* $A^{8}N^{4}$ *ut s. l.* θ*Frob.*2: ceteras parteis *ald.*

tione et caede obuiorum, nisi qui armis se tuebantur,
abstinuerunt. Carthaginienses omnes in custodiam dati 15
sunt, oppidanorum quoque trecenti ferme qui clauserant
portas; ceteris traditum oppidum, suae redditae res. Ceci- 16
dere in urbis eius oppugnatione hostium duo milia ferme,
Romanorum haud amplius nonaginta.

Laeta et ipsis qui rem gessere urbis eius expugnatio fuit 4
et imperatori ceteroque exercitui; et speciosum aduentum
suum ingentem turbam captiuorum prae se agentes fecerunt.
Scipio conlaudato fratre cum quanto poterat uerborum 2
honore Carthagini ab se captae captam ab eo Orongin
aequasset, quia et hiemps instabat ut nec temptare Gades 3
nec disiectum passim per prouinciam exercitum Hasdrubalis
consectari posset, in citeriorem Hispaniam omnes suas copias
reduxit; dimissisque in hiberna legionibus L. Scipione fratre 4
Romam misso et Hannone hostium imperatore ceterisque
nobilibus captiuis ipse Tarraconem concessit.

Eodem anno classis Romana cum M. Valerio Laeuino 5
proconsule ex Sicilia in Africam transmissa in Vticensi Car-
thaginiensique agro late populationes fecit. Extremis finibus
Carthaginiensium circa ipsa moenia Vticae praedae actae

14 abstinuerunt (aps- *P*) Π*N.ald.* : *om. Spθ et Frob.2* (*qui post* peruadunt *non interpunxit, pessime Liuium interpretatus*) 15 quoque trecenti A^{8}?N^{4}*θ* : con *P*, *sc. pro* ccc (*cf.* 26. 51. 2 *adn.*), *corrupto fort. iam antea* quoque *in* q., *ut in* 27. 14. 13 : *om.* $\Pi^{2}N$ 16 amplius LXXXX (LXXX *CM?*) πM^{4}*N.ald.* : plus xc *Sp?Frob.2* : plus cx *θ*

4 1 et (speciosum) Π*NJ* : *om. Sp ut uid. K.ald.Frob.1.2* 2 conlaudato (*sed* coll-) $M^{2}A^{7}$ *uel* A^{v}*θ* : conlaudat (*uel* coll-) Π*N* (fratrem $CM^{6}B^{2}DAN$) captam P^{4} *uel* $P^{5}C^{4}A^{7}$ *uel* A^{8}*θ* : capiam *P* (*cf. c.* 6. 11 *adn.*) : copiam $\Pi^{2}N$ Orongin] *sic P in c.* 3. 2 : orongim $C^{2}A^{v}$: oroncim π*N* (*sed* -cima equasset $RB^{1}DAN$)*J* : oroncina (-ima D^{x}) BD^{x} : orocim *K* 3 hiemps] *sic cum P scribimus, cf.* 30. 39. 3 *adn.* posset Π*N.ald.Frob.1.2* : poterat *θ* omnes (*uel* omnis) suas (sua *P*) copias reduxit Π^{1} *uel* Π^{2} (*sed* redix- *D*)*Nθald.* : recipit exercitum *SpVatFrob.2* : *supra* exerc. Hasdr. *scripsit* N^{4} in citeriorem hispaniam recipit (*uel* recipitur) *quod mox erasum est; fort.* recipitur exercitus *in marg. olim stabat* 4 ipse Π*N.ald.Frob.1.2* : *om. Spθ*

6 sunt. Repetentibus Siciliam classis Punica—septuaginta
erant longae naues—occurrit; septemdecim naues ex iis
captae sunt, quattuor in alto mersae; cetera fusa ac fugata
7 classis. Terra marique uictor Romanus cum magna omnis
generis praeda Lilybaeum repetit. Tuto inde mari pulsis
hostium nauibus magni commeatus frumenti Romam subuecti.

5 Principio aestatis eius qua haec sunt gesta P. Sulpicius
proconsul et Attalus rex cum Aeginae sicut ante dictum
est hibernassent, Lemnum inde classe iuncta—Romanae
quinque et uiginti quinqueremes, regiae quinque et triginta
2 —transmiserunt. Et Philippus ut, seu terra seu mari obuiam eundum hosti foret, paratus ad omnes conatus esset,
ipse Demetriadem ad mare descendit, Larisam diem ad
3 conueniendum exercitui edixit. Vndique ab sociis legationes
4 Demetriadem ad famam regis conuenerunt. Sustulerant
enim animos Aetoli cum ab Romana societate tum post
5 Attali aduentum finitimosque depopulabantur; nec Acarnanes solum Boeotique et qui Euboeam incolunt in magno
metu erant, sed Achaei quoque, quos super Aetolicum bellum
Machanidas etiam Lacedaemonius tyrannus haud procul
6 Argiuorum fine positis castris terrebat. Hi omnes suis
quisque urbibus quae pericula terra marique portenderentur
7 memorantes auxilia regem orabant. Ne ex regno quidem

6 septemdecim] decem et septem *P* et *sic* (*uel* x et VII *uel* XVII) *ceteri*, *sed u.* 26. 49. 3 *adn.* 7 magna πA^7 *uel* $A^8 N^2$ *uel* N^4 *ut s. l.* θ : *om.* *AN* Tuto Π*N.ald.* : toto SpN^4 *ut s. l.* θ*Frob.*2, *fort. recte*

5 1 Aeginae $A^8 N^2$ *uel* N^4 (*sed* egine) : reginae π : regie *AN* : egie N^1 (*non* N^4) Lemnum π*N.ald.* : lemnẽ (*sic*) *B* : leuinum $A^x \theta$ Romanae *PM uel* M^7(*rursus erasum*)$A^v N^2 \theta$: romana π^2 M^1 *uel MN* erant *add. post* quinqueremes *Madv.*, *ante* transmiserunt *Ussing*, *uix necess.*, *cf. e.g.* 31. 27. 6 2 ut $A^7 N^4 \theta$: *om.* Π*N*, *cf.* 27. 17. 10 *adn.* Larisam Π*N* : larissam θ 3 regis $\pi A^7 \theta$: *om. AN* 5 nec Acarnanes θ : nec arnanes *P* : nec carnanes *C* : nec arnes *RB* : ne carnes *MDA?N* : nec acarnes A^8 *uel* A^7 : nec acarnales N^2? (*non* N^4) Argiuorum Π*N* : argeorum *Sp?*θ 6 portenderentur *Sp?*A^7*J*(portenderentur . . . regem *om. K*)*Frob.*2 : portendebantur Π*N.ald.*, *cf.* 27. 50. 3 *adn. sed structura haec paulo secus*

ipsius tranquillae nuntiabantur res: et Scerdilaedum Pleuratumque motos esse, et Thracum maxime Maedos, si quod longinquum bellum regem occupasset, proxima Macedoniae incursuros. Boeoti quidem et interiores Graeciae populi 8
Thermopylarum saltum, ubi angustae fauces coartant iter, fossa ualloque intercludi ab Aetolis nuntiabant ne transitum ad sociorum urbes tuendas Philippo darent.

Vel segnem ducem tot excitare tumultus circumfusi pote- 9
rant. Legationes dimittit pollicitus prout tempus ac res sineret omnibus laturum auxilium. In praesentia quae maxime 10
urgebat res, Peparethum praesidium urbi mittit, unde allatum erat Attalum ab Lemno classe transmissa omnem circum urbem agrum depopulatum. Polyphantam cum modica manu 11
in Boeotiam, Menippum item quendam ex regiis ducibus cum mille peltatis—pelta caetrae haud dissimilis est—Chalcidem mittit; additi quingenti Agrianum ut omnes insulae partes 12

7 ipsius θ : ipsi ut π*N* : ipsi in *D* : ipsius ùt A^8 *uel* A^7N^2 (*non* N^4) Pleuratumque Π(*sed* pler- *C* : plur- *D*)*N* : et pleuratum N^1 *uel* $N^2\theta$ motos π*N* : motus *CD* : moturos N^1 *uel* N^2(*an* motus ?)θ Maedos (*praeeunte Aldo*) *Sigonius ex Polyb.* 10. 41. 4 : medos Π*N*θ : bellum medos N^2 quod C^1 *uel* $C^2M^5A^7\theta$*ald.* : quo Π*N* regem M^2(*an* M^7?)$A^7N^2\theta$: regum πR^2N : reg um *R?* : *om. C* (*et* bellum *omisso*) 8 saltum θ : saltus Π*N.ald.Frob.*1.2, *cf.* 27. 17. 1 *adn.* nuntiabant Π*N*θ*ald.* : nuntiarant *Sp?*(-ci- ?)*Frob.*2 9 legationes A^8 *uel* $A^7\theta$*ald.* : legiones Π*N*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* res sineret *Sp?*A^8 *uel* A^7N^4 *ut s. l.* θ*Frob.*2 : resideret π (resed- *B*) : res daret C^4M^2 : res se daret *AN.ald. Drak.* laturum *Sp?*θ*Frob.*2, *cf.* 27. 38. 5 *adn.* : laturum se Π*N.ald.* 10 urgebat Π*N* : urgebant θ*ald.Frob.*1.2 res Peparethum *duce Sigonio Gron. ex Polyb.* 10. 43. 7 : resperaret | lium *P* (*cf.* 27. 44. 10 -li- *pro* -h-) : respiraret (res pararet M^2) limnum (lem- *B*) π^2R *et* R^2 (*spat. post* -ret *ab R relicto*) : res iraret limnum N^1 : res irarent tum ?N^4 (*nisi* irarent litum *uoluit*) : res pararent tum A^8 *uel* A^7(*an* -ret ?) θ*ald.Frob.*1.2 11 Polyphantam (poli- *DJ*) *D*θ, *cf.* 27. 32. 10 *et Polyb.* 10. 42. 2 : poly- (poli- *C*) pantham π (-phan- *B*) : poliphantem (-pan- *N*) *AN* peltatis (pelth- *K*) Π*N*θ : peltastis *Iac. Gron.*, *sed* -tat- *in Ou. Am.* 2. 14. 2 *et Mart.* 9. 102. 5 ; *in* 31. 36. 1 *et* 33. 4. 4 *praebet Bamb.* peltas *tantum idque ut Graecum nomen* Chalcidem $A^7\theta$ (*sed* calch- A^7) : calchidam π (chalchi- *RM* : chalchy- *B*) : *om. AN* 12 quingenti (*uel* d) $PA^7N^2\theta$: *om.* Π^2N (*cf.* 29. 28. 10 *adn.*) Agrianum *Sigonius ex Polyb.* 10. 42. 2 : aenianum Π*N*θ (eni- *D* : heni θ)

tueri posset. Ipse Scotussam est profectus eodemque ab
13 Larisa Macedonum copias traduci iussit. Eo nuntiatum est concilium Aetolis Heracleam indictum regemque Attalum
14 ad consultandum de summa belli uenturum. Hunc conuentum ut turbaret subito aduentu, magnis itineribus Hera-
15 cleam duxit. Et concilio quidem dimisso [iam] uenit; segetibus tamen, quae iam prope maturitatem erant, maxime in sinu Aenianum euastatis Scotussam copias reducit. Ibi exercitu omni relicto, cum cohorte regia Demetriadem sese
16 recepit. Inde ut ad omnes hostium motus posset occurrere, in Phocidem atque Euboeam et Peparethum mittit qui loca
17 alta eligerent unde editi ignes apparerent: ipse in Tisaeo —mons est in altitudinem ingentem cacuminis editi—speculam posuit ut ignibus procul sublatis signum, ubi quid molirentur hostes, momento temporis acciperet.

18 Romanus imperator et Attalus rex a Peparetho Nicaeam traiecerunt; inde classem in Euboeam ad urbem Oreum tramittunt, quae ab Demetriaco sinu Chalcidem et Euripum
19 petenti ad laeuam prima urbium Euboeae posita est. Ita inter Attalum ac Sulpicium conuenit ut Romani a mari, regii
6 a terra oppugnarent. Quadriduo postquam adpulsa classis

12 Scotussam $A^8\theta$ *Gron. et sic K in* § 15 (*ubi* -tyss- *P*, -tos- A^7N^4, -tus- *J*, -tiss- *ceteri*) *et in c.* 7. 3 (*ubi* -tusam Π*NJ*) : scopyssam *P*(*ut uid.*)*M* : scopussam P^2?*C*(-piss-)RB^x : copissam *BAN* (scotusa *in codd. Plin. e.g.* 4. 42) copias C^3?M^2(*an* M^7)$N\theta$: copia Π*N*, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* 14 hunc conuentum . . . aduentu A^8 *uel* A^7N^4 *in marg.* θ*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *duobus lineis post* uenturum *usque ad* aduentu m- *deperditis* (*u. adn. sq.*), *cf.* 26. 51. 8 *adn.* magnis $\Pi^2N\theta$: agnis *P* duxit $\pi A^8N^2\theta$: dixit *AN* 15 concilio $N^4\theta$: consilio Π*N* (*cf.* 27. 35. 4 *adn.*) iam uenit Π*N*θ*Edd.* : iam *seclusimus ut ex clausula sq. omissum et hic perperam restitutum*, *cf.* 27. 2. 6 *adn.* iam (prope) $A^7N^4\theta$*Edd.* : *om.* Π*N* Scotussam] *u.* § 12 *adn.* reducit ΠN^2*Sp?*θ*Frob.*2 : reduxit *N.ald.* recepit Π*NJ.ald.* : recipit *Sp?KFrob.*2, *cf.* 27. 5. 9 *adn.* 16 Peparethum, *cf.* § 10 : pepharetum Π*N* (in § 18 peparrh- Π) 18 tramittunt π, *cf.* 27. 5. 9 *adn.* (transm- $CB^2AN\theta$) 19 a terra oppugnarent π (*sed* regia t. *RMBD* : regi et a t. M^2?) : am terram oppugnarent *AN* (*i.e.* regiam t.) : oppugnarent a terra θ, *cf.* 27. 37. 5 *adn.*

6 1 quadriduo *PR* : quatriduo *CMBDAN*θ

est, urbem adgressi sunt. Id tempus occultis cum Platore,
qui a Philippo praepositus urbi erat, conloquiis absumptum
est. Duas arces urbs habet, unam imminentem mari; altera 2
urbis media est. Cuniculo inde uia ad mare ducit, quam a
mari turris quinque tabulatorum egregium propugnaculum
claudebat. Ibi primo atrocissimum contractum est certa- 3
men, et turre instructa omni genere telorum et tormentis
machinisque ad oppugnandam eam ex nauibus expositis.
Cum omnium animos oculosque id certamen auertisset, 4
porta maritimae arcis Plator Romanos accepit momentoque
arx occupata est. Oppidani pulsi inde in mediam urbem ad
alteram tendere arcem; et ibi positi erant qui fores portae 5
obicerent. Ita exclusi in medio caeduntur capiunturque.
Macedonum praesidium conglobatum sub arcis muro stetit, 6
nec fuga effuse petita nec pertinaciter proelio inito. Eos 7
Plator uenia ab Sulpicio impetrata in naues impositos ad
Demetrium Phthiotidis exposuit; ipse ad Attalum se
recepit.

Sulpicius tam facili ad Oreum successu elatus Chalci- 8
dem inde protinus uictrici classe petit, ubi haudquaquam ad
spem euentus respondit. Ex patenti utrimque coactum in 9
angustias mare speciem intuenti primo gemini portus in ora
duo uersi praebuerit; sed haud facile alia infestior classi

2 media π, *cf. e.g.* 42. 58. 9 *et fort.* 10. 2. 15 (*adn.*): medio *AN.ald. Frob.*1.2, *fort. recte*, *cf. e.g.* 5. 41. 2 quam Π*NθEdd.*: qua N^4 a mari $M^2A^v\theta$: a mare πB^1N, *cf.* 27. 4. 13 *adn.*: ad mare *B*: mare N^1 5 portae N^4A^8 *uel* $A^7\theta$: portas Π *et* A^vN
6 pertinaciter *Sp ut uid. RMBDANθ*: perunaciter *P*: pernciter P^2: perniciter *C* proelio inito *Sp?θFrob.*2: proelium initium π (*sed in P* -i- *postremum satis pallidum est*): proelium initum $P^xC^xM^1B^2A$ *N*: proelio iterato *ald.* 7 ab *Ven*: b *P*: a Π^2 *uel* $\Pi^1N\theta$ Demetrium *SpθFrob.*2: demetriacum π*N.ald.*: demetria *R* Phthiotidis *Aldus*: phtiotidis π: thiotidis *Sp*: theotidis *ANθ* se π*θFrob.*2: sese *AN.ald.* 8 Oreum] *sic P in c.* 5. 18 (*cf. c.* 7. 10 *adn.*): oraeum M^2A^7 *uel* A^8 (hor-): orae eum π: horae (-re *D*) eum *BD*: hoream *A?N*: orreum θ uictrici P^4M^2 A^8 *uel* $A^7N^4\theta$: uicti π, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: uicta *N*: uīcta C^3
9 mare Π*N.ald.*: mare ut *Sp?*$A^7N^4\theta$*Frob.*2 praebuerit *Sp?*A^7 N^4*JFrob.*2: praebuere Π*N*, *cf.* 29. 2. 2 *adn.*: praebuit *K.ald.*

10 statio est. Nam et uenti ab utriusque terrae praealtis montibus subiti ac procellosi deiciunt, et fretum ipsum Euripi non septiens die, sicut fama fert, temporibus statis reciprocat, sed temere in modum uenti nunc huc nunc illuc uerso mari, uelut monte praecipiti deuolutus torrens rapitur. Ita nec
11 nocte nec die quies nauibus datur. Cum classem tam infesta statio accepit, tum et oppidum, alia parte clausum mari, alia ab terra egregie munitum praesidioque ualido firmatum et praecipue fide praefectorum principumque, quae fluxa et uana apud Oreum fuerat, stabile atque inexpugnabile fuit.
12 Id prudenter, ut in temere suscepta re, Romanus fecit quod circumspectis difficultatibus ne frustra tempus tereret celeriter abstitit incepto classemque inde ad Cynum Locridis —emporium id est urbis Opuntiorum mille passuum a mari sitae—traiecit.

7 Philippum et ignes ab Oreo editi monuerant sed serius Platoris fraude ex specula elati; et impari tum maritimis

10 deiciunt (*uel* deiic-) Π$N\theta$, *scil. 'classem', cf. e.g.* 23. 40. 6 (*et de praesidio c.* 7. 3; 4. 53. 9): se deiciunt *Gron., quod malit Johnson* se *post* -si *excidisse ratus* statis ΠA^7*ald.Frob.*1.2: statutis $AN\theta$
11 tam $AN\theta$*ald.Frob.*1.2: iam πA^x, *cf. c.* 4. 2 *et* 26. 6. 4 *adn.* firmatum πN^2(*uix* N^4)θ*ald.*: firmatum fuit AN et (praecipue) Π$N\theta$: *delere uoluit Gron., optime nisi* (*ut nos distinximus*) *et* praesidioque *et* fide *uoci* firmatum *subiungas* fuerat *Sp?*N^4*uel* $N^3\theta$*Frob.*2: fuerant Π*N.ald., cf.* 27. 17. 4 *adn.* stabile (-li C) atque π$N\theta$: stabili *Gron. dubitanter, minus bene* 12 suscepta M^5(*sed* susceta, *quod per err. in* suscetap *mutauit* M^8 *uel* M^x)A^7 *uel* A^8*ald.Frob.*1.2: suspecta ΠN Romanus PCM^2A^7 *uel* $A^v\theta$: romanos $RMBDAN$ (-nis N^4) quod θ*ald.Frob.*1.2: quo ΠN id est Π*N.ald. Frob.*1.2: inde A^7*?VatK*: idem A^8*?*N^4 urbis Opuntiorum N^4*ald., cf. c.* 7. 8 *adn.*: opuntiorum urbis *VatFrob.*2: opuntiorum urbem $A^7\theta$: orbis et pontiorum ΠN: orbis pontiorum N^2: opuntiorum N^6 mille Π(mile B)$N\theta$: MM *duce Wesselingio Drak. ex Strab.* 9. 4. 2, *sed u. Weissenb. ad loc.* sitae π^3N (-te): sitam A^8*?*θ: sita PN^1 *ut s. l.*
7 1 ignes CM^2A^9*?*θ: ignos πN (ignosa boreo D): ingens N^7 (*non* N^4) editi monuerant A^8 *uel* A^v: editim monuerant M^2: editi mouerant N^4(*sed* edicti N^7)θ*ald.Frob.*1.2: editī (*uel* -tim) minuerant π: edit imminuerant C: editi minuerant AN specula elati $PC^1MB^2A^7N^1$ *ut s. l.* θ: speculae lati RM (-lę B): specule lati *DA?*: specule elati N impari tum maritimis A^7 *uel* A^8N^4 *ab* N^6 *rescriptus, ald.*: impari maritumis *Sp*θ*Frob.*2, *et* (*sine* tum) *malit Johnson*: inparitumuis π, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: impari tum AN

uiribus haud facilis erat in insulam classi accessus; ita re 2
per cunctationem omissa ad Chalcidis auxilium, ubi signum
accepit, impigre est motus. Nam et ipsa Chalcis, quamquam
eiusdem insulae urbs est, tamen adeo arto interscinditur
freto, ut ponte continenti iungatur terraque aditum faciliorem
quam mari habeat. Igitur Philippus ab Demetriade Sco- 3
tussam, inde de tertia uigilia profectus, deiecto praesidio
fusisque Aetolis qui saltum Thermopylarum insidebant cum
trepidos hostes Heracleam compulisset, ipse uno die Phocidis
Elatiam milia amplius sexaginta contendit. Eodem ferme 4
die ab Attalo rege Opuntiorum urbs capta diripiebatur—
concesserat eam regi praedam Sulpicius, quia Oreum paucos
ante dies ab Romano milite, expertibus regiis, direptum fue-
rat. Cum Romana classis Oreum sese recepisset, Attalus 5
ignarus aduentus Philippi pecuniis a principibus exigendis
terebat tempus, adeoque improuisa res fuit ut, nisi Creten- 6
sium quidam forte pabulatum ab urbe longius progressi
agmen hostium procul conspexissent, opprimi potuerit.

2 re $A^{v}\theta$*Aldus* : *om.* ΠN : res *Sp?Edd. ante Ald.Frob.*2 ponte $C^{2}N^{4}$ *ut s. l.* θ*ald.* : ponto ΠN terraque $\Pi N^{1}\theta$*ald.* : terra *SpFrob.*2 (*cf.* § 3 fusis) : terram *N* 3 Igitur ΠNθ : Rediit igitur *M. Müller* ab (*sed u. adn. sq.*) Demetriade . . . profectus] *haec omnia post uoces* deiecto (di- π) . . . insidebant cum *praebent* ΠNθ*ald.* : *huc transposuit Madv. Crevierium paene secutus, qui tamen et uocem* cum *cum priorib. post* Philippus *conlocare uoluit; Madvigium sequimur et quia concinnius stat* cum *post Participium et quia sic intellegi potest tres lineas* (*xlviii litt.*) *post* Philippus *usque ad* profectus *ob* ὁμ. *omissas esse, tum perperam* (*post lxiv uel lxvi litt. i.e. iv lineas*) *restitutas. Cf.* 27. 2. 6 *adn.* ab (Dem.) $N^{4}\theta$: ad π : a $P^{x}C^{x}M^{1}AN$ Scotussam] *u. c.* 5. 12 *adn.* de ΠN : *om.* N^{4}(*uel fort.* e N^{4} : *del.* N^{7})θ*ald. Frob.*1.2 deiecto *RANK.ald.* : deieto *J* : diiecto πR^{x} fusisque (-quae *PRB*) ΠNθ*ald.* : fusis *SpFrob.*2, *cf.* § 2 contendit P^{5} (*an manus recentior?*) *et CRMBAN*θ : contedit *PD* 5 cum Romana classis Oreum sese recepisset A^{6} *uel* $A^{7}N^{4}$: cum romana classis eo se cepisset π*N et sic* (*sed* recep-) CM^{7}*ald.* : romana classis oreum sese receperat et $SpA^{8}\theta$*Frob.*2 (*sed* cum *retinet* A^{8}), *probantibus Luchsio et Madv.* 1886. *Voces* Oreum . . . direptum fuerat *ad res a Rom. in c.* 6. 1–7 *gestas referunt : contra uoces* cum . . . recepisset *significant i. q.* '*cum iam Rom. Cyno* (*u. c.* 6. 12) *relicto* (*unde, si mansissent, Attalo auxilium iam ferre poterant*) *rursus Oreum rediissent*'

7 Attalus inermis atque incompositus cursu effuso mare ac naues petit, et molientibus ab terra naues Philippus super-
8 uenit tumultumque etiam ex terra nauticis praebuit. Inde Opuntem rediit, deos hominesque accusans quod tantae rei
9 fortunam ex oculis prope raptam amisisset. Opuntii quoque ab eadem ira increpiti quod, cum trahere obsidionem in aduentum suum potuissent, uiso statim hoste prope in uoluntariam deditionem concessissent.

Compositis circa Opuntem rebus Toronen est profectus.
10 Et Attalus primo Oreum se recepit; inde, cum fama accidisset Prusian Bithyniae regem in fines regni sui transgressum, omissis Romanis rebus atque Aetolico bello in Asiam traiecit.
11 Et Sulpicius Aeginam classem recipit, unde initio ueris profectus erat. Haud maiore certamine quam Opuntem Attalus
12 ceperat, Philippus Toronen cepit. Incolebant urbem eam profugi ab Thebis Phthioticis; urbe sua capta a Philippo cum in fidem Aetolorum perfugissent, sedem iis Aetoli eam

7 effuso *Sp? A^6 uel A^7θFrob.2* : effusu *P* : effusus Π^2*N.ald.* petit Π(*A et A^v*)*ald.Frob.1.2* : petiit *A^7N^4θ, cf.* 27. 5. 9 *adn.* (petiit . . . naues *om. N* : *add.* N^4) superuenit Π*N.ald.* : aduenit *Spθ Frob.2* tumultumque Π*N.ald.* : metumque *SpA^7N^4 ut s. l. θFrob.2* 8 Opuntem A^7N^4(opon-)θ : pontem *P* : pontum Π^2*N*; *sed in* § 9 opontem π*K* : opuntem *CA^7J*; *in* § 11 opunt- *P* : opont- P^2; *in c.* 6. 12 *supra* pont- *P*; *in c.* 8. 12 oppugnatiorum π (*cf.* 27. 20. 8 *adn.*) *pro* oppuntiorum (A^7N^4θ) tantae rei πA^7N^4θ : tantae regi *BD* · tanti regis *AN* 9 potuissent *CAN*θ : posuissent π Opuntem] *u.* § 8 Toronen πN^1*Frob.2* (-nem *ANθald. sed* -rr- *J*, th- *K*) ; *idem codd. in* § 11 ; *in* § 13 turone π*N* (tor- θ) : *coniecit* Thronium *Glareanus, sed notandum* recepta *in* § 13 : *si quid mutandum* Thronen *in promptu est* 10 Oreum *N^4A^9J, cf. c.* 6. 8 : oraeum *C^1?* : orreum *K* : oratum Π*N* se recepit *N^4θald.Frob.1.2* : est profectus Π*N, sc. ex* § 9 *repetitum* : *seclusit Gron.* Prusian $C^4θ^2$: prysian π (pris- *CBD*) : prusiam *A*(-iā)*N*(psiam)θ(prux- *K*) Romanis rebus *SpN^4A^7θFrob.2* : rebus Π*N* : romanis *ald.* 11 recipit *SpN^4Frob.2* : recepit Π*Nθald., fort. recte, cf.* 27. 5. 9 *adn.* ceperat *A^7N^4θald.Frob.1.2* : decertat π : decertans *AN* : *deletum malimus, Puteani* decertat *ex* -RE (*uocis* maiore) *et* certa- (*uocis* certamine) *repetitis ortum esse rati* Toronen] *u.* § 9 12 Phthioticis *A* : pthioticis π (phi- *CR*) *N* : phthiotici *Sp ut uid.* A^7N^4θ(*sed* phiot- θ)*ald.* perfugissent Π*N.ald.Frob.1.2* : peruenissent *SpA^7* (-set ?)N^4 *ut s. l.* θ sedem iis (*uel* his *uel* hiis) A^7N^3 *uel* N^4θ : sedememiis *P* : sedem eiis π^1 *et* π^2*N* : sed me iis (his *D*) *BD* : sedem ei iis *A* : sede mei is *N* : *del.* N^7

dederant urbis uastae ac desertae priore eiusdem Philippi
bello. Tum ab Torone, sicut paulo ante dictum est, recepta 13
profectus Tithronion et Drumias, Doridis parua atque igno-
bilia oppida, cepit. Inde Elatiam iussis ibi se opperiri
Ptolomaei Rhodiorumque legatis uenit. Vbi cum de finiendo 14
Aetolico bello ageretur—adfuerant enim legati nuper Hera-
cleae concilio Romanorum Aetolorumque—nuntius adfertur
Machanidam Olympiorum sollemne ludicrum parantes Eleos
adgredi statuisse. Praeuertendum id ratus legatis cum be- 15
nigno responso dimissis—se neque causam eius belli fuisse
nec moram, si modo aequa et honesta condicione liceat, paci 16
facturum—cum expedito agmine profectus per Boeotiam
Megara atque inde Corinthum descendit, unde commeatibus
sumptis Phliunta Pheneumque petit. Et iam cum Heraeam 17
uenisset, audito Machanidam fama aduentus sui territum
refugisse Laecedaemonem, Aegium se ad concilium Achae-
orum recepit, simul classem Punicam, ut mari quoque aliquid
posset accitam, ibi ratus se inuenturum. Paucis ante diebus 18
inde †Oxeas traiecerant Poeni, inde portus Acarnanum

12 uastae *SpθFrob.2*, *cf. e.g.* 24. 3. 11 : uastatat *P*: uastata π^2: uastatae (*sed* -te) *CAN.ald.* (-tae)   eiusdem Π*Nθald.* : quidem *SpFrob.2*   13 Torone] *u.* § 9   paulo N^3 *uel* N^4*θEdd.* : *om.* Π*N*   Tithronion *Ruperti* : uthronon *P*: uturonon (uth- *RMBD A*) Π^2: ut choronon *N*: tithronon N^4(tri-)*θ Madv.* 1886   Drumias Π*Nθ*   Doridis A^7N^4*θ* : dori Π*N*   opperiri *Med.* 2 *ald.* (ope- A^7*?*N^3 *uel* N^4*θFrob.2*) : operire (opp- *P*) Π*N*, *cf.* 27. 4. 13 *adn.*   Rhodiorumque A^7N^4(rod- *hi*)*θ* : rriliediorumq. *P* : diorumq. Π^2*N*   14 Machanidam] *u.* 27. 29. 9 *adn.*   Eleos] *u.* 27. 31. 9 *adn.*   15 dimissis se A^7N^4 *rescriptus θ* : dimisse *P*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* : dimissis Π^2*N*   paci facturum N^4 *ut s. l. Aldus* : pacem facturum Π*NEdd. ante Ald.* : pacificaturum N^6*θ*   16 cum Π*N* *ald.Frob.1.2* : quam *Spθ*   Phliunta *Sabellicus, cf. e.g. Polyb.* 2. 52. 2 : phleiumta Π*N*: *alia alii*   petit Π*NEdd.*: petiit A^7*θ*, *cf.* 27. 5. 9 *adn.*   17 Heraeam *Sigonius, cf. e.g. Polyb.* 4. 77. 5 : heraeum (*uel* -reum) Π*Nθ et sic in c.* 8. 6   audito A^7 *Rhen. Frob.2* : audita *Sp*N^2 *uel* N^4 : audit Π*Nθ ald.*   Aegium *SpFrob.2* : aegiumque Π*Nθ*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*a*)   concilium N^4*θ* : consiliorum (conc- *PCN*^{2}) Π*N*: consilium se A^x : consilium A^7*?*   Achaeorum *ald. Frob.1.2* : aetolorum πN^4 (etol-) : etholorum *DANθ*   posset *θ ald.Frob.1.2* : possit Π*N*, *cf.* 27. 17. 14 adn.   18 Oxeas *Crevier, cf. Strab.* 10. 2. 19 : uaeas π*N* (*cf. de* -x- *et* -a- 26. 37. 3 *adn.*) : ut eas *A* : phoceas A^7*θ*

petierant, cum ab Oreo profectum Attalum Romanosque
audissent, ueriti ne in se iretur et intra Rhium—fauces eae
sunt Corinthii sinus—opprimerentur.

8 Philippus maerebat quidem et angebatur cum ad omnia
ipse raptim isset nulli tamen se rei in tempore occurrisse, et
rapientem omnia ex oculis elusisse celeritatem suam fortu-
2 nam; in concilio autem dissimulans aegritudinem elato
animo disseruit, testatus deos hominesque se nullo loco nec
tempore defuisse quin ubi hostium arma concrepuissent eo
3 quanta maxima posset celeritate tenderet: sed uix rationem
iniri posse utrum a se audacius an fugacius ab hostibus
geratur bellum. sic ab Opunte Attalum, sic Sulpicium ab
Chalcide, sic eis ipsis diebus Machanidam e manibus suis
4 elapsum. sed non semper felicem esse fugam nec pro diffi-
cili id bellum habendum in quo, si modo congressus cum
5 hoste sis, uiceris. quod primum esset, confessionem se
hostium habere nequaquam pares esse sibi: breui et uicto-
riam haud dubiam habiturum, nec meliore euentu eos secum
quam spe pugnaturos.

6 Laeti regem socii audierunt. Reddidit inde Achaeis

18 in se *θald.Frob.*1.2 (*cf. e.g.* 2. 6. 8): ad se Π*N*, *fort. recte si cursus tantum describitur* (*delet* ad se iretur N^3: *add.* in seriretur *ut nunc uid.* N^4*? sed supra add. nescio quid* N^x) et *ANθald.Frob.*1.2: *om.* π (*cf. c.* 2. 7 *et* 26. 11. 12 *adn.* (*c*)), *unde post* se *add.* si *Weissenb.* intra Rhium π (*sed in* 27. 29. 9 Rhion π): intra hrium *AN*: in thacium N^2: in tanchium *θ*

8 2 nullo . . . tempore *Gron.*: nullo . . . tempori Π*N*, *cf.* 27. 4. 13 *adn.*: nulli . . . tempori (-re *J*) A^1*θEdd. ante Gron.*, *Philip. rhetorice mentientem et postea se corrigentem* (; quin . . . tenderet) *perperam pingentes* 3 uix Π*Nθald.Frob.*1.2: id *Sp*N^4 *ut s. l.*: haud *Rhen.* an Π*N.ald.Frob.*1.2: quam *Sp*A^7N^4 *ut s. l. θ* fugacius *PCR*A^7 *K* (-tius *MBD*A^xN^4*J*): fugatis *AN* ab (Chalcide) Π*N*: a *ald.*: *om. SpθFrob.*2 4 modo *Sp ut uid.* A^x*θald.*: mo *P*: nemo $Π^2$*N*; *de erroribus 'architectonicis' a* P^2 *ortis, cf. cc.* 24. 16; 25. 11; 26. 26. 3; 27. 7. 4; 27. 20. 3; 27. 28. 13; 27. 30. 17; 27. 48. 10; 30. 6. 4 *et* 6; 30. 14. 2 *et* (*ut conicit Johnson*) 30. 42. 2. *Cf. etiam* 27. 20. 8 *adn.* hoste *SpθFrob.*2: hostibus Π*N.ald.* sis, uiceris πA^7*θ*: suis uicerit *AN* 5 pares esse *Sp ut uid.* A^7*θald.*: parese π, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: par $\overline{ee}$ *C*: par esse *N*: pares C^2 sibi Π*N*: eos *SpθFrob.*2: eos sibi *Med.* 3 *ald.* spe N^1 *uel* N^2A^7*θ*: ope Π*N*

Heraeam et Triphuliam, Alipheram autem Megalopolitis
quod suorum fuisse finium satis probabant restituit. Inde 7
nauibus acceptis ab Achaeis—erant autem tres quadriremes
et biremes totidem—Anticyram traiecit. Inde quinqueremi- 8
bus septem et lembis uiginti amplius, quos ut adiungeret
Carthaginiensium classi miserat in Corinthium sinum, pro-
fectus ad Eruthras Aetolorum, quae prope Eupalium sunt,
escensionem fecit. Haud fefellit Aetolos; nam hominum 9
quod aut in agris aut in propinquis castellis Potidaniae atque
Apolloniae fuit in siluas montesque refugit: pecora quae 10
inter festinationem abigi nequierant sunt direpta et in naues
compulsa. Cum iis ceteraque praeda Nicia praetore Achaeo-
rum Aegium misso cum Corinthum petisset, pedestres inde
copias per Boeotiam terra duci iussit: ipse ab Cenchreis 11
praeter terram Atticam super Sunium nauigans inter medias
prope hostium classes, Chalcidem peruenit. Inde conlaudata 12
fide ac uirtute quod neque timor nec spes flexisset eorum
animos, hortatusque in posterum ut eadem constantia per-
manerent in societate si suam quam Oritanorum atque
Opuntiorum fortunam mallent, ab Chalcide Oreum nauigat, 13

6 Heraeam] *u. c.* 7. 17 *adn.* Triphuliam *J* (typh- *K*): tri- (try- *B*)phyl- (-phil- *C*: -pil- *D*: -pyl- *AN*)Π*N* Alipheram *C* $M^2A^7\theta$: aliphera π*N* (*cf.* 26. 41. 12 *adn.*) fuisse P^4 *uel* P^5M^2 $N^4\theta$: uisse π: iusse *D*: uis esse C^4A: uix esse *N*: iure esse A^6 8 adiungeret $N^4\theta$*Edd.*: adiungerent Π*N*, *cf.* 27. 17. 4 *adn.* Eruthras (-tras *CAN*) π: ae iruthras *B* (*del.* i- B^1): erithras *J*: heritras *K* Eupalium *B.ald.*: euphalium πB^2N: eupallum *J*: cumpalum *K* escensionem] esc- π: exc- N^4: exsc- *Sp*A^7 *Frob.*2: desc- A^x*ald.*: asc- M^2: sc- *AN*; *cf.* 27. 5. 8 *adn.* 9 fefellit Aetolos (athol- *P*: aethol- P^2: atehol- M^2) $PCM^2A^7N^1\theta$: fellitate holos *RM*: felicitate holos *BDAN* Potidaniae *ald. Frob.*1.2: potidanias Π*N*: post idonie θ 10 in naues C^4?M^1 *uel* $M^3A^7\theta$: inanes Π*N* 11 ab Cenchreis *Sp?Frob.*2: a chencris $A^7\theta$: ab aenotris Π*N.ald.*: cenchrs tris N^4, *qui* ab *et* aeno- *delet*, -tris *relicto* terram Atticam (-cen A^7) Π*N.ald.*: atticen *SpJ* (-cem) *Frob.*2: athicensem *K* super Sunium (syni- *P*: sini- CR^1MBA *N*: sin- *RDJ*)Π*NJ*: per sunium *Sp?*: sinum *K* 12 flexisset Π*N*θ*ald.*: flexissent *Sp?Frob.*2 in posterum . . . Oritanorum atque] *om.* Π*N*, *lxxiv ferme litteris* (*i.e. iv uel v lineis*) *ob* -usque | -um atque *deperditis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*: *supplent* $A^7N^4\theta$*Edd.* Opuntiorum] *u. c.* 7. 8 *adn.*

principumque iis qui fugere capta urbe quam se Romanis
tradere maluerant summa rerum et custodia urbis permissa
ipse Demetriadem ab Euboea, unde primum ad opem feren-
14 dam sociis profectus erat, traiecit. Cassandreae deinde
centum nauium longarum carinis positis contractaque ad
effectum eius operis multitudine fabrorum naualium, quia
res in Graecia tranquillas et profectio Attali fecerat et in
tempore laborantibus sociis latum ab se auxilium, retro in
regnum concessit ut Dardanis bellum inferret.

9 Extremo aestatis eius qua haec in Graecia gesta sunt, cum
Q. Fabius Maximus filius legatus ab M. Liuio consule Ro-
mam ad senatum nuntiasset consulem satis praesidii Galliae
prouinciae credere L. Porcium cum suis legionibus esse,
2 decedere se inde ac deduci exercitum consularem posse,
patres non M. Liuium tantum redire ad urbem sed collegam
3 quoque eius C. Claudium iusserunt. Id modo in decreto
interfuit quod M. Liui exercitum reduci, Neronis legiones
4 Hannibali oppositas manere in prouincia iusserunt. Inter
consules ita per litteras conuenit ut, quemadmodum uno
animo rem publicam gessissent, ita quamquam ex diuersis
regionibus conuenirent uno tempore ad urbem accederent;

13 principumque $C^x M^1 A^7 ? N^1 \theta$: principiumque Π*N* : principisque M^2 (*nisi* -ibq. *uoluit*) urbe quam $\pi A^c ? N^x \theta$: quam urbe *AN*, *cf.* 29. 3. 10 *adn.* primum Π*N.ald.* : primo *Sp?*θ*Frob.*2 sociis A^8 *uel* $A^7 N^4 \theta$*ald.Frob.*1.2 : copiis Π*N* 14 in Graecia Π*N*θ : ingrauauerat N^8 tranquillas et *P et* P^x *per ras.* $A^7 N^2$(*uix* N^4)θ : tranquilla esset π^2 : tranquillas esse *C* : tranquilla se M^1 ut $A^x N^4 \theta$*ald.* : aut Π*N* Dardanis $A^7 N^4 \theta$*ald.* : dicionis Π*N* (-iti- *RMBDAN*) inferret $A^7 N^4 \theta$*ald.* : ferret Π*N* (*cf.* 26. 13. 7 *adn.*)

9 1 gesta sunt (*sed* gestas uni *PRMD*) πM^2*N.ald.* : sunt gesta θ *Frob.*2, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* Q. Π*N* (*sed* -que) : qui N^1 Maximus filius *Alan*, *cf.* 27. 29. 4 (*fort. hic* maximus *delendum*): maximi p (*uel* p̄) π : maxim' p̄ *A* : maximus pre *N* : maximus $C^2 A^x$ *Sp?*θ : Maximus praetor *Edd. ante Gron.* : Maximi filius *Gron.*, *negligens Fastorum normam* (*i.e.* Q. Fabius Q. Fab. Max. f.) *post* senatum *praebent* missus $A^7 N^4 \theta$*ald.Frob.*1.2, *quod rectissime ignorant* Π*N* 2 patres Π*N*θ*ald.Frob.*1.2 : *om. Sp* 3 Liui π^2 : liuii *AN*θ : liuite *P* 4 consules (*uel* cōs *uel* cōns) $PCA^7 N^2$(*non* N^4)θ : quos *RMBDAN*, *cf. c.* 40. 8 *adn.* uno (tempore) πN^2(*non* N^4) *Sp*θ*Frob.*2 : unoq. *AN* : uno quoque *ald.*

Praeneste qui prior uenisset, collegam ibi opperiri iussus.
Forte ita euenit ut eodem die ambo Praeneste uenirent. 5
Inde praemisso edicto ut triduo post frequens senatus ad
aedem Bellonae adesset, omni multitudine obuiam effusa
ad urbem accessere. Non salutabant modo uniuersi circum- 6
fusi, sed contingere pro se quisque uictrices dextras consulum
cupientes, alii gratulabantur, alii gratias agebant quod eorum
opera incolumis res publica esset. In senatu cum more 7
omnium imperatorum expositis rebus ab se gestis postulas-
sent ut pro re publica fortiter feliciterque administrata et
dis immortalibus haberetur honos et ipsis triumphantibus
urbem inire liceret, se uero ea quae postularent decernere 8
patres merito deorum primum, dein secundum deos consu-
lum responderunt; et supplicatione amborum nomine et 9
triumpho utrique decreto, inter ipsos, ne cum bellum com-
muni animo gessissent triumphum separarent, ita conuenit,
quoniam et in prouincia M. Liui res gesta esset et eo die 10
quo pugnatum foret eius forte auspicium fuisset et exercitus
Liuianus deductus Romam uenisset, Neronis deduci de pro-
uincia non potuisset, ut M. Liuium quadrigis urbem ineun-
tem milites sequerentur, C. Claudius equo sine militibus
inueheretur.

Ita consociatus triumphus cum utrique, tum magis ei qui 11
quantum merito anteibat tantum honore collegae cesserat,
gloriam auxit. Illum equitem aiebant sex dierum spatio 12

5 multitudine $C^5A^7?N^1\theta$*ald.* (-ni Π*N*) 6 circumfusi Π*N*θ*ald.* : *om. Frob.2, et delere malit Johnson ut gloss. quo extrusum est* contingere contingere $A^7\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π : prospicere *N* pro se $CA^7\theta$*ald.* : pro π(*A?*)*N* opera πA^6K*.ald.Frob.*1.2 : ope *A Sp* : opere *NJ* 7 cum $\Pi^2N\theta$: ium *P* : tum ?P^1 feliciterque Π*N.ald.* : fideliterq. $SpA^7\theta$*Frob.2* dis, *cf. c.* 28. 11 *adn.* : deis *PCR* : diis *MBDAN*θ 8 dein secundum (-do N^2?) Π^1*N.ald.* : deindecundum *P* : deinde secundum θ 10 *ante* quoniam *add.* ut Π*N*θ*ald.* : *om. SpFrob.2* et (in) Π*N.ald.* : *om. Sp*θ*Frob.2* et eo Π*N.ald.Frob.*1.2 : eo *Sp*θ fuisset et Π*N.ald.* : fuisset *Sp*θ*Frob.2* deduci de pr. non potuisset π*SpN* (*correctura postea erasa*) : deduci non potuisset de pr. *AN*, *cf.* 29. 3. 10 *adn.* : de pr. deduci non potuisset θ*ald.Frob.*1.2, *cf.* 27. 37. 5 *adn.*
11, 12 auxit. Illum $A^7N^4\theta$*ald.* : auxilium Π*N*

transcurrisse longitudinem Italiae, et eo die cum Hasdrubale
in Gallia signis conlatis pugnasse quo eum castra aduersus
13 sese in Apulia posita habere Hannibal credidisset. ita unum
consulem pro utraque parte Italiae aduersus † duos duces †
duos imperatores hinc consilium suum hinc corpus oppo-
14 suisse. nomen Neronis satis fuisse ad continendum castris
Hannibalem; Hasdrubalem uero qua alia re quam aduentu
15 eius obrutum atque exstinctum esse? itaque iret alter con-
sul sublimis curru multiiugis si uellet equis: uno equo per
urbem uerum triumphum uehi, Neronemque etiamsi pedes
incedat uel parta eo bello uel spreta eo triumpho gloria
16 memorabilem fore. Hi sermones spectantium Neronem
usque in Capitolium prosecuti sunt. Pecuniae in aerarium
17 tulerunt sestertium triciens, octoginta milia aeris. Militibus
M. Liuius quinquagenos senos asses diuisit; tantundem
C. Claudius absentibus militibus suis est pollicitus cum ad
18 exercitum redisset. Notatum est eo die plura carmina mili-
taribus iocis in C. Claudium quam in consulem suum iactata;

12 quo *ANθ* : quod π 12, 13 credidisset. ita unum *CB*A^x N^1 *uel* $N^4θ$: *bis scribunt* π*N*, *cf.* 29. 1. 23 *adn.* duos duces duos imperatores Π*Nθ*, *quod non displicuit Weissenbornio* : duas acies duos imp. *Koch*, *Madv.* 1886 (*cf. e.g. cc.* 25. 6; 28. 9): duos duces summos imp. *Rossbach*, *optime* : *alia alii* : *uoces* duos imp. *possis secludere, tanquam ex uoce* duos *perperam repetita orto pleonasmo, sed anaphoram hic nescioquam latere credit Johnson*, *cf.* 27. 44. 5 14 continendum C^1 *uel* C^2*ANθ* (-dis π, *cf.* 27. 17. 1 *adn.*) 15 itaque $A^7N^4θ$*ald.* : que π*N* : qua *C* : quare A^x uno equo C^2*Sp?*A^7 $N^4θ$*Frob.*2 : unde quo π : un' equo *A* : unus equo *N* : unius equo *ald.* Neronemque (-quę *C*) $π^1$ *uel* $π^2$*NSpθFrob.*2 : ronemque *P* : neronemqui *θ* : neronique *ald.* parta eo C^3*SpFrob.*2 : partē (*uel* -tem) ea π : partā eo A^7(*ut uid.*)*θ* : eo *N* : parte (-tae N^x) eo *A?*N^x : partem incedat ea *D* : parto eo *ald.* spreta eo *Sp*N^2*? Frob.*2 : spreteo *P* : spreto $π^2$*N.ald.* : pręto *B* : preto *D* : spretā eo $A^7θ$ gloria C^x*SpFrob.*2 : gloriam Π*θald.* : groriam *N*
16 pecuniae *P ut uid. Sp?*$A^7θ$*Frob.*2 : pecuniam $π^2$*ald.* : pecunia *BDN* octoginta Π*NSp?ald.Frob.*1.2 : nonaginta A^7 *in marg. ut s. l.* : $\overset{c}{\text{VIII}}$ *Vat* : D. CCCC *θ* 18 Notatum est $A^7N^4θ$: notatum π*N.ald. Frob.*1.2 : notandum *D* iocis $C^x A^7θ$*ald.* : locis Π*N* in (cons.) C^4*ANθald.* : *om.* π, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* suum Π(*A et* A^x)*N* : liuium $A^5∂$ iactata Π*N.ald.* : iacta N^2 (*uix* N^4) : *om.* *θ* : iactasse C^4

equites L. Veturium et Q. Caecilium legatos magnis tulisse 19
laudibus hortatosque esse plebem ut eos consules in proximum annum crearent; adiecisse equitum praerogatiuae 20
auctoritatem consules postero die in contione quam forti fidelique duorum praecipue legatorum opera usi essent commemorantes.

Cum comitiorum tempus appeteret et per dictatorem **10**
comitia haberi placuisset, C. Claudius consul M. Liuium collegam dictatorem dixit, Liuius Q. Caecilium magistrum
equitum. A M. Liuio dictatore creati consules L. Veturius 2
Q. Caecilius, is ipse qui tum erat magister equitum. Inde 3
praetorum comitia habita; creati C. Seruilius M. Caecilius Metellus Ti. Claudius Asellus Q. Mamilius Turrinus, qui tum
aedilis plebis erat. Comitiis perfectis dictator, magistratu 4
abdicato dimissoque exercitu, in Etruriam prouinciam ex
senatus consulto est profectus ad quaestiones habendas qui 5
Etruscorum Vmbrorumue populi defectionis ab Romanis ad Hasdrubalem sub aduentum eius consilia agitassent quique eum auxiliis aut commeatu aut ope aliqua iuuissent.
Haec eo anno domi militiaeque gesta. 6

Ludi Romani ter toti instaurati ab aedilibus curulibus
Cn. Seruilio Caepione Ser. Cornelio Lentulo; item ludi 7
plebeii semel toti instaurati ab aedilibus plebis M. Pomponio Mathone et Q. Mamilio Turrino.

Tertio decimo anno Punici belli L. Veturio Philone et 8
Q. Caecilio Metello consulibus, Bruttii ambobus ut cum

10 2 Q. (Caecilius) *C*A^{7}*Nθ* : que (*uel* -q. *uel* -q;) π 3 Ti. (Claudius) *Sigonius ex* 27. 41. 7 (*P*) : t. Π*NK* : titus *J* Mamilius *Sigonius ex* §§ 7 *et* 9 : manilius Π*NJ* : manlius *K* 4 est profectus . . . Etruscorum (§ 5) ΠN^{4} *in marg. θ* : *om. N* 5 aduentum Π*NSp?θFrob.2* (*et in* § 12) : aduentu *Vat ald.* (*et in* § 12); *cf.* 27. 15. 8 *adn.* 6 domi Π^{2} *uel* Π^{1}*θ* : domo *N* : mi domi *P* gesta C^{2} *Sp?*(*certe sine* et)A^{x}*θFrob.2* : gestae π : gesta et *AN.ald.* : *om. D* 7 Mamilio (*sed* -ll- *RMBD*) Π*NJ* : manlio *K* 8 Bruttii π (*A?*)*N* : brutti *P*C^{2} : brutii *DSp?*A^{7}*θFrob.2* : *om. ald.* ambobus C^{2} *uel* C^{1}*Sp*$A^{7}N^{4}$*Vatθ* : ambopusi *P* : ambo pulsi Π^{2}*N?* (*an* ambobus pulsi ? *N*) : ambo N^{8}

9 Hannibale bellum gererent prouincia decreta. Praetores ex-
inde sortiti sunt M. Caecilius Metellus urbanam, Q. Mamilius
peregrinam, C. Seruilius Siciliam, Ti. Claudius Sardiniam.
10 Exercitus ita diuisi: consulum alteri quem C. Claudius prioris
anni consul, alteri quem Q. Claudius propraetor—eae binae
11 legiones erant—habuisset exercitum: in Etruria duas
uolonum legiones a C. Terentio propraetore M. Liuius pro-
12 consul, cui prorogatum in annum imperium erat, acciperet, et
Q. Mamilius ut collegae iurisdictione tradita Galliam cum
exercitu cui L. Porcius praetor praefuerat obtineret decre-
tum est, iussusque populari agros Gallorum qui ad Poenos
13 sub aduentum Hasdrubalis defecissent. C. Seruilio cum
Cannensibus duabus legionibus, sicut C. Mamilius tenuerat,
14 Sicilia tuenda data. Ex Sardinia uetus exercitus, cui A
Hostilius praefuerat, deportatus; nouam legionem quam
Ti. Claudius traiceret secum consules conscripserunt.
15 Q. Claudio ut Tarentum, C. Hostilio Tubulo ut Capuam
prouinciam haberet prorogatum in annum imperium est.
16 M. Valerius proconsul, qui tuendae circa Siciliam mariti-
mae orae praefuerat, triginta nauibus C. Seruilio praetori
traditis cum cetera omni classe redire ad urbem iussus.

9 Metellus (-lius *D*) Π*N*(*hic* urbis : urbana N^{4})*Edd.* : *om.* $N^{4}\theta$, *fort. recte, sed fort. statuas* Metellus *quasi partem nominis gentilis factam esse, cf. Schulze Lat. Eigenn. p.* 293 Mamilius, *cf.* § 3 : m̄. amilius *P* : m̄. aemilius (*uel* em-) $\Pi^{2}N$: manlius $A^{7}\theta$ peregrinam $A^{7}\theta$: peregrina N^{4} : pereg. π : peregrinus *AN* 10 habuisset *K.ald.Frob.*1.2 : habuissent Π*NJ* (*uix cum* exercitum *probabile* : *cf. de* -rent *pro* -ret 27. 17. 4 *adn.*) 11 a C. $M^{2}A^{7}$ *in ras.* $N^{1}\theta$: ac π (*A?*)*N* : a P^{2} : ab *C* 12 Mamilius *J. H. Voss* : mamilio Π*NJ* : manlio $N^{2}K$ ut Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* N^{2} *uel* $N^{4}\theta$ Galliam $N^{4}\theta$*ald.* : gallia Π*N*, *cf.* 26. 41. 12 *adn.* praetor *Pighius*, *cf.* 27. 36. 11 : pro pr̄. Π$N\theta$ aduentum] *u.* § 5 13 C. (Mamilius) *Glareanus*, *cf.* 27. 36. 11 : p. (*uel* p̄.) Π$N\theta$ 14 cui A. *P* (cuia *uel* cuiā ?)CA^{7} : cui iam *RMBDAN* : cui am R^{2} Ti. *B?* *Sigonius*, *cf.* § 3 : t.(*uel* titus) π$B^{x}N\theta$ 15 ut (Capuam) Π*N* *ald.*(uti)*Frob.*2 : *om.* θ haberet Π$N\theta$: haberent M^{1} *uel* $M^{2}A^{6}$, *cf.* § 10 *adn.* 16 praetori traditis *Weissenb.*, *optime* : praeditis Π*N* (-dict-), *cf.* 27. 1. 11 *adn.* : traditis $C^{3}A^{7}N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2 : redditis M^{3} *uel* M^{7} cetera CM^{3} *uel* $M^{7}AN\theta$: cetero π

In ciuitate tanto discrimine belli sollicita cum omnium II
secundorum aduersorumque causas in deos uerterent, multa
prodigia nuntiabantur: Tarracinae Iouis aedem, Satrici 2
Matris Matutae de caelo tactam; Satricanos haud minus
terrebant in aedem Iouis foribus ipsis duo perlapsi angues;
ab Antio nuntiatum est cruentas spicas metentibus uisas
esse; Caere porcus biceps et agnus mas idem feminaque 3
natus erat; et Albae duo soles uisos ferebant et nocte
Fregellis lucem obortam; et bos in agro Romano locutus et 4
ara Neptuni multo manasse sudore in circo Flaminio dice-
batur; et aedes Cereris Salutis Quirini de caelo tactae.
Prodigia consules hostiis maioribus procurare iussi et suppli- 5
cationem unum diem habere—ea ex senatus consulto facta
—: plus omnibus aut nuntiatis peregre aut uisis domi pro- 6
digiis terruit animos hominum ignis in aede Vestae exstinc-
tus, caesaque flagro est Vestalis cuius custodia eius noctis
fuerat iussu P. Licini pontificis. Id quamquam nihil por- 7
tendentibus dis ceterum neglegentia humana acciderat,
tamen et hostiis maioribus procurari et supplicationem ad
Vestae haberi placuit.

Priusquam proficiscerentur consules ad bellum moniti a 8

II 2 *post* Matris *om.* Π*N* *omnia ad* Satri- *sc. haud minus xxiii litteras, sed* -canos *in P primam incipit nouae paginae lineam quae xiv tantum litt. habet*: *supplent* $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2; *cf.* 26. 51. 8 *adn.* perlapsi Π*N* (prael- A^6?θ: prol- *ald.Frob.*1.2. *cf.* 26. 2. 7; 27. 8. 19 *adnn.*) 3 idem feminaque A^7 *uel* $A^6\theta$ (*ordine uere Liuiano, cf. e.g.* 30. 1. 5): idemque femina Π*N.ald.Frob.*1.2: *uoluit* -que *delere* N^x duo π (*sed* duos oles *BD*): duos $P^4RM^1AN\theta$ ferebant Π*N.ald.*: referebant θ*Frob.*2 obortam $C^xA^7N^4\theta$: oportat π: apertam *AN*: obortanti (*an* -tē?) *C* 4 manasse sudore Π*N.ald.*: sudore manasse θ*Frob.*2, *fort. recte, sed rhetorico huius capitis colori conuenit ille ordo* (*et cf.* 27. 37. 5 *adn.*) 5 Prodigia (*sed* -dicita *P*: -dicia P^2) $\Pi^2N\theta$: haec prodigia *Luchs* 6 caesaque (*uel* ces-) Π*N*: ob quam causam caesa $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 flagro $CA^7N^4\theta$: fragro πB^2: frago *BN* cuius $M^7A^7\theta$: uiis π: cuiis (*an* cuus?) C^1: uisus *A?N* eius noctis Π*N.ald.*: noctis eius θ*Frob.*2, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* 7 dis, *cf. c.* 28. 11 *adn.*: deis π*N*: diis $A^7\theta$: de his *D* Vestae *PSp?Frob.*2: uesta P^2RD: uestam $CMB\theta$: uestem *AN* (*male silent* A^7N^4): uestae aram *ald.* 8 moniti Π*N.ald.*: admoniti *Sp?*$A^7\theta$*Frob.*2

senatu sunt ut in agros reducendae plebis curam haberent::
deum benignitate summotum bellum ab urbe Romana et
Latio esse et posse sine metu in agris habitari; minime con-
uenire Siciliae quam Italiae colendae maiorem curam esse.
9 Sed res haudquaquam erat populo facilis et liberis cultoribus
bello absumptis et inopia seruitiorum et pecore direpto
uillisque dirutis aut incensis; magna tamen pars auctoritate
10 consulum compulsa in agros remigrauit. Mouerant autem
huiusce rei mentionem Placentinorum et Cremonensium
legati querentes agrum suum ab accolis Gallis incursari ac
uastari, magnamque partem colonorum suorum dilapsam esse,
et iam infrequentes se urbes, agrum uastum ac desertum
11 habere. Mamilio praetori mandatum ut colonias ab hoste
tueretur: consules ex senatus consulto edixerunt ut qui ciues
Cremonenses atque Placentini essent ante certam diem in
colonias reuerterentur.

Principio deinde ueris et ipsi ad bellum profecti sunt.
12 Q. Caecilius consul exercitum ab C. Nerone, L. Veturius a
Q. Claudio propraetore accepit, nouisque militibus quos ipse
13 conscripserat suppleuit. In Consentinum agrum consules
exercitum duxerunt, passimque depopulati, cum agmen iam
graue praeda esset, in saltu angusto a Bruttiis iaculatori-
14 busque Numidis turbati sunt ita ut non praeda tantum sed

8 ab (ad *PR*, *cf.* 27. 25. 12) urbe Romana $PCRM^{2}$ *uel* $M^{7}A^{7}N^{4}\theta$: ad (at *M*) urbem romanam $R^{2}MBDAN$ et posse sine $SpA^{7}N^{4}\theta$ *Frob.*2: posse sine *πald.*: sine *C* (non C^{4} *uel* C^{5}): possessione *AN* (*sed* possessone *N*: posse sione (*sic*) N^{1}, *fort.* -o- *delere oblitus*)   metu in agris habitari; minime $A^{7}N^{4}\theta$ (*sed* habitare θ): *om.* Π*N*, *oculis ab* -ine me- *ad* -inime *uersis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   9 et (liberis) $A^{7}N^{4}\theta$*ald.*: *om.* Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*)   absumptis et (*uel* aps-) Π$N\theta$: absumpsisset N^{2} *uel* N^{9} (*non* N^{4})   consulum $\pi A^{7}N^{4}$ *uel* $N^{2}\theta$: *om.* *AN*   10 accolis $N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2: aecolis *P*: incolis $\Pi^{2}N$ 11 edixerunt ut $A^{7}N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2: direxerunt Π: dixerunt *N*   12 Veturius $CBDAN\theta$, *cf. c.* 10. 2: ueterius *PRM*   13 passimque $\pi A^{7}N^{2}\theta$*ald.*: passim *AN*   iaculatoribusque $A^{7}N^{2}$(*uel* N^{4} *cum punctis ab aliquo rescriptis*)θ*ald.Frob.*1.2: iaculatoribus *Sp*: iugulatoribusq. (iugarat- *M*: iugalat- *B*) Π*N*   Numidis Π$N\theta$*ald.Frob.*1.2: mundis *Sp*   14 tantum θ*ald.Frob.*1.2: tamen $A^{7}N^{4}$: *om.* Π*N*

armati quoque in periculo fuerint. Maior tamen tumultus quam pugna fuit, et praemissa praeda incolumes legiones in loca culta euasere. Inde in Lucanos profecti; ea sine 15 certamine tota gens in dicionem populi Romani rediit.

Cum Hannibale nihil eo anno rei gestum est. Nam neque **12** ipse se obtulit in tam recenti uolnere publico priuatoque neque lacessierunt quietum Romani; tantam inesse uim etsi omnia alia circa eum ruerent in uno illo duce censebant. Ac nescio an mirabilior aduersis quam secundis rebus fuerit, 2 quippe qui cum in hostium terra per annos tredecim, tam 3 procul ab domo, uaria fortuna bellum gereret, exercitu non suo ciuili sed mixto ex conluuione omnium gentium, quibus non lex, non mos, non lingua communis, alius habitus, alia 4 uestis, alia arma, alii ritus, alia sacra, alii prope di essent, ita quodam uno uinculo copulauerit eos ut nulla nec inter ipsos nec aduersus ducem seditio exstiterit, cum et pecunia 5 saepe in stipendium et commeatus in hostium agro deesset, quorum inopia priore Punico bello multa infanda inter duces militesque commissa fuerant. Post Hasdrubalis uero exerci- 6 tum cum duce in quibus spes omnis reposita uictoriae fuerat deletum cedendoque in angulum Bruttium cetera Italia concessum, cui non uideatur mirabile nullum motum in castris factum? Nam ad cetera id quoque accesserat ut ne alendi 7

14 legiones $A^{x}N^{2}$ *uel* $N^{4}\theta$: et legiones Π*N*, *cf.* 27. 4. 12 *adn.* culta Π*NK Edd.* : occulta N^{2} *uel* $N^{4}J$ 15 inde N^{2} *uel* $N^{4}\theta$*ald.* : *om.* Π*N*

12 1 uolnere (*sed* uul-) $A^{7}N^{4}\theta$: uoluntatere *P*, *cf.* 27. 20. 8 *adn.* : uoluntate Π^{2} *uel* Π^{1} : luctu $M^{7}A^{x}$: calamitate C^{4} lacessierunt P^{2}?*Vat*θ : lacessteterunt *P* (*cf. adn. praec.*) : lacess. (*sic*) *C* : lacesserunt *RMBD*(-rant)*AN* tantam $C^{4}M^{1}?A^{7}N^{4}Vat\theta$: tantum Π (*A?*)*N* ruerent $P^{4}CR^{2}A^{7}?N^{2}K$: rueren *PR* : reuerent *BD* : ruerentur *AN* (reu-) : tuerent *J* 2 fuerit $C^{5}A^{7}N^{4}\theta$ *Edd.* (*sed post* mirabilior *Frob.*2) : tulerit Π*N* 3 quippe qui cum *Lov.* 1 : quippe qui cum et *Lov.* 3 *et* 5 *ald.Frob.*1.2 : quippe et Π(*A?*)*N* : quippe cum (eum θ) $A^{7}?N^{2}$ *uel* $N^{4}\theta$ ciuili $CA^{7}N^{4}$ *ut s. l.* θ*ald.* : ciuile π(*A?*)*N* 4 di, *cf. c.* 28. 11 *adn.* : dei *PCR* : dii $R^{2}MBDAN\theta$ uinculo $CRMBDAN\theta$: uincinculo *P* : icinculo P^{2} (*sed* uincuoluit) 5 deesset Π*ald.* : deessent $N\theta$*Frob.*2. *fort. recte* 6 cum duce $A^{7}N^{4}$ *ut s. l.* θ*ald.* : duce π : ducis *A?N* : ducemque C^{3}

quidem exercitus nisi ex Bruttio agro spes esset, qui ut
omnis coleretur exiguus tamen tanto alendo exercitui erat;
8 tum magnam partem iuuentutis abstractam a cultu agrorum
bellum occupauerat et mos uitio etiam insitus genti per
9 latrocinia militiam exercendi; nec ab domo quicquam mit-
tebatur, de Hispania retinenda sollicitis tamquam omnia
prospera in Italia essent.
10 In Hispania res quadam ex parte eandem fortunam, qua-
dam longe disparem habebant; eandem quod proelio uicti
Carthaginienses duce amisso in ultimam Hispaniae oram
11 usque ad Oceanum compulsi erant, disparem autem quod
Hispania non quam Italia modo sed quam ulla pars terrarum
bello reparando aptior erat locorum hominumque ingeniis.
12 Itaque ergo prima Romanis inita prouinciarum, quae quidem
continentis sint, postrema omnium nostra demum aetate
13 ductu auspicioque Augusti Caesaris perdomita est. Ibi tum
Hasdrubal Gisgonis, maximus clarissimusque eo bello secun-
dum Barcinos dux, regressus ab Gadibus rebellandi spe,
adiuuante Magone Hamilcaris filio dilectibus per ulteriorem
Hispaniam habitis ad quinquaginta milia peditum, quattuor
14 milia et quingentos equites armauit. De equestribus copiis
ferme inter auctores conuenit: peditum septuaginta milia
15 quidam adducta ad Silpiam urbem scribunt. Ibi super

8 tum Π*NSpJFrob.*2 : tamen *K* : cum *ald.* per P^x(*sed* par *rursus restituit*)A^x*ald.* : par Π*N* : inter *Sp?*N^4 *ab* N^6 *rescriptus* θ *Frob.*2 9 retinenda . . . in Hispania (§ 10) *om.* Π*N*, *lxiii litt.* (*iii lineis*) *ob* ὁμ. *deperditis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* : *supplent* N^3A^7 *uel* A^8θ*ald. Frob.*1.2 12 inita A^xN^4θ : initia πB^1(-icia)*N* : indicia *B* prouinciarum (*uel* -ti-) Π*N.ald.Frob.*1.2 : prouincia A^xN^2 *uel* N^3θ 13 Gisgonis πθ : gisgonis filius *AN.ald.* *De gloss. codicum AN propriis, cf. e.g.* 27. 10. 10; 27. 26. 9; 29. 5. 1; 29. 12. 15; 29. 25. 8; 30. 9. 4; 30. 17. 9 (*bis*); 30. 31. 5 maximus clarissimusque A^7θ*ald. Frob.*1.2 : clarissimus maximusque N^4 : maximusque Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) Barcinos, *cf.* 21. 2. 4 *adn.* : barchinos (burth- *C*) Π*N*θ (brach- *K*) dilectibus P^xC^x (dile[illegible]ctibus *nunc stat in C*) : directibus π : directus *AN* : delectibus A^7*?* N^4 *ut s. l.* (di- *tamen primo scribens*) θ 14 conuenit Π*N.ald.Frob.*1.2 : conueniat N^4θ Silpiam Π*N*: salapiam θ : Ilipam *Schweighaueser ad Polyb.* 11. 20. 1 (*ubi* ἠλίγγας *codd.*); *in Polybio potius quam hic contra codd. legendum est*

campos patentes duo duces Poeni ea mente ne detractarent certamen consederunt.

Scipio cum ad eum fama tanti comparati exercitus perlata 13 esset, neque Romanis legionibus tantae se parem multitudini ratus ut non in speciem saltem opponerentur barbarorum auxilia, neque in iis tamen tantum uirium ponendum ut 2 mutando fidem, quae cladis causa fuisset patri patruoque, magnum momentum facerent, praemisso Silano ad Culcham, 3 duodetriginta oppidis regnantem, ut equites peditesque ab eo quos se per hiemem conscripturum pollicitus erat acciperet, ipse ab Tarracone profectus protinus ab sociis qui 4 accolunt uiam modica contrahendo auxilia Castulonem peruenit. Eo adducta ab Silano auxilia, tria milia peditum et 5 quingenti equites. Inde ad Baeculam urbem processum cum omni exercitu ciuium, sociorum, peditum equitumque quinque et quadraginta milibus. Castra ponentes eos Mago 6 et Masinissa cum omni equitatu adgressi sunt, turbassentque munientes ni abditi post tumulum opportune ad id positum ab Scipione equites improuiso in effusos incurrissent. Ii 7 promptissimum quemque et proxime uallum atque in ipsos munitores primum inuectum uixdum proelio inito fuderunt: cum ceteris, qui sub signis atque ordine agminis incesserant,

15 detract-] *cf.* 27. 2. 5 *adn.* consederunt $B^2AN\theta$*Frob.2*: considerunt π*ald.*, *cf.* 9. 37. 7 *adn.* (*ubi contra codd.* -sed- *legimus*) *et Neue-Wagener III p.* 414 *sqq.* (*in his duobus tantum locis* -sid- *in codd. nostris inuenitur*)

13 1 parem *SpFrob.2*: fore (-em *D*) parem (-re *N*) πN^2 *uel* N^4: parem fore *Vat*θ; *cf.* 27. 34. 3 *adn.* ut non Π*N Edd.*: ut θ, *sensum perperam interpretati* opponerentur (obp- *B*) $\Pi^2N\theta$: opponentur *P*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* 2 momentum $\Pi N^4\theta$: uel (*del.* N^2) monumentum *N* 3 Culcham *PRM*, *cf.* 33. 21. 7 *et* 8 (*ubi* culch- *Bamb.*: culc- *Mog.*): sculcham (-cam *CDA*) π^2N: scolcham (-cam *J*: -leam *K*) $A^7\theta$. *Hic regulus in Polyb.* (*e.g.* 11. 20. 3) Κολίχας *appellatur* 5 quingenti $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 (*sed post* eq. *ald.*): *om.* Π*N* (*cf.* 29. 28. 10 *adn.*) processum cum *Sp?Frob.2*, *cf. e.g.* 25. 21. 5: progressus π: progressus cum *AN*θ*ald.*, *non male, sed facilius pro glossemate habeas quam* processum: *delere uolebat Gron., sc. cum* ponentes *sq. coniungens* peditum $A^7\theta$ *Edd.*: *om.* Π*N*

8 longior et diu ambigua pugna fuit. Sed cum ab stationibus
primum expeditae cohortes, deinde ex opere deducti milites
atque arma capere iussi plures usque et integri fessis subi-
rent magnumque iam agmen armatorum a castris in proelium
9 rueret, terga haud dubie uertunt Poeni Numidaeque. Et
primo turmatim abibant, nihil propter pauorem festina-
tionemue confusis ordinibus; dein, postquam acrius ultimis
incidebat Romanus neque sustineri impetus poterat, nihil
iam ordinum memores passim qua cuique proximum fuit in
10 fugam effunduntur. Et quamquam eo proelio aliquantum
et Romanis aucti et deminuti hostibus animi erant, tamen
nunquam per aliquot insequentes dies ab excursionibus
equitum leuisque armaturae cessatum est.

14 Vbi satis temptatae per haec leuia certamina uires sunt,
prior Hasdrubal in aciem copias eduxit, deinde et Romani
2 processere; sed utraque acies pro uallo stetit instructa, et
cum ab neutris pugna coepta esset, iam die ad occasum in-
clinante a Poeno prius, deinde ab Romano in castra copiae
3 reductae. Hoc idem per dies aliquot factum. Prior semper
Poenus copias castris educebat, prior fessis stando signum
receptui dabat; ab neutra parte procursum telumue missum
4 aut uox ulla orta. Mediam aciem hinc Romani illinc Car-
thaginienses mixti Afris, cornua socii tenebant—erant autem
utrisque Hispani—; pro cornibus ante Punicam aciem ele-

7 longior Π*N* *Edd.*: longe $N^2\theta$ 8 usque *Sp?θFrob.*2 (*sed hic* et usque): *om.* Π*N.ald.* subirent A^7 *uel* A^8N^x (*an* N^2?) (*sed hic* fessi) *θald.*: *om.* Π*N* magnumque $\pi N^4\theta$: magnum *AN* 9 propter *θald.Frob.*1.2: praeter Π*N* (*cf.* 27. 13. 2 *adn.*) incidebat P^5M^2 *uel* $M^7A^7N^4$(*sed ut s. l.*, -ced- *relinquens*)θ: incidebant π (inced- *AN*) qua cuique $A^7N^4\theta$: quacumque πB^2 (*ex* quec- *ab B incepto*) 10 et (Rom.) A^7N^2*θald.*: *om.* Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) nun-(*sed* num-)quam SpA^7N^x *uel* N^4*θald.*: *om.* Π*N* per aliquot insequentes (*uel* -is) *Rhen. Frob.*2: prelio quod insequentis *SpVat*: p̄lioquo insequentis N^x *uel* N^4: aliquot insequentis *θald.*: aliquotiensequentis *P*: aliquotiens (*uel* -ies) sequentis (*uel* -tes) *CRM BDAN*

14 1 et (Rom.) Π*N.ald.*: *om.* θ 4 utrisque Π*N*: utrimque N^1*θald.Frob.*1.2

phanti castellorum procul speciem praebebant. Iam hoc in 5
utrisque castris sermonis erat, ita ut instructi stetissent
pugnaturos; medias acies, Romanum Poenumque, quos
inter belli causa esset, pari robore animorum armorumque
concursuros. Scipio ubi hoc obstinate credi animaduertit, 6
omnia de industria in eum diem quo pugnaturus erat mutauit.
Tesseram uesperi per castra dedit ut ante lucem uiri equique 7
curati pransi essent, armatus eques frenatos instratosque
teneret equos.

Vixdum satis certa luce equitatum omnem cum leui arma- 8
tura in stationes Punicas immisit; inde confestim ipse cum
graui agmine legionum procedit, praeter opinionem destina- 9
tam suorum hostiumque Romano milite cornibus firmatis,
sociis in mediam aciem acceptis. Hasdrubal clamore equi- 10
tum excitatus ut ex tabernaculo prosiluit tumultumque ante
uallum et trepidationem suorum et procul signa legionum
fulgentia plenosque hostium campos uidit, equitatum omnem
extemplo in equites emittit; ipse cum peditum agmine castris 11
egreditur, nec ex ordine solito quicquam acie instruenda
mutat. Equitum iam diu anceps pugna erat nec ipsa per 12
se decerni poterat quia pulsis, quod prope in uicem fiebat,
in aciem peditum tutus receptus erat; sed ubi iam haud 13

4 speciem *Sp?θFrob.2*: speciem ui π: speciem sui *C*: speciem (spic- *N*) uisu AN^1: speciem uisi *Drak. dubitanter, sed* ui *in P* ex -m *duplicato ortum est* 5 Iam A^8*?θ Edd.*: am *PR*: nam *C*: tām (*uel* tamen) R^2*MBDA?N* utrisque *CRMBDANθ*: utrique *P* (*cf.* 27. 17. 12 *adn.*) erat ita N^2 *uel* N^4*θald.Frob.*1.2: ita erat Π*N* (*cf. c.* 2. 15 *adn.*) pugnaturos (-ri A^x*J*)Π(*sed* -tores *B*)*N*: dimicaturos *K* 6 hoc . . . credi *θ*: haec . . . credita Π*N.ald.Frob.*1.2, *sed cum uoce* obstinate *Praesens aptius cohaeret, et* -ta *in P pluribus modis oriri potuit* (*cf. de* haec *pro* hoc *c.* 16. 14 *adn.*) 7 uesperi $M^7B^2A^7N^4$*θ*: uesteri (-tiri *M*) π: ueteri (-re *C*: -ra C^3) P^2*AN* (*quod. del. cum* per N^2) curati π (-te *AN*), *cf.* 27. 16. 6 *adn.*: *om. Sp?θFrob.2*: cum raptim *Aldus*: cum *Edd. ante Ald.*: curati et *Lipsius, fort. recte* pransi essent Π*Nθ Rhen. Edd.*: pransissent *Sp?Vat* instratosque *P* (*sed* instat-) *C*: istratosque P^2; stratosque *RMBDANθ Edd. ante Gron.* 10 prosiluit π*θ* (-liuit *MAN*) 11 acie π*NSpθFrob.2*: aciem R^2*BD* (ec- *R*): in acie *Med.* 1 *ald.* 12 ipsa . . . poterat Π*Nθ* (*sed* ips. dec. pot. per se *K*)*Edd.*: *om. Sp et* (*cum* quia) *Vat, cf. c.* 2. 16 *adn.* fiebat Π*Nθ*: fiebant *Sp?*

plus quingentos passus acies inter sese aberant, signo
receptui dato Scipio patefactisque ordinibus equitatum
omnem leuemque armaturam in medium acceptam diui-
14 samque in partes duas in subsidiis post cornua locat. Inde
ubi incipiendae iam pugnae tempus erat, Hispanos—
15 ea media acies fuit—presso gradu incedere iubet; ipse e
dextro cornu—ibi namque praeerat—nuntium ad Silanum
et Marcium mittit ut cornu extenderent in sinistram partem
16 quemadmodum se tendentem ad dextram uidissent, et cum
expeditis peditum equitumque prius pugnam consererent
17 cum hoste quam coire inter se mediae acies possent. Ita
diductis cornibus cum ternis peditum cohortibus ternisque
equitum turmis, ad hoc uelitibus, citato gradu in hostem
18 ducebant sequentibus in obliquum aliis; sinus in medio
erat, qua segnius Hispanorum signa incedebant.

19 Et iam conflixerant cornua cum quod roboris in acie
hostium erat, Poeni ueterani Afrique, nondum ad teli coniec-
tum uenissent, neque in cornua ut adiuuarent pugnantes
discurrere auderent ne aperirent mediam aciem uenienti ex
20 aduerso hosti. Cornua ancipiti proelio urgebantur; eques
leuisque armatura ⟨ac⟩ uelites circumductis alis in latera
incurrebant: cohortes a fronte urgebant ut abrumperent
15 cornua a cetera acie; et cum ab omni parte haudquaquam
par pugna erat, tum quod turba Baliarium tironumque

13 quingentos Π*NSp ut uid. J*: cc *K*   sese π*SpJFrob.*2: se *K*: sese diuise (*uel* -sae) *AN.ald.*, *cf. c.* 12. 13 *adn.*   15 e Π*N Edd.*: *om. Sp?θ*   sinistram partem Π*Nθald.* (-tra -te *SpFrob.*2)
18 qua Π*Nθ*: quia *Edd. ante Crevierium*   incedebant $C^{5}M^{7}BAN\theta$ (-cid- π)   19 conflixerant (-runt *BD*) π^{2} *uel* $\pi^{1}N\theta$: conflexerant *P*   hostium] *hic* Π*N Edd.*: *ante* acie *θ* (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*)
discurrere $A^{5}\theta$*Edd.*: discedere A^{5} *ut s. l.*: discernere Π*N*   ne aperirent $A^{7}N^{4}\theta$ *Edd.*: *om.* Π*N*   20 Cornua $PRA^{6}?N^{2}$ *uel* N^{4} *ut s. l. θ*: cornu π^{2}(*an* P^{1}?)*N*   ac *Madv. Em. p.* 409: et *ald. Frob.*1.2 (*quod malit Johnson*): *om.* Π*Nθ*, *probante Gron.*, *sed cf. c.* 15. 5   alis $B^{x}N^{1}K$: aliis Π*NJ*   cornua a $PM^{2}(M^{7}?)A^{6}J$ *Edd.*: cornu a (*uel* cornua) π^{2}(*an* P^{1}?)*NK*
15 1 pugna (purga *P*) erat tum $\pi^{2}N\theta$: pugnae ration *C*   turba *θald.Frob.*1.2: pugna Π*N*   Baliarium *PR*, *cf. c.* 46. 7 *et* 27. 18. 7 *adnn.*

Hispanorum Romano Latinoque militi obiecta erat. Et 2
procedente iam die uires etiam deficere Hasdrubalis exerci-
tum coeperant, oppressos matutino tumultu coactosque
priusquam cibo corpora firmarent raptim in aciem exire; et 3
ad id sedulo diem extraxerat Scipio ut sera pugna esset;
nam ab septima demum hora peditum signa cornibus incu-
currerunt; ad medias acies aliquanto serius peruenit pugna, 4
ita ut prius aestus a meridiano sole laborque standi sub
armis et simul fames sitisque corpora adficerent quam
manus cum hoste consererent. Itaque steterunt scutis 5
innixi. Iam super cetera elephanti etiam tumultuoso genere
pugnae equitum uelitumque et leuis armaturae consternati
e cornibus in mediam aciem sese intulerant. Fessi igitur 6
corporibus animisque rettulere pedem, ordines tamen ser-
uantes haud secus quam si imperio ducis cederet integra
acies.

Sed cum eo ipso acrius ubi inclinatam sensere rem uictores 7
se undique inueherent, nec facile impetus sustineri posset
quamquam retinebat obsistebatque cedentibus Hasdrubal 8
ab tergo esse colles tutumque receptum si modice se recipe-
rent clamitans, tamen uincente metu uerecundiam cum 9

1 Latinoque $A^7N^4\theta$ *Edd.*: -que Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) 2 Et π$N^2Sp\theta$*Frob.*2: *om. AN.ald.* die uires etiam A^7 *et* $A^8N^4\theta$ *Edd.*: *om.* Π*N* (*sc. ob* ὁμ.) 3 et (ad) N^4*Vat*: *om.* Π*Nθald.Frob.* 1.2 *ante* cornibus (Π*Nθ*) *add.* a *Madv.* 1886, *uix necess.* incucurrerunt π*N*: incurrerunt *B.ald.*: concurrerunt *Sp?θFrob.*2 *et* (*sed* concuc-) *Riemann* 4 ita ut *Sp?*$A^7N^4\theta$*Frob.*2: ui *P*: ut P^2 CM^7N^2*ald.*: uit (*i.e.* pugnauit) *RMBDA?N* sole CA^7N^1 *uel* $N^4\theta$*ald.*: solet (*uel* sol et) π: sol *AN* 5 Itaque $A^7N^4\theta$*ald.Frob.* 1.2: ita Π*N* Iam *Weissenb.*: nam Π*Nθ*, *fort. recte, sc. ad* § 2 uires deficere *respiciens; similiter in* 27. 14. 13 *et e.g.* 22. 28. 1 *uox* nam *longius respicit; contra de* nam *et* iam *confusis cf.* 26. 7. 3 *adn.* 6 cederet *θald.Frob.*1.2: cederent Π*N*, *cf.* 27. 17. 4 *adn.* integra π*θald.*: integre *AN* acies Π*Nθald.*: acie *Weissenb.* (*cum* cederent) 7 sensere rem *Gron.*: senserem *P*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: sensere $\Pi^2N\theta$ facile $M^1N^1A\theta$*ald.*: fragile π: fagile P^2: fragile facile *N* impetus Π*N.ald.Frob.*1.2: *om.* θ

proximus quisque hostem cederet, terga extemplo data, at-
10 que in fugam sese omnes effuderunt. Ac primo consistere
signa in radicibus collium ac reuocare in ordines militem
coeperant cunctantibus in aduersum collem erigere aciem
Romanis; deinde ut inferri impigre signa uiderunt, in-
11 tegrata fuga in castra pauidi compelluntur. Nec procul
uallo Romanus aberat; cepissetque tanto impetu castra nisi
ex uehementi sole, qualis inter graues imbre nubes effulget,
tanta uis aquae deiecta esset ut uix in castra sua receperint
se uictores, quosdam etiam religio ceperit ulterius quicquam
12 eo die conandi. Carthaginienses, quamquam fessos labore
ac uolneribus nox imberque ad necessariam quietem uocabat,
13 tamen quia metus et periculum cessandi non dabat tempus
prima luce oppugnaturis hostibus castra, saxis undique circa
ex propinquis uallibus congestis augent uallum, munimento
14 sese quando in armis parum praesidii foret defensuri; sed
transitio sociorum fuga ut tutior mora uideretur fecit.
Principium defectionis ab Attene regulo Turdetanorum fac-
15 tum est; is cum magna popularium manu transfugit; inde

9 proximus $\pi A^7N^1\theta$*ald.Frob.*1.2 : proximi *Sp* : proximo *AN* (*qui ambo* quisque . . . primo (§ 10) *omittunt*: *supplent* A^8N^4) hostem πA^8N^4 : hoste *M* : hosti M^1, *Weissenb.* (*ut codd. in* 8. 32. 12), *sed cf.* 29. 7. 6; 35. 27. 9; *Tac. Ann.* 15. 15. 6 cederet $\pi A^8N^4\theta$: caderet *Madv.* : primus cederet *Weissenb.* : caederetur *Luchs* 1889 : *aut* caderet *legendum esse* (*cf. de errore e.g.* 29. 31. 11) *aut* ced(entes suos nimis urg)eret *uel sim. credit Johnson*, *cui in receptu omnium* (*post Hasdr. monitum ut modice se reciperent*) *mera uox* cederet *hic nimis insulsa uidetur esse* 10 consistere $\Pi N\theta$: constituere *Duker*, *uix minus dure, et Nom.* signa (*hic paene i.q.* signiferi) *uoci* reuocare *fort. adiungas* signa N^1 *uel* $N^4\theta$*ald.* : siuna π : sicuna *AN* (sig-) coeperant π (caep- *C*) : ceperant *DANK* : ceperat N^1 *uel* N^4J deinde ut *Sp?*$A^8N^4\theta$*Frob* 2 : de ut inde *P*: inde Π^2N : inde ut *ald.* integrata θ *Edd. ante Gron.* : integra ΠN : iterata *Gron.* 11 cepissetque *AN*θ*ald.* : cepissentque (coep- *C*)π(*et* aberant *P*, *quod corr.* P^2) nisi $P^4RA^7N^2$ *uel* $N^4\theta$*ald.* : ni se π : nisi se *Sigonius* (*cum* deiecisset) deiecta esset $N^4\theta$*ald. Frob.* 1. 2. : deiecisset ΠN receperint Π*J.ald.* : reciperent *Sp?NKFrob.*2 (*cf. c.* 19. 15 *adn.*) ceperit π*NJ.ald.* : coeperit *CRB* : ceperat *SpFrob.*2, *non male* : cepit *K* 14 Attene (ath- *D*) π*A?N?* : atthenę *C*: attenne N^1 : tenne A^7 (-nẹ)θ Turdet- π^2N, *cf.* 21. 6. 1 : turnet- *P*: tudit- θ factum $C^3M^1N^1\theta$: factus ΠN, *cf.* 27. 17. 1 *adn.*

duo munita oppida cum praesidiis tradita a praefectis
Romano; et ne latius inclinatis semel ad defectionem 16
animis serperet res, silentio proximae noctis Hasdrubal
castra mouet.

Scipio, ut prima luce qui in stationibus erant rettulerunt **16**
profectos hostes, praemisso equitatu signa ferri iubet; adeo- 2
que citato agmine ducti sunt ut, si uia recta uestigia sequentes
issent, haud dubie adsecuturi fuerint: ducibus est creditum
breuius aliud esse iter ad Baetim fluuium ut transeuntes ad-
grederentur. Hasdrubal clauso transitu fluminis ad Ocea- 3
num flectit, et iam inde fugientium modo effusi abibant;
itaque ab legionibus Romanis aliquantum interualli fecit.
Eques leuisque armatura nunc ab tergo nunc ab lateribus 4
occurrendo fatigabat morabaturque, sed cum ad crebros tu- 5
multus signa consisterent et nunc equestria nunc cum ueliti-
bus auxiliisque peditum proelia consererent, superuenerunt
legiones. Inde non iam pugna sed trucidatio uelut peco- 6
rum fieri donec ipse dux fugae auctor in proximos colles
cum sex millibus ferme semermium euasit; ceteri caesi
captique. Castra tumultuaria raptim Poeni tumulo editis- 7
simo communiuerunt, atque inde cum hostis nequiquam
subire iniquo adscensu conatus esset haud difficulter sese
tutati sunt. Sed obsidio in loco nudo atque inopi uix in 8
paucos dies tolerabilis erat; itaque transitiones ad hostem
fiebant. Postremo dux ipse nauibus accitis—nec procul

16 2 *ante* ducibus *praebent* sed *AN.ald.*, *quod nesciunt* π*Sp?θFrob.2* 3 flectit *CM² uel M⁷B²ANθ* : plectit π itaque Π*N* : idque *N⁴θald.Frob.*1.2, *non male* aliquantum] *hic* Π*N.ald.* : *ante* ab *θFrob.2*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* 5 sed π*Nθald.Frob.*1.2, *sc.* '*sed mox hostes grauiora passi sunt quia*' : et *C*, *Madv.* crebros *CM² uel M⁷B²ANθ* : crebro π, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* 6 semermium] *u.* 27. 1. 15 *adn.* ceteri caesi Π²*Nθ* : celeri caeci *P* 7 hostis (-tiis *D*) π*N.ald.* : hostes *SpN⁴*(*ut s.l.*, *quam del. mox ipse*)*θFrob.2* conatus esset Π*N.ald.* : conati essent *SpθFrob.2* 8 hostem Π*NSpFrob.2* : hostes *θald.* dux ipse Π*N.ald.* : ipse dux *θFrob.2*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* accitis *Weissenborn* : accipitis *P*, *cf.* 27. 20. 8 *adn.* : acceptis Π²*Nθald.*

inde aberat mare—nocte relicto exercitu Gades perfugit.
9 Scipio fuga ducis hostium audita decem milia peditum mille
10 equites relinquit Silano ad castrorum obsidionem; ipse cum
ceteris copiis septuagensimis castris, protinus causis regulo-
rum ciuitatiumque cognoscendis ut praemia ad ueram meri-
torum aestimationem tribui possent, Tarraconem rediit.
11 Post profectionem eius Masinissa cum Silano clam congres-
sus, ut ad noua consilia gentem quoque suam oboedientem
12 haberet cum paucis popularibus in Africam traiecit, non tam
euidenti eo tempore subitae mutationis causa quam docu-
mento post id tempus constantissimae ad ultimam senectam
13 fidei ne tum quidem eum sine probabili causa fecisse. Mago
inde remissis ab Hasdrubale nauibus Gades petit; ceteri
deserti ab ducibus, pars transitione, pars fuga dissipati per
proximas ciuitates sunt, nulla numero aut uiribus manus
insignis.

14 Hoc maxime modo ductu atque auspicio P. Scipionis pulsi
Hispania Carthaginienses sunt, quarto decimo anno post
bellum initum, quinto quam P. Scipio prouinciam et exer-
15 citum accepit. Haud multo post Silanus debellatum referens
17 Tarraconem ad Scipionem rediit. L. Scipio cum multis
nobilibus captiuis nuntius receptae Hispaniae Romam est
2 missus. Et cum ceteri laetitia gloriaque ingenti eam rem
uolgo ferrent, unus qui gesserat, inexplebilis uirtutis ueraeque
laudis, paruum instar eorum quae spe ac magnitudine animi

9 audita A^xN^1 *uel* $N^6\theta$*ald.* : indita Π(-dict- *D*)*N*   10 ciuitatiumque Π*N ut e.g. in* 2. 6. 5, *cf. Neue-Wagener I.* 409 (-tumque *BDA*^{x} *θ*)   12 eo $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* : illo *Weissenb.*   constantissimae . . . fidei Π*Nθ* : constantissima . . . fide *Duker*
13 petit Π*N.ald.Frob.*1.2, *cf.* 27. 5. 9 *adn.* : petiit *θ*   pars fuga $A^8N^4\theta$*ald.* : fuga Π*N*   manus] *hic* π$A^7\theta$: *post* nulla *AN.ald. Frob.*1.2   14 Hoc $C^xAN\theta$*ald.* : haec (*uel* hęc) π (*cf. c.* 14. 6 *adn.*)   P. (Scipionis) B^2*Sp?Frob.*2 : r π (auspicior *D*) : *om.* *CAN* : proconsulis $A^8\theta$ *ald.*   quinto Π*Nθ* : quintum N^4 (*an* N^1*?*)   quam π*K* : postquam *ANSp ut uid. J.ald.*   P. Scipio *Sp?Frob.*2 : recipio *P* : recipi Π^2(*A?*) : recepit *C* : proconsul Scipio *Sp?*A^7 *uel* $A^8N^4\theta$: *om. ald.*
17 1 captiuis Π*NK.ald.Frob.*1.2 : captis *SpJ*   2 Et Π*Nθald.* : sed *Madv.* (*quare?*)

concepisset receptas Hispanias ducebat. Iam Africam mag- 3
namque Carthaginem et in suum decus nomenque uelut con-
summatam eius belli gloriam spectabat. Itaque praemoli- 4
endas sibi ratus iam res conciliandosque regum gentiumque
animos, Syphacem primum regem statuit temptare. Masaesu- 5
liorum is rex erat. Masaesulii, gens adfinis Mauris, in region-
em Hispaniae maxime qua sita Noua Carthago est spectant.
Foedus ea tempestate regi cum Carthaginiensibus erat, quod 6
haud grauius ei sanctiusque quam uolgo barbaris, quibus ex
fortuna pendet fides, ratus fore, oratorem ad eum C. Laelium 7
cum donis mittit. Quibus barbarus laetus et quia res tum 8
prosperae ubique Romanis, Poenis in Italia aduersae in
Hispania nullae iam erant, amicitiam se Romanorum acci-
pere adnuit: firmandae eius fidem nec dare nec accipere
nisi cum ipso coram duce Romano. Ita Laelius in id modo 9
fide ab rege accepta tutum aduentum fore, ad Scipionem
redit.

Magnum in omnia momentum Syphax adfectanti res 10
Africae erat, opulentissimus eius terrae rex, bello iam ex-
pertus ipsos Carthaginienses, finibus etiam regni apte ad
Hispaniam quod freto exiguo dirimuntur positis. Dignam 11
itaque rem Scipio ratus quae, quoniam non aliter posset,
magno periculo peteretur, L. Marcio Tarracone M. Silano

4 praemoliendas sibi (*sed* ibi *Edd. uet.*) . . . res *θald.Frob.*1.2: praemolienda sibi . . . re Π*N* (-dam sibi . . . rem *Gron.*)
5 Masaesuliorum] *u. adn. sq.* Masaesulii (*sed* -li) Π*N* (masses-*DAN*) *et sic supra* (*sed* -syliorum *PRM*: -silorum *A*: -sulorum *θ*) *codd.*, *cf.* 29. 30. 10 *et* 29. 32. 14 6 regi cum *π*A^8 *uel* A^6*θ*: regium N^4: rei (res *AN*) cum *BDAN* sanctiusque Π*N*(sant-)*θald.Frob.*1.2: antiquiusque N^4 *ut s. l.* 7 oratorem $M^5A^7N^4$*θald.Frob.*1.2: orationem Π*N* 8 Poenis *BSp?θFrob.*2: poenis autem *π*B^x*N ald.*, *cf.* 27. 26. 10 *adn.* iam ΠN^4*ald.Frob.*1.2: etiam *θ*: tam *N* accipere] *hic* Π*N Edd.*: *ante* Rom. *θ* firmandae P^4M^6 N^4 *ut s. l. θ*: firmandas *π* (-dam *AN*) 9 redit Π*N.ald.*, *cf.* 27. 5. 9 *adn.*: rediit *Sp?θFrob.*2 10 res Π*Nθ Edd.*: rex N^4? Africae erat *θFrob.*2: erat africae Π*N.ald.*, *cf. c.* 2. 15 *adn.* rex *Sp?*A^7 *uel* A^8*θFrob.*2: *om.* Π*N.ald.* 11 non aliter Π*Nθald.Frob.*1.2: aliter non *Vat*, *fort. recte* Tarracone M. *π*(*sed* -nem *uel* -nē)*Sp?θ* (tara- *K*) *Frob.*2: tarracone C^xM^2*AN.ald.*

Carthagine Noua, quo pedibus ab Tarracone itineribus
12 magnis ierat, ad praesidium Hispaniae relictis ipse cum C. Laelio duabus quinqueremibus ab Carthagine profectus tranquillo mari plurimum remis, interdum et leni adiuuante
13 uento, in Africam traiecit. Forte ita incidit ut eo ipso tempore Hasdrubal, pulsus Hispania, septem triremibus portum inuectus, ancoris positis terrae applicaret naues
14 cum conspectae duae quinqueremes, haud cuiquam dubio quin hostium essent opprimique a pluribus priusquam portum intrarent possent, nihil aliud quam tumultum ac trepidationem simul militum ac nautarum nequiquam
15 armaque et naues expedientium fecerunt. Percussa enim ex alto uela paulo acriori uento prius in portum intulerunt
16 quinqueremes quam Poeni ancoras molirentur; nec ultra tumultum ciere quisquam in regio portu audebat. Ita in terram prior Hasdrubal, mox Scipio et Laelius egressi
18 ad regem pergunt. Magnificumque id Syphaci—nec erat aliter—uisum duorum opulentissimorum ea tempestate duces populorum uno die suam pacem amicitiamque petentes uenisse.

2 Vtrumque in hospitium inuitat, et quoniam fors eos sub uno tecto esse atque ad eosdem penates uoluisset, contrahere in conloquium dirimendarum simultatium causa est conatus,
3 Scipione abnuente aut priuatim sibi ullum cum Poeno

12 adiuuante Π*N.ald.* : iuuante *SpθFrob.*2 13 portum Π*Nθ* : Sigae portum *Wesenberg ex Plin.* 5. 19, *nimis docte* 14 conspectae N^4*θald.Frob.*1.2 : consectae (-sĕc- ?P^2) π : confecte *D* : consecutae C^2A : consente *N* haud cuiquam A^7 *uel* $A^8N^4θ$ *Edd.* : hunc cuiquam *P* : hunc (hanc *D*) quam $Π^2N$ armaque] Π*Nθ*, *cf.* 27. 21. 1 *adn.* 15 uela *ANθ Edd.* : ue π : *del.* C^x acriori Π*N* (accr-), *cf.* 27. 18. 14 *adn.* : acriore A^7 *uel* $A^6θ$ 16 tumultum Π*Nθ* *Edd.* : tumulatum *Sp* ciere P^x : clere π(*C?*) : de re *D* : dare B^2 : clere ciere *N* : clare ciere N^4 : edere M^5*ald.*, *non male* : aegere *Sp* : agere $A^7θ$ *Rhen. Frob.*2 in terram prior Π*θ* : in terra prior *Sp* : prior in terram *AN ald.* (*et in Frob.*2 *retent.*), *cf.* 29. 3. 10 *adn.*

18 2 et Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* *Spθ*, *cf.* 27. 39. 12 *adn.* in *Sp* N^4 *ut s. l.* *θFrob.*2 : ad Π*N.ald.* simultatium πC^1N, *cf. c.* 16. 10 : simultatum $CA^7θ$*ald.Frob.*1.2

odium esse quod conloquendo finiret, aut de re publica
quicquam se cum hoste agere iniussu senatus posse. Illud 4
magno opere tendente rege, ne alter hospitum exclusus
mensa uideretur, ut in animum induceret ad easdem uenire
epulas haud abnuit, cenatumque simul apud regem est;
eodem etiam lecto Scipio atque Hasdrubal quia ita cordi 5
erat regi accubuerunt. Tanta autem inerat comitas Sci- 6
pioni atque ad omnia naturalis ingenii dexteritas ut non
Syphacem modo, barbarum insuetumque moribus Romanis,
sed hostem etiam infestissimum facunde adloquendo sibi
conciliarit. Mirabiliorem sibi eum congresso coram uisum 7
prae se ferebat quam bello rebus gestis, nec dubitare quin 8
Syphax regnumque eius iam in Romanorum essent potestate;
eam artem illi uiro ad conciliandos animos esse. itaque non 9
quo modo Hispaniae amissae sint quaerendum magis Car-
thaginiensibus esse quam quo modo Africam retineant
cogitandum. non peregrinabundum neque circa amoenas 10
oras uagantem tantum ducem Romanum, relicta prouincia
nouae dicionis relictis exercitibus, duabus nauibus in
Africam traiecisse et commisisse sese in hostilem terram,

3 quicquam se πM^2 *uel* M^7*ald.* : quicquid se *MB* : se quicquam *AN*(*sed hi* se cum h. ag. q.)θ*Frob.*2 ; *fort.* se *ut glossema delendum, cf.* 27. 34. 3 *adn. et* (*de structura sine* se) 26. 48. 13 *adn.*, *sed fatemur locum pronominis bene hic in P electum esse* 4 easdem C^4A^8 *uel* $A^6N^4\theta$: aedem πR^2N : eadem *R* 5 *ante* eodem *add.* et Π*N* *ald.* : *recte ignorant Sp*θ*Frob.*2, *cf.* 26. 33. 3 *adn.* (*aliter c.* 12 8), *et de* et *insiticio cf.* 27. 4. 12 *adn.* 6 inerat $\pi^x N$: inierat *PRM* ingenii dexteritas A^7 *in marg. et* $A^6\theta$: ingenio (-ii CB^2AN) exteritas (-err- *C*) Π*N*. *De* O *pro* D *cf. c.* 1. 5 *et* 27. 20. 3 *adnn.* conciliarit *Sp?Frob.*2 : conciliaret (-re *D*) $\pi N\theta$*ald.*, *cf.* 27. 34. 4 *adn.* 7 Mirabiliorem *Sp*θ : mirabilioremque Π*NEdd.*; *desideratur utique nominatiuus* Hasdrubal, *difficultatemque fort. auget particula* -que ; *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*a*) *et* § 5 *supra* *post* eum *add.* uirum Π*N.ald.* : *ignorant Sp*θ*Frob.*2, *melius, nam sic hoc nomen ad* § 8 (uiro) *reseruatur* 8 iam Π*N.ald.* : *om. Sp*θ*Frob.*2, *cf.* § 2 *et* 27 39. 12 *adn.* essent Π*N* : esset θ*ald.Frob.*1.2 9 Hispaniae (*uel* -ie) amissae (misse *R* : amisisse N^1(-ssi *N*)) sint (sunt *N*) πR^3N^4 *ald.Frob.*1.2 : hispania amissa sit θ : hispaniae amissae reciperandae sint *Wachendorf* 10 nauibus $C^4N^4\theta$: *om.* Π*N* et commisisse A^8N^4(*sed post* terram, *et* et *omisso*)θ(commissis *J*)*Edd.* : *om.* Π*N* (*sed* traiecisset *ut uid. N* : -sse N^1)

in potestatem regiam, in fidem inexpertam, sed potiundae
11 Africae spem adfectantem. hoc eum iam pridem uolutare in animo, hoc palam fremere quod non quemadmodum Hanni-
12 bal in Italia sic Scipio in Africa bellum gereret. Scipio, foedere icto cum Syphace, profectus ex Africa dubiisque et plerumque saeuis in alto iactatus uentis die quarto Nouae Carthaginis portum tenuit.

19 Hispaniae sicut a bello Punico quietae erant, ita quasdam civitates propter conscientiam culpae metu magis quam fide quietas esse apparebat, quarum maxime insignes et magni-
2 tudine et noxa Iliturgi et Castulo erant. Castulo, cum prosperis rebus socii fuissent, post caesos cum exercitibus Scipiones defecerat ad Poenos: Iliturgitani prodendis qui ex illa clade ad eos perfugerant interficiendisque scelus
3 etiam defectioni addiderant. In eos populos primo aduentu cum dubiae Hispaniae essent merito magis quam utiliter
4 saeuitum foret: tunc iam tranquillis rebus quia tempus expetendae poenae uidebatur uenisse, accitum ab Tarracone L. Marcium cum tertia parte copiarum ad Castulonem oppugnandum mittit, ipse cum cetero exercitu quintis fere
5 ad Iliturgin castris peruenit. Clausae erant portae omniaque instructa et parata ad oppugnationem arcendam; adeo conscientia quid se meritos scirent pro indicto eis bello
6 fuerat. Hinc et hortari milites Scipio orsus est: ipsos

10 in potestatem A^8N^4 *(hic post* regiam) *θald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *quo omisso* infidam *pro* in fidem *frustra temptauit Gron.* spem adfectantem (*uel* aff-) Π*Nθald.Frob.*1.2 : spe adsectantem *Sp*
19 1 a Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. θ* quietae *CAN*^{4} *ut s. l. θ* : quieta π*N*: qui ęta *B* Iliturgi (-gis M^7A^6)Π(*A in ras.*)*NSp?θ Frob.*2 (*sed* -ll- *Sp?Frob.*2) : illiturgum *ald. Praebent codd.* ili- *in* §§ 2 *et* 4 *infra et sic e.g. in cc.* 20. 9; 25. 6; 23. 49. 5 *et* 12; 24. 41. 8; 26. 17. 4 2 defecerat *Sp?θFrob.*2 : defecerant Π*N*, *cf. c.* 6. 11 *adn. et* 27. 17. 4 *adn.* scelus etiam defectioni (-nis *ANJ*) Π*Nθald. Frob.*1.2 : *om. SpVat*, *cf. c.* 2. 16 *adn.* 4 tunc iam Π*N Edd.* : tunicam *Sp* : tum iam *θRhen.* fere *VatJ* : ferre *P* : ferme Π^2*N ald.Frob.*1.2 : *om. K* Iliturgin πA^7 (liturgin *A*)*N*, *sed* -gim *P in* 24. 41. 8; 26. 17. 4 : illiturgim *Frob.*2 (-gum *ald.*), *cf.* § 1 : iliturgiam (-ium *K*) *J*

claudendo portas indicasse Hispanos quid ut timerent
meriti essent. itaque multo infestioribus animis cum eis
quam cum Carthaginiensibus bellum gerendum esse; quippe 7
cum illis prope sine ira de imperio et gloria certari, ab his
perfidiae et crudelitatis et sceleris poenas expetendas. eue- 8
nisse tempus quo et nefandam commilitonum necem et in
semet ipsos, si eodem fuga delati forent, instructam fraudem
ulciscerentur, et in omne tempus graui documento sancirent
ne quis unquam Romanum ciuem militemque in ulla fortuna
opportunum iniuriae duceret.

Ab hac cohortatione ducis incitati scalas electis per mani- 9
pulos uiris diuidunt, partitoque exercitu ita ut parti alteri
Laelius praeesset legatus, duobus simul locis ancipiti terrore
urbem adgrediuntur. Non dux unus aut plures principes 10
oppidanos, sed suus ipsorum ex conscientia culpae metus
ad defendendam impigre urbem hortatur. Et meminerant 11
et admonebant alios supplicium ex se non uictoriam peti:
ubi quisque mortem oppeteret, id referre, utrum in pugna et
in acie, ubi Mars communis et uictum saepe erigeret et ad-

6 claudendo $C^{x}\theta$*Frob.*2 : claudendos π*Sp*, *cf.* 26. 40. 14 *adn.* : claudendis (*cum* portis) *AN.ald.Gron.* indicasse π*N*θ : indicat se (esse C^{4})*C* 7 sine ira $P^{4}M^{2}$ *et* $M^{4}A^{7}N^{7}$*Sp ut uid.* θ*ald.Frob.*1.2 : sincira *PR* : sint cura C^{1} : sinc- (sint- *BD*)iram (eram B^{2}) $R^{2}MBD$: sire iram *A* : *quid habuerit N incertum* 8 euenisse $\Pi^{2}N$, *cf. Plaut. Merc.* 999 : seuenisse *P* : esse. uenisse *Sp?*$N^{4}\theta$*Frob.*2 : essc. euenisse *ald.* : uenisse N^{1} in semet ipsos $P^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2 : in semet in ipsos *PCR*, *cf.* 27. 44. 1 *adn.* : in semet et in ipsos $R^{2}MBD$ *AN* si P^{x}*?AN*θ : sie *PMB* : sic̄ *CR* : sic in *D* fraudem $N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2 : tradem *P* : stragem $\pi^{2}N$ (stag-) : strage *C* (*cum* instructa) et in (omne) Π*N.ald.Frob.*1.2 : et θ : ut in *Luchs* 1879, *mero errore typogr.* militemque $N^{4}\theta$ (*sc. 'non solum qui ciuis R. est sed etiam qui miles R. est'*) : militemue C^{x}*ald.Frob.*1.2 : militem uel Π*N* 9 partitoque $N^{x}\theta$: partito Π*N.ald.Frob.*1.2, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) alteri Π*N*θ : alteri ipse Scipio alteri *Alan, uere sed non necess.* 10 suus *Sp?*N^{4} *ut s. l.* θ*Frob.*2 : suos π, *cf.* 30. 36. 8 *adn.* : suo *AN* : sua C^{3}*ald.* : suae M^{7} ex *Sp?*$N^{4}\theta$ *Frob.*2 : *om.* Π*N.ald.* 11 alios Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* θ : alii alios *Lov.* 2 *et* 3 *Sigonius 'ex uet. lib.', non male* quisque C^{1} *uel* $C^{2}A^{6}N^{2}\theta$*Edd.* : quidque Π*N*

12 fligeret uictorem, an postmodo cremata et diruta urbe, ante
ora captarum coniugum liberorumque, inter uerbera et uin-
13 cula, omnia foeda atque indigna passi exspirarent. Igitur
non militaris modo aetas aut uiri tantum, sed feminae pueri-
que super animi corporisque uires adsunt, pugnantibus
14 tela ministrant, saxa in muros munientibus gerunt. Non
libertas solum agebatur, quae uirorum fortium tantum
pectora acuit, sed ultima omnibus supplicia et foeda mors
ob oculos erat. Accendebantur animi et certamine laboris ac
15 periculi atque ipso inter se conspectu. Itaque tanto ardore
certamen initum est ut domitor ille totius Hispaniae exerci-
tus ab unius oppidi iuuentute saepe repulsus a muris haud
16 satis decoro proelio trepidaret. Id ubi uidit Scipio, ueritus
ne uanis tot conatibus suorum et hostibus cresceret animus
et segnior miles fieret, sibimet conandum ac partem periculi
capessendam esse ratus increpita ignauia militum ferri scalas
iubet et se ipsum si ceteri cunctentur escensurum minatur.
17 Iam subierat haud mediocri periculo moenia cum clamor
undique ab sollicitis uicem imperatoris militibus sublatus,
18 scalaeque multis simul partibus erigi coeptae; et ex altera
parte Laelius institit. Tum uicta oppidanorum uis deiectis-
que propugnatoribus occupantur muri.

12 postmodo $\pi\theta$: postmodum *AN.ald.Frob.*1.2 cremata A^6N^4 *ut s. l.* (c̄remata *?*N^x)θ*ald.Frob.*1.2 : grebata *P?* : grabata P^2CR : grauata C^2R^2MBDAN 13 super Π$N\theta$: supra *ald.Frob.*1.2, *fort. recte, sed cf.* (*cum Weissenb.*) *Quint.* 11. 3. 169 pugnantibus ΠN : propugnantibus θ*ald.Frob.*1.2 (obp- N^5) in Π*N.ald.* : *delet Madv., sed cf.* 37. 5. 1 14 libertas solum (-la θ) Π$N\theta$*ald. Frob.*1.2 : liberata sola *Sp* omnibus θ*ald.Frob.*1.2 : omnium ΠN, *fort. recte quamquam ambigue* 15 trepidaret Π*N.ald.* : trepidarit (-dant *J*) *Sp*θ*Frob.*2, *sed depingitur Imperfecto quod Perfecto memoratur tantum* (*cf.* 27. 34. 4 *adn.*) 16 tot *Sp*$N^4\theta$*Frob.*2 : *om.* Π*N.ald.* (*praebent* tot *ante* suorum *Edd. ante ed. Par.* 1513) suorum et hostibus πA^v*?* : *om. SpVat*, *cf. c.* 2. 16 *adn.* : suorum hostium $AN\theta$ (*sed* s. conatibus h. θ, *cf.* 27. 37. 5 *adn.*) : suorum hostibus *ald.Frob.*1.2 ac *Sp*θ*Frob.*2 : ad Π*N.ald.*, *cf. c.* 20. 6 et se Π*N.ald.* : se θ*Frob.*2 escensurum *PCR* (asce- R^x *MBDAN*θ), *cf.* 27. 5. 8 *adn.* 18 institit. Tum *Sp*θ*Frob.*2 : instatum π : instat tum P^4 *uel* $P^5C^4AN\theta$*ald.* uis Π$N\theta$*ald Frob.*1.2 : exercitui *Sp* (exercitu *Vat*, *qui* uicto *pro* uicta *praebet*) deiectisque $M^1DAN\theta$(diie- π : die- R^2 *uel* R^1 : disie- B^2)*ald.Frob.*1.2 : *om. Sp*

Arx etiam ab ea parte qua inexpugnabilis uidebatur
inter tumultum capta est: transfugae Afri, qui tum inter **20**
auxilia Romana erant, et oppidanis in ea tuenda unde peri-
culum uidebatur uersis et Romanis subeuntibus qua adire 2
poterant, conspexerunt editissimam urbis partem, quia rupe
praealta tegebatur, neque opere ullo munitam et ab defenso-
ribus uacuam. Leuium corporum homines et multa exer- 3
citatione pernicium, clauos secum ferreos portantes, qua
per inaequaliter eminentia rupis poterant scandunt. Sicubi 4
nimis arduum et leue saxum occurrebat, clauos per modica
interualla figentes cum uelut gradus fecissent, primi inse-
quentes extrahentes manu, postremi subleuantes eos qui prae
se irent, in summum euadunt. Inde decurrunt cum cla- 5
more in urbem iam captam ab Romanis. Tum uero appa- 6
ruit ab ira et ab odio urbem oppugnatam esse. Nemo
capiendi uiuos, nemo patentibus ad direptionem omnibus
praedae memor est; trucidant inermes iuxta atque armatos,
feminas pariter ac uiros; usque ad infantium caedem ira
crudelis peruenit. Ignem deinde tectis iniciunt ac diruunt 7
quae incendio absumi nequeunt; adeo uestigia quoque
urbis exstinguere ac delere memoriam hostium sedis
cordi est.

Castulonem inde Scipio exercitum ducit, quam urbem 8
non Hispani modo conuenae sed Punici etiam exercitus ex

18 qua P^{x} *per ras.* M^{1}*AN.ald.*: quae πR^{2}*Spθ Frob.*2, *uix recte*: que *R*: q *D*: q^{u} D^{x}

20 1 ea tuenda *CRMBDANθ*: eatatuenda *P*: etuenda (*uel fort.* et tuenda) P^{2}: ea tutanda *Drak.* (*adn.*) subeuntibus *DSp?*A^{7}θ *Frob.*2: subeuntibus s. c. tr. π*N*: subeuntibus scalis moenia *ald.* (*dett. alii alia*): subeuntibus contra *Alschefski, optime, sed fort. plura desunt* qua $P^{1}A^{7}$ *uel* A^{8}θ*ald.Frob.*1.2: quam Π*N*, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* 2 partem *C*R^{2}*MBDANθ*: partis *PR* quia *Sp?Frob.*2: quae Π*N*(que *RN*)θ*ald.*, *fort. recte* praealta πθ*ald.Frob.*1.2: alta *AN* 4 insequentes (*uel* -tis *uel* -teis, *et* -tis *quidem rectissime sed u. Praef.* § 30) *Sp?*N^{4}θ*Frob.*2: sequentis Π*N.ald.* (-tes *N.ald.*) prae se irent *Sp?*N^{4}θ*Frob.*2: praeirent Π*N.ald.* 6 est Π*Nθald.Frob.*1.2: *om. Sp?* (*an Rhen.?*), *non male* trucidant A^{6}?θ*ald.Frob.*1.2: trucidanti *PM*: trucidati π^{2}*N* ac (uiros) C^{3} *ANθ*: ad π. *cf. c.* 19. 16 8 conuenae πA^{x}θ: conuenerant *AN* ex Π*N.ald.*: et *Spθ*: e *Frob.*2, *quod malim*

9 dissipata passim fuga reliquiae tutabantur. Sed aduentum
Scipionis praeuenerat fama cladis Iliturgitanorum terrorque
10 inde ac desperatio inuaserat; et in diuersis causis cum sibi
quisque consultum sine alterius respectu uellet, primo tacita
suspicio, deinde aperta discordia secessionem inter Cartha-
11 ginienses atque Hispanos fecit. His Cerdubelus propalam
deditionis auctor, Himilco Punicis auxiliaribus praeerat;
quos urbemque clam fide accepta Cerdubelus Romano
12 prodit. Mitior ea uictoria fuit; nec tantundem noxae ad-
missum erat et aliquantum irae lenierat uoluntaria deditio.

21 Marcius inde in barbaros si qui nondum perdomiti erant
sub ius dicionemque redigendos missus. Scipio Carthagi-
nem ad uota soluenda dis munusque gladiatorium, quod
mortis causa patris patruique parauerat, edendum rediit.
2 Gladiatorum spectaculum fuit non ex eo genere hominum
ex quo lanistis comparare mos est, seruorum de catasta ac
liberorum qui uenalem sanguinem habent: uoluntaria omnis
3 et gratuita opera pugnantium fuit. Nam alii missi ab regulis
sunt ad specimen insitae genti uirtutis ostendendum,
4 alii ipsi professi se pugnaturos in gratiam ducis, alios aemu-
latio et certamen ut prouocarent prouocatique haud abnue-
5 rent traxit; quidam quas disceptando controuersias finire
nequierant aut noluerant, pacto inter se ut uictorem res

9 cladis Π^{2} *uel* $\Pi^{1}N\theta$: clas *P*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* inde *Sp?θ Frob.*2: deinde Π*N.ald.* (*sc. ex* § 10), *cf.* 27. 32. 4 *adn.*

21 1 Marcius (*uel* -ti-) inde (deinde *θ*) in (ad *θ*) PCR^{2}(*om.* in *R*)*Bθ ald.Frob.*1.2: inde marcius in N^{4} (*nisi* marcius *ut s. l. pro* inde *ponebat*): marcius dein *Sp*: inde in *MDAN* dis, *cf. c.* 28. 11 *adn.*: deis *PC*: diis $R^{2}MB^{2}AN\theta$: *om. R*: dus *B* gladiatorium π*Nθ ald.Frob.*1.2 (-orum $SpDN^{1}$ *ex sq.*) 2 Gladiatorum π*NSp* (-orium *CDθald.Frob.*1.2) de catasta ac (*sed* aut *Vrs.*: ac *Madv.*) liberorum *Vrsinus, luculenter*: de causa ac liberorum (libert- *J*: libertin- *K*) $SpN^{4}\theta$: delectu ac libertorum *ald.Frob.*1.2: ac liberorum *Weissenb.*: *om.* Π*N* (*sc. linea xx litt. perdita, cf.* 26. 51. 8 *adn.*) *quos sequitur Gron.*, quiue *pro* qui (Π*NSp*) *legendo* 3 specimen $A^{6}?N^{4}$ *fort. ab* N^{6} *rescriptus θ Edd.*: speciem Π*N* 4 prouocatique *Sp?θFrob.*2: prouocatiue (-uę *B*) Π*N.ald.* 5 quidam *PC Edd.*: quidem *RMBDAN*: *om. θ* aut $C^{x}A^{1}$ *uel* $A^{6}N^{1}\theta$: eant *PC*: ea ut *RMBDAN* pacto Π*NSp?θFrob.*2: pacti *ald.* (*quos seq. Madv. frustra*)

sequeretur, ferro decreuerunt. Neque obscuri generis ho- 6
mines sed clari inlustresque, Corbis et Orsua, patrueles
fratres, de principatu ciuitatis quam Ibem uocabant ambi-
gentes ferro se certaturos professi sunt. Corbis maior erat 7
aetate: Orsuae pater princeps proxime fuerat a fratre maiore
post mortem eius principatu accepto. Cum uerbis discep- 8
tare Scipio uellet ac sedare iras, negatum id ambo dicere
cognatis communibus, nec alium deorum hominumue quam
Martem se iudicem habituros esse. Robore maior, minor 9
flore aetatis ferox, mortem in certamine quam ut alter
alterius imperio subiceretur praeoptantes cum dirimi ab
tanta rabie nequirent, insigne spectaculum exercitui prae-
buere documentumque quantum cupiditas imperii malum
inter mortales esset. Maior usu armorum et astu facile 10
stolidas uires minoris superauit. Huic gladiatorum specta-
culo ludi funebres additi pro copia prouinciali et castrensi
apparatu.

Res interim nihilo minus ab legatis gerebantur. Marcius **22**
superato Baete amni, quem incolae Certim appellant, duas
opulentas ciuitates sine certamine in deditionem accepit.
Astapa urbs erat Carthaginiensium semper partis; neque id 2
tam dignum ira erat quam quod extra necessitates belli

6 Ibem N^1*J.ald.Frob.*1.2, *cf.* (*cum Weissenb.*) *Eckhart nm. p.* 405: iben *K*: ibam A^6: idem Π*N*   ambigentes $AN^1\theta$ (abig- Π*N*)   7 aetate] *hic* Π*N Edd.*: *ante* erat θ, *cf.* 27. 37. 5 *adn.*   8 cognatis communibus πθ: communibus cognatis *AN*(*ubi* cognatis *post* dicere *primo inseruit* N^4 *dein deleuit*)*ald.Frob.*1.2, *cf.* 29. 3. 10 *adn.*   9 subiceretur (*uel* subiic-) *Sp?θFrob.2*: subigeretur Π*N.ald.*   cum M^3*?ANθald.*: eum π: quod *Sp?*N^4 *ut s. l. Frob.2*   rabie P^xM^2 *uel* M^1*ANSp ut uid.* θ *Edd.* (*sed* ab t. r. dirimi *Sp ut uid. ald.Frob.*1.2): rabis π: *om. C* (*spatio relicto*)   exercitui C^xM^1A $N^1\theta$: exercitum π (-tu *?*P^2 *et sic N*)   10 astu πA^7*?*$N^1\theta$: actu *AN*   prouinciali *Duker*: et prouinciali Π*N*θ

22 1 Certim (-tī *P*) Π*N*: cirten N^6: cyren θ: cirtim *ald.*: cirtium *Frob.2*   deditionem C^1(*uix* C^2)M^1A^7N *uel* N^1*Sp?*: deditione Π *N?*, *cf.* 26. 41. 12 *adn.*   accepit Π*Nθald.*: accipit *Sp?Frob.2*, *cf.* 27. 5. 9 *adn.*   2 erat (Carthag-) N^4 *ab* N^6 *rescriptus θald.Frob.* 1.2: *om.* Π*N*   extra Π*N*θ *Edd.*: *om. Sp Vat*, *cf.* § 12; 27. 39. 12 *adnn.*   necessitates Π*N*θ: necessitatis *Sp*

3 praecipuum in Romanos gerebant odium. Nec urbem aut
situ aut munimento tutam habebant quae ferociores iis
animos faceret; sed ingenia incolarum latrocinio laeta ut
excursiones in finitimum agrum sociorum populi Romani
facerent impulerant et uagos milites Romanos lixasque et
4 mercatores exciperent. Magnum etiam comitatum, quia
paucis parum tutum fuerat, transgredientem fines positis
5 insidiis circumuentum iniquo loco interfecerant. Ad hanc
urbem oppugnandam cum admotus exercitus esset, oppidani
conscientia scelerum, quia nec deditio tuta ad tam infestos
uidebatur neque spes moenibus aut armis tuendae salutis
erat, facinus in se ac suos foedum ac ferum consciscunt.
6 Locum in foro destinant quo pretiosissima rerum suarum
congererent. Super eum cumulum coniuges ac liberos
considere cum iussissent, ligna circa exstruunt fascesque
7 uirgultorum coniciunt. Quinquaginta deinde armatis iuue-
nibus praecipiunt ut, donec incertus euentus pugnae esset,
praesidium eo loco fortunarum suarum corporumque quae
8 cariora fortunis essent seruarent; si rem inclinatam uiderent
atque in eo iam esse ut urbs caperetur, scirent omnes quos
euntes in proelium cernerent mortem in ipsa pugna obituros;
9 illos se per deos superos inferosque orare ut memores
libertatis, quae illo die aut morte honesta aut seruitute in-
fami finienda esset, nihil relinquerent in quod saeuire iratus
10 hostis posset; ferrum ignemque in manibus esse; amicae
ac fideles potius ea quae peritura forent absumerent manus
11 quam insultarent superbo ludibrio hostes. His adhorta-

3 et mercatores Π*N.ald.* : aut mercatores *Sp?θFrob.*2 (*num ut gloss. secludendum?*) 4 interfecerant *Sp?Frob.*2 (-runt Π*Nθald.*, *cf.* 27. 6. 2 *adn.*) 5 urbem Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. θ* 6 suarum Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. θ* congererent Π*N.ald.Frob.*1.2 : congregarent *θ* cumulum πR^2*NFrob.*2 : tumulum N^5*θald.* : culumulum *ut uid. R* exstruunt A^6?N^4 *uel* N^2*θ Edd.* : exstrui (*uel* ext-) Π*N* 7 incertus Π*N*: certus *θ* 9 infami N^4 *ab* N^6 *rescriptus θ Edd.* : in π (*sed* in fienda *C*) : *om.* P^4M^2*AN* in (quod) CM^1A^6*θ* : id π*N* 10 forent *VatJFrob.*2 : fuerant *K* : essent Π*N ald.*

tionibus exsecratio dira adiecta si quem a proposito spes
mollitiaue animi flexisset.
Inde concitato agmine patentibus portis ingenti cum
tumultu erumpunt; neque erat ulla satis firma statio oppo- 12
sita, quia nihil minus quam ut egredi moenibus auderent
timeri poterat. Perpaucae equitum turmae leuisque arma-
tura repente e castris ad id ipsum emissa occurrit. Acrior 13
impetu atque animis quam compositior ordine ullo pugna
fuit. Itaque pulsus eques qui primus se hosti obtulerat
terrorem intulit leui armaturae; pugnatumque sub ipso
uallo foret, ni robur legionum perexiguo ad instruendum dato
tempore aciem direxisset. Ibi quoque trepidatum parumper 14
circa signa est cum caeci furore in uolnera ac ferrum uecordi
audacia ruerent; dein uetus miles, aduersus temerarios
impetus pertinax, caede primorum insequentes suppressit.
Conatus paulo post ultro inferre pedem, ut neminem cedere 15
atque obstinatos mori in uestigio quemque suo uidit, pate-
facta acie, quod ut facere posset multitudo armatorum facile
suppeditabat, cornua hostium amplexus, in orbem pugnantes
ad unum omnes occidit.

11 exsecratio (*uel* exec-) C^xM^1(*an* M^3?)$A^6N^4\theta$: exer|cratio *P* (*ubi tamen* -r- *haec ex parte erasa est et* -i- (*non* -it-) *substituta, necnon prior illa* -r- *pleniore calamo et extra lineam scripta*) : exercitatio *CRMBDA* cum θ *Edd.* : *om.* Π*N* (*sc. ante* tum- *perditum*) 12 firma Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. SpVat*θ, *cf.* § 2 *adn.* ut Π$N\theta$: ne *duce Weissenbornio Madv. ex* 3. 3. 2, *fort. recte, sed cf. Hor. Sat.* 1. 3. 120, *et nota verborum ordinem* egredi CA^7 *uel* $A^6\theta$*ald.Frob.*1.2 : egredi posset (posse M^1) π*N* : egredi hostes *Iac. Gron., quod probat Johnson* : egredi obsessi *Weissenb.* auderent $CM^1AN\theta$: audirent π poterat $C^xM^1N^4?\theta$: poterant Π*N*, *cf.* 27. 17. 4 *adn.* ad id ipsum Π*N.ald.Frob.*1.2 : ad ipsum θ : ad id *Rhen.?* 13 ordine ullo *JFrob.*2 : ullo ordine Π*NK.ald.* (*cf. c.* 2. 15 *adn.*) primus Π$N\theta$*ald.* : primum *Sp?Frob.*2 direxisset $RMBDAN\theta$: derexisset *PC*, *sed cf.* 27. 48. 4 *adn.* 14 uetus M^1(*an* M^3?)$A^7N^4\theta$: uectis πB^1N : uectus CM^1B^2 : tectis *B* *post* caede (*P fol.* 368 *u. b. l.* 25) *sequuntur in* Π*N uoces* conscribtis (*uel* -ptis) missisque (*c.* 37. 9) . . . *usque ad* (*P fol.* 385 *u. a. l.* 8) omni imperio (29. 1. 24), *inde post* imperio *sequuntur huius loci uoces* primorum insequentis . . . *usque ad* (*P fol.* 402 *r. b. l.* 2) auxiliarium inde (*c.* 37. 9) : *error notatus est ab* $P^4M^9A^v$? *et* A^7N^1 *uel* N^x (*non* N^4) : *rectum praebent ord.* θ*ald.Frob.*1.2 *et praebuit ut uid. Sp*

23 Atque haec tamen hostium iratorum ⟨in morem⟩ ac tum
maxime dimicantium iure belli in armatos repugnantes-
2 que edebantur: foedior alia in urbe trucidatio erat cum
turbam feminarum puerorumque imbellem inermem ciues
sui caederent et in succensum rogum semianima pleraque
inicerent corpora riuique sanguinis flammam orientem
restinguerent: postremo ipsi caede miseranda suorum
3 fatigati cum armis medio incendio se iniecerunt. Iam
caedi perpetratae uictores Romani superuenerunt. Ac
primo conspectu tam foedae rei mirabundi parumper obsti-
4 puerunt; dein cum aurum argentumque cumulo rerum
aliarum interfulgens auiditate ingenii humani rapere ex
igni uellent, correpti alii flamma sunt, alii ambusti adflatu
uaporis, cum receptus primis urgente ab tergo ingenti turba
5 non esset. Ita Astapa sine praeda militum ferro ignique
absumpta est. Marcius ceteris eius regionis metu in dedi-
tionem acceptis uictorem exercitum Carthaginem ad Scipi-
onem reduxit.

6 Per eos ipsos dies perfugae a Gadibus uenerunt polli-
centes urbem Punicumque praesidium quod in ea urbe

23 1 in morem *Johnson, duce Rossbachio*: furore *H. J. Mueller*: *ignorant* Π*Nθald.Frob.*1.2, *sequente Drak., sed durius; ad locum emendandum* (*a*) *post* dimicantium *add.* uis et impetus *Weissenb.* (*cum* edebant), odium *Madv.* 1886 (*cum* edebat) (*b*) *post* tamen *add.* caedes ab impetu (*uel* odio) *M. Mueller* (*cum* edebatur) *duce Zingerlio qui* caedes edebatur *infra*: *alia alii*   iure belli in armatos repugnantesque (*uel* -tisq.) $A^{7}N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2: pugnantisque (-tesque *N*) Π*N* (*xx litteris omissis, cf.* 26. 51. 8 *adn.*) *unde* pugna uisque *coniecit Gron.* (*cum* edebat)   edebantur $M^{1}A^{7}N^{4}$*ald.Frob.*1.2: edebatur *θ*: edebā *P*: edebam *CRMBD*: edebant $C^{2}AN$ (*et u. supra*)   2 inermem *SpθFrob.*2: inermemque Π*N.ald., fort. recte, sed cf.* 27. 16. 6 *adn.*   semianima $CA^{7}N\theta$*ald.Frob.*1.2: semianimi π: semia nimia *A*   3 caedi $PC^{x}M^{1}\theta$: caedis $\Pi^{2}N$ (ced-)   foedae rei $N^{4}\theta$ *Edd.*: foederi *P* (*cf.* 27. 1. 11 *adn.*): foede $\pi^{2}D^{x}N$: fede (-do C^{2}) *CDA*   obstipuerunt (*uel* ops-) π*N* (-stup- $BDA^{7}\theta$)   4 interfulgens N^{4} *ut s. l. θ Edd.*: interfluens Π*N*   igni *PCR*: igne R^{2} *MBDANθ*   flamma (-ama *K*) sunt Π*Nθ Edd.*: flamma *Sp ut uid.*   ab tergo ingenti *Sp?*N^{4}*Frob.*2: ingenti *θald.*: *om.* Π*N* (*sc. ob* -gente | -genti, *cf.* § 8)   6 urbe Π*N.ald.*: *om. Sp?θFrob.* 2, *fort. recte*

esset et imperatorem praesidii cum classe prodituros. Mago 7
ibi ex fuga substiterat, nauibusque in Oceano conlectis aliquantum auxiliorum et trans fretum ex Africa ora et ex proximis Hispaniae locis per Hannonem praefectum coegerat. Fide accepta dataque perfugis, et Marcius eo cum 8
expeditis cohortibus et Laelius cum septem triremibus quinqueremi una est missus ut terra marique communi consilio rem gererent.

Scipio ipse graui morbo implicitus, grauiore tamen fama 24
cum ad id quisque quod audierat insita hominibus libidine alendi de industria rumores adiceret aliquid, prouinciam omnem ac maxime longinqua eius turbauit; apparuitque 2
quantam excitatura molem uera fuisset clades cum uanus rumor tantas procellas exciuisset. Non socii in fide, non exercitus in officio mansit. Mandonius et Indibilis, quibus 3
quia regnum sibi Hispaniae pulsis inde Carthaginiensibus destinarant animis nihil pro spe contigerat, concitatis 4
popularibus—Lacetani autem erant—et iuuentute Celtiberorum excita agrum Suessetanum Sedetanumque sociorum populi Romani hostiliter depopulati sunt.

Ciuilis alius furor in castris ad Sucronem ortus; octo 5
ibi milia militum erant, praesidium gentibus quae cis Hiberum incolunt impositum. Motae autem eorum mentes 6

6 prodituros θ: *add.* esse Π*NEdd.*, *sed u.* 27. 38. 5 *adn.* 7 ex Africa (africae P^4) ora Π*N.ald.Frob.*1.2: africae ore (ope *Sp*) *Sp*θ 8 perfugis P^4M^1 *uel* $M^2AN\theta$: periugis π Marcius Π*N*θ: marcus P^1 expeditis . . . Laelius cum A^7N^4(*om.* cum)θ*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N haud amplius xxxi litt. ob* cum | cum *deperditis*, *cf.* §§ 1 *et* 4 *et* 26. 51. 8 *adnn.*

24 1 audierat $P^xCA^5N^4\theta$: audterat (autt- R^2) *PR*: aut terra *M*: aut erat $BDAN^1$: aut erarat *N* hominibus $N^4\theta$ *Edd.*: hominum Π*N*, *forte recte* 3 pro spe πR^2K: pros pe *R*: prope *M*: prospere *ANJ* contigerat Π*N Edd.*: contingebat θ 4 Lacetani $N^4\theta$, *cf.* 21. 23.2 *et* 21. 60. 3 *adnn.*: lacelani π: laceni *AN* autem erant Π*N*θ: autem erant et Ilergetes *Heusinger*, *duce Crevierio* (Ill.), *optime* (*cf. cc.* 27. 5 *et* 34. 4), *sed fort. uix necess. cum in c.* 26. 7 *soli Lacetani nominentur. Cf. etiam* 22. 21. 2; 26. 49. 11; *Polyb.* 10. 18. 7 excita *RMBDAN*θ: exscita *PC uel* C^1 (-tu *C?*) Suessetanum] *sic P e.g. in* 25. 34. 6: suesit (-ssit *R*) annum (-anum *PCA*θ: antium *N*: antiorum ?N^x)Π*N*θ 6 autem eorum *D*θ*Frob.*2: eorum autem π*N.ald.*: *malim ipse* autem *secludere*, *cf.* 27. 34. 3 *adn.*

sunt non tum primum cum de uita imperatoris rumores
dubii allati sunt, sed iam ante licentia ex diutino, ut fit, otio
conlecta, et nonnihil quod in hostico laxius rapto suetis
7 uiuere artiores in pace res erant. Ac primo sermones tantum
occulti serebantur: si bellum in prouincia esset, quid sese
inter pacatos facere? si debellatum iam et confecta pro-
8 uincia esset, cur in Italiam non reuehi? Flagitatum quo-
que stipendium procacius quam ex more et modestia mili-
tari erat, et ab custodibus probra in circumeuntes uigilias
tribunos iacta, et noctu quidam praedatum in agrum circa
pacatum ierant; postremo interdiu ac propalam sine com-
9 meatu ab signis abibant. Omnia libidine ac licentia militum,
nihil instituto aut disciplina militiae aut imperio eorum qui
10 praeerant gerebatur. Forma tamen Romanorum castrorum
constabat una ea spe quod tribunos ex contagione furoris
haud expertes seditionis defectionisque rati fore, et iura
reddere in principiis sinebant et signum ab eis petebant et
11 in stationes ac uigilias ordine ibant; et ut uim imperii
abstulerant, ita speciem dicto parentium ultro sibi ipsi im-
perantes seruabant.

12 Erupit deinde seditio, postquam reprehendere atque im-

6 primum cum Π*N*: cum primum *θald.Frob.*1.2 rumores] *hic* A^7 *uel* A^5: *post* dubii C^4N^4*θald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* 7 primo sermones $M^7A^7N^4$*θ Edd.*: primones *P* (*cf.* 27. 1. 11 *adn.*) *et* P^4: primores (*uel* primo res) $Π^2$*N*: rumores C^4 8 ierant $CM^1B^2A^7$ *θ Edd.*: erant π*N* 9 aut disciplina N^4*ald.*: ac disciplina *θFrob.*2, *fort. recte, cf. Cic. De Or.* 1. 247 'non minis et ui ac metu': aut discrimina (-ne C^xM^1?) Π*N* 10 forma πA^7N^4 *ut s. l. θ Edd.*: fortuna *AN* spe quod Π*Nθ*(*sed* una spe quod *K*)*ald.Frob.*1.2: re quod *Weissenb.*, *optime* (*cf. de errore* 27. 15. 3): specie quod *Freinsheim* (*cf.* 27. 8. 14 *adn.*). *Defendi potest lectio codd.*, *si* quod *cum participio* rati *iunxit Liuius quasi scripsisset* quod rati sunt adeo ut sinerent: *fort. malis aut* (*quo ipse inclinor*) quod *in* qua *mutare aut Weissenbornio obtemperare* et (iura) A^7N^4*ald.Frob.*1.2: ut Π*N*: sed *θ* signum π(*om.* et sig. . . . petebant *D*)*Nθ*: *om. Sp* (*cf.* 27. 39. 12 *adn.*) stationes *Sp?θald.Frob.*1.2: stationem Π*N*, *cf.* 27. 40. 7 *adn.* ordine *Sp?θFrob.*2: in ordinem Π*N.ald.*, *uix recte*: in orbem *Madv. Em. p.* 408 11 sibi ipsi *scripsimus*: ipsi C^x(*an* sibi *uoluit?*)N^4 *ut s. l. θald.Frob.*1.2: si im *P*: si $Π^2$(*C?*)*N*: sibi M^1A^5: sibimet *Gron.*

probare tribunos ea quae fierent et conari obuiam ire et
propalam abnuere furoris eorum se futuros socios senserunt.
Fugatis itaque ex principiis ac post paulo e castris tribunis 13
ad principes seditionis gregarios milites C. Albium Calenum
et C. Atrium Vmbrum delatum omnium consensu imperium
est; qui nequaquam tribuniciis contenti ornamentis, insignia 14
etiam summi imperii, fasces securesque, attractare ausi;
neque eis uenit in mentem suis tergis suis ceruicibus uirgas
illas securesque imminere quas ad metum aliorum praefer-
rent. Mors Scipionis falso credita occaecabat animos, sub 15
cuius uolgatam iam famam non dubitabant totam Hispaniam
arsuram bello: in eo tumultu et sociis pecunias imperari et 16
diripi propinquas urbes posse; et turbatis rebus cum omnia
omnes auderent minus insignia fore quae ipsi fecissent.
Cum alios subinde recentes nuntios non mortis modo sed **25**
etiam funeris exspectarent, neque superueniret quisquam
euanesceretque temere ortus rumor, tum primi auctores
requiri coepti; et subtrahente se quoque ut credidisse potius 2
temere quam finxisse rem talem uideri posset, destituti
duces iam sua ipsi insignia et pro uana imagine imperii
quod gererent ueram iustamque mox in se uersuram potes-
tatem horrebant. Stupente ita seditione cum uiuere primo, 3

12 fierent Π*Nθ Edd.*: fieri N^4 13 ex (princ.) *ald.Frob.*1.2 (*de* e castris *cf. c.* 2. 5): e *K*: et *J*: *om.* Π*N* Vmbrum C^4*Sp?* A^7*θFrob.*2 (-brium *ald.*): brum Π*N* 14 imperii (inp- P^2CR) $Π^2$ *Nθ*: peri *P* neque eis (*uel* iis *uel* hiis) N^4*θald.Frob.*1.2: nequem Π*N*, *cf.* 27. 40. 7 *adn.*: neque M^1, *probante Madv., sed horum hominum caecitatem depingit Liuius* suis (ceru.) *Sp?Frob.*2: suisque Π *Nθald., sed anaphoram commendat loci color; cf. utique* 26. 11. 12 *adn.* (*a*) 15 iam N^4*θald.Frob.*1.2: mox Π*N*, *fort. recte, et sic malit Johnson* (iam *ex* -tam *duplicato ortum esse ratus*) 16 diripi A^v?N^4 *ut s. l. θ Edd.*: diri *P*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* (*et in* § 14 sque *P pro* securesque): adiri $Π^2$*N*, *cf. c.* 8. 4 *adn.*

25 2 subtrahente se (-tes e *RB*) $PRMB^1D$: subtrahentes se (*om.* se *N*) CAN^1*θald.*: subtrantesse *Sp*, *unde* subirascantes *Rhen. Frob.*2 posset π*N*: possent *CSp ut uid. θald.Frob.*1.2 quod Π*N Edd.*: qui id *θ*: *uerius fuisset* quam, *sed cf. e.g.* 1. 1. 4 maiora rerum initia (*u. etiam* 1. 9. 13; 8. 7. 18; 9. 45. 5) 3 Stupente Π: stupenti *θ*: stupebant *N*: stupebati N^1 (seditioni N^1 *ut s. l. θ*)

mox etiam ualere Scipionem certi auctores adferrent, tribuni
4 militum septem ab ipso Scipione missi superuenerunt. Ad
quorum primum aduentum exasperati animi: mox ipsis
placido sermone permulcentibus notos cum quibus con-
5 gressi erant, leniti sunt. Circumeuntes enim tentoria
primo, deinde in principiis praetorioque ubi sermones inter
se serentium circulos uidissent adloquebantur, percontantes
magis quae causa irae consternationisque subitae foret quam
6 factum accusantes. Volgo stipendium non datum ad diem
iactabatur, et cum eodem tempore quo scelus Iliturgi-
tanum exstitisset post duorum imperatorum duorumque
exercituum stragem sua uirtute defensum nomen Romanum
ac retenta prouincia esset, Iliturgitanos poenam noxae
meritam habere, suis recte factis gratiam qui exsoluat non
7 esse. Talia querentes aequa orare seque ea relaturos ad
imperatorem respondebant; laetari quod nihil tristius nec
insanabilius esset; et P. Scipionem deum benignitate et
rem publicam esse gratiae referendae.
8 Scipionem, bellis adsuetum, ad seditionum procellas
rudem, sollicitum habebat res ne aut exercitus peccando
9 aut ipse puniendo modum excederet. In praesentia, ut
coepisset, leniter agi placuit et missis circa stipendiarias

3 ab ipso Scipione missi superuenerunt *Sp?θFrob* 2 : qui ab ipso Scipione sunt π, *et sic AN sed* sunt missi (*del.* qui N^{x}) : qui ab ipso Scipione sunt missi superuenerunt (-ere N^{4}) N^{4}*ald.*, *fort. recte* 5 enim $C^{4}A^{x}θ$: eum Π*N* praetorioque $A^{7}N^{4}$*θald.Frob.*1.2: praetorio Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) percontantes *K*, *cf.* 27. 43. 5 *adn.* (-cunct- Π*NJ*) 6 Iliturgitanum *Sp?θFrob.*2 (*hic* ill-) : iliturgitanorum Π*N.ald.* (ill-) duorum imperatorum Π*Nθ Edd.* : *om. Sp* (*cf. c.* 2. 16 *adn.*), *u. c.* 28. 9 *adn.* (*et fort. c.* 9. 13) gratiam (*uel* -ā) $π^{4}$: gratia *PRBD* 7 querentes (*sed* -tis) $CM^{1}AN$ (-ti sequa *AN*) : quaerentis (-tes $B^{2}K$) *PRMBK* : querenti *D* : querentibus *Riemann* (*cf. de* -is *et* -ib. 27. 2. 8 *adn.*) deum $A^{7}N^{4}$ *ut s. l. θ* : reum *P* : rerum *CRMBDAN* benignitate $CB^{2}DANθ$: benignite *PR*(begn-)*MB* rem publicam A^{7}*K.ald.Frob.*1.2 : rei p̄ (*uel plene*) Π*NJ*, *uix probabile nisi cum Kochio* felicitate *addas* (rem p. esse gratiae ref. *facile uelut e.g.* 2. 9. 6 *et* 4. 43. 10 *intellegitur; si et Scipionem sic describi durius uidetur, uel* uiuere *uel aliquid amplius post* benignitate *inserendum erit*) 8 seditionum $P^{4}C^{4}M^{1}A^{7}θ$ (-nem Π*N*)

civitates exactoribus stipendii spem propinquam facere; et 10
edictum subinde propositum ut ad stipendium petendum
conuenirent Carthaginem, seu carptim partes seu uniuersi
mallent. Tranquillam seditionem iam per se languescen- 11
tem repentina quies rebellantium Hispanorum fecit; redi-
erant enim in fines omisso incepto Mandonius et Indibilis,
postquam uiuere Scipionem allatum est; nec iam erat aut 12
ciuis aut externus cum quo furorem suum consociarent.
Omnia circumspectantes [consilia] nihil reliqui habebant 13
praeter unum tutissimum a malis consiliis receptum, ut im-
peratoris uel iustae irae uel non desperandae clementiae
sese committerent: etiam hostibus eum ignouisse cum
quibus ferro dimicasset: suam seditionem sine uolnere, 14
sine sanguine fuisse nec ipsam atrocem nec atroci poena
dignam—ut ingenia humana sunt ad suam cuique leuandam
culpam nimio plus facunda. Illa dubitatio erat singulaene 15
cohortes an uniuersi ad stipendium petendum irent. Incli-
nauit sententia, quod tutius censebant, uniuersos ire.

Per eosdem dies quibus haec illi consultabant consilium 26
de iis Carthagini erat, certabaturque sententiis utrum in 2

9, 10 facere; et θ : faceret et N^4 : fecere ΠN : facere *ald.Frob.*1.2 10 propositum *ald.Frob.*1.2 : positum $\Pi N\theta$ partes ΠN^x (-tems N) : per partes *Gron.*, *optime* : *si displicet Nominatiuus, cum Riemanno secludas ut gloss.* seu uniuersi $CM^1\theta$: se uniuer (-uersi B : -uerse DAN) π 11 iam $N^4\theta$ *Edd.* : *om.* ΠN quies P^xM^1(*ipse se repingens*)N : quierce $\Pi\theta$ Mandonius $P^xC^4M^1$ *ut supra* : mandoinius P (*et primo* M^1) : mandato in ius π^2, *cf. c.* 8. 4 *adn.* : mandonii (-io A^x) AN : *quid uoluerit C incertum*
13 consilia $\Pi N\theta$: *secludere uolebat Gron.*, *optime*, *cf. e.g.* 7. 14. 6 unum tutissimum *ald.Frob.*1.2 : enim autissimum *Sp* : non tutissimum $\Pi N\theta$, *fort. recte sed sic potius* unum receptum neque eum tutissimum *exspectares*; *cf.* non *pro* unum 30. 10. 20 clementiae sese (se $D\theta$) $CM^1DN^4\theta$: clementia esse π (-iae ē R) 14 poena (*uel* pena) $CM^1AN^1\theta$: poenam πN facunda $A^7?N^2$ *uel* $N^4\theta$ (-iunda ΠN : -ienda B) : foecunda *Duker* 15 singulaene $C^5(C?)M^1$(-c (*uocis* nec) *pleniore cal. subter notata*)$A^7N^4\theta$: singula nec πN : singulaetne P^1 *ut uid. siglo* ͻ *supra* -a- *addito et* -c *delere conatus*
26 1 consilium ΠN *Edd.* : concilium θ (*et sic* -io *in* § 4) Carthagini ΠN, *cf. e.g.* 29. 4. 7; 29. 28. 4; 30. 44. 4 : carthagine θ (*ut in* § 4 PN^4 : -ni N)

auctores tantum seditionis—erant autem ii numero haud plus quam quinque et triginta—animaduerteretur, an plurium supplicio uindicanda tam foedi exempli defectio magis quam
3 seditio esset. Vicit sententia lenior ut unde culpa orta esset ibi poena consisteret: ad multitudinem castigationem satis
4 esse. Consilio dimisso, ut id actum uideretur, expeditio aduersus Mandonium Indibilemque edicitur exercitui qui Carthagine erat et cibaria dierum aliquot parare iubentur.
5 Tribunis septem qui et antea Sucronem ad leniendam seditionem ierant obuiam exercitui missis quina nomina princi-
6 pum seditionis edita sunt, ut eos per idoneos homines benigno uoltu ac sermone in hospitium inuitatos sopitosque
7 uino uincirent. Haud procul iam Carthagine aberant cum ex obuiis auditum postero die omnem exercitum cum M. Silano in Lacetanos proficisci non metu modo omni qui tacitus insidebat animis liberauit eos, sed laetitiam ingentem fecit quod magis habituri solum imperatorem quam ipsi
8 futuri in potestate eius essent. Sub occasum solis urbem ingressi sunt exercitumque alterum parantem omnia ad iter
9 uiderunt. Excepti sermonibus de industria compositis —laetum opportunumque aduentum eorum imperatori esse quod sub ipsam profectionem alterius exercitus uenissent—
10 corpora curant. Ab tribunis sine ullo tumultu auctores seditionis per idoneos homines perducti in hospitia com-

3 culpa orta (opta *P*) esset π^2 : culpa esset orta *AN.ald.* : orta culpa esset *θFrob.*2 (*cf.* 27. 37. 5 *et* 29. 3. 10 *adnn.*) 4 ut id Π NJ^1 *ut s. l. K Edd.* : ut nichil N^2 *uel* N^x : nichil *J* et (cib.) π *N* : de *D* : *om.* $N^2\theta$ dierum $A^7N^4\theta$ *Edd.* : aeorum *PC* : eorum *RMBDAN* parare C^4 *uel* C^3M^1 (*ut credo*) *calamo iam paene effracto usus AN Edd.* : parere π : parari N^2 *uel* $N^4\theta$ 5 Sucronem Π*N Edd.* : ad sucronem (*uel* sutr-) θ principum $A^7N^4\theta$: principu *P* : principibu P^2B (-ib ; *uel* -ibus *CRMBDAN*) 6 inuitatos sopitosque uino $A^7N^4\theta$ *Edd.* : inuitatosque (qui *R*) uino (uno *D*) πR^2, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) : uinoque *AN* : uino N^2 7 iam Π*N Edd.* : *om.* θ M. Π*N Aldus*, *cf. c.* 1. 5 : lelio θ : *om. Edd. ante Ald.* modo $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *fort. recte* 9 uenissent θ*ald.Frob.*1.2 : euenissent Π*N* curant πN^1 *ut s. l. Sp?θFrob.*2 : curent *AN.ald.* 10 Ab π : a *ANθ*

prensi ac uincti sunt. Vigilia quarta impedimenta exercitus 11
cuius simulabatur iter proficisci coepere: sub lucem signa mota, et ad portam retentum agmen custodesque circa omnes portas missi ne quis urbe egrederetur. Vocati deinde 12
ad contionem qui pridie uenerant, ferociter in forum ad tribunal imperatoris ut ultro territuri succlamationibus concurrunt. Simul et imperator in tribunal escendit et reducti 13
armati a portis inermi contioni se ab tergo circumfuderunt. Tum omnis ferocia concidit et, ut postea fatebantur, nihil 14
aeque eos terruit quam praeter spem robur et colos imperatoris, quem adfectum uisuros crediderant, uoltusque qualem ne in acie quidem aiebant meminisse. Sedit tacitus pau- 15
lisper donec nuntiatum est deductos in forum auctores seditionis et parata omnia esse. Tum silentio per praeconem **27**
facto ita coepit:

'Nunquam mihi defuturam orationem qua exercitum meum adloquerer credidi, non quo uerba unquam potius 2
quam res exercuerim, sed quia prope a pueritia in castris habitus adsueram militaribus ingeniis: apud uos quemadmo- 3
dum loquar nec consilium nec oratio suppeditat, quos ne quo nomine quidem appellare debeam scio. Ciues? qui a 4
patria uestra descistis. An milites? qui imperium auspiciumque abnuistis, sacramenti religionem rupistis. Hostes?

11 cuius Π*Nθald.*: cui *Sp?Frob.*2, *fort. recte* urbe π*ald.Frob.*1.2: urbem *ANθ*, *sed cf.* 1. 29. 6 *et* 29 6. 4 *adnn.* 13 escendit *PC*(aesc-)*R*: ascendit *R*^{2}*MBDAN.ald.*, *cf.* 27. 5. 8 *adn.*: conscendit *Sp?θFrob.*2 a portis *ANθ* (*ante* armati *θ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.*) *Edd.*: a portas π: ad portas *CB* se] *hic* π: *ante* contioni *ANθald.Frob.*1.2 14 robur et *CN*^{4}*θ*: roboret *BAN*: robore *PR*^{x}*MD*: robure *R*: rubore *M*^{1}*?* colos π: color *B*^{2}*ANθald.Frob.*1.2 adfectum π*A*^{x}: affectum *DA*^{7}*?N*^{4}*θ*: adsuetum *A*: ad sutum *N*

27 1 ad-(*uel* al-)loquerer credidi *A*^{7}*?N*^{4}*ald Frob.*1.2: adidque|reretur dedi *P*: ad id querere dedi π^{2} *uel* π^{1}(*A?*)*N*: alloquerer *θ*: *om.* adl. . . . *usque ad* quam (§ 2) *omnia D* 2 pueritia *P*^{4}*CM*^{1}*BANθ*: peritia π adsueram π*ald.*: assueueram *ANθFrob.*2 3 apud *A*^{x}*N*^{4}(-ut)*θ*: adut π: ad *P*^{x}*C*: aut ut *D*: ad ut ad *A?N*: aput ad *N*^{1}*?* ne quo *C*^{2}*M.ald.*: neque π*N*: nec quo *N*^{4} *ut s. l. θ Frob.*2

Corpora, ora, uestitum, habitum ciuium adgnosco: facta,
5 dicta, consilia, animos hostium uideo. Quid enim uos, nisi quod Ilergetes et Lacetani, aut optastis aliud aut sperastis? Et illi tamen Mandonium atque Indibilem, regiae nobilitatis uiros, duces furoris secuti sunt: uos auspicium et imperium ad Vmbrum Atrium et Calenum Albium detulis-
6 tis. Negate uos id omnes fecisse aut factum uoluisse, milites; paucorum eum furorem atque amentiam esse libenter credam, negantibus; nec enim ea sunt commissa quae, uolgata in omnem exercitum, sine piaculis ingentibus expiari possint.

7 'Inuitus ea tamquam uolnera attingo; sed nisi tacta tracta-
8 taque sanari non possunt. Equidem pulsis Hispania Carthaginiensibus nullum locum tota prouincia nullos homines credebam esse ubi uita inuisa esset mea; sic me non solum
9 aduersus socios gesseram sed etiam aduersus hostes: in castris en meis—quantum opinio fefellit!—fama mortis meae
10 non accepta solum sed etiam exspectata est. Non quod ego uulgari facinus per omnes uelim—equidem si totum exercitum meum mortem mihi optasse crederem hic statim ante oculos uestros morerer, nec me uita iuuaret inuisa
11 ciuibus et militibus meis. Sed multitudo omnis sicut natura

4 adgnosco π: agnosco *BDANθ* 5 et (Lac.) *θald.Frob.*1.2: aut Π*N*: ac *Drak.* (*adn.*), *aspere* (*sed* et Lac. *e.g. in c.* 34. 4) Vmbrum N^2*θald.*: umbrium P^2*CA*: ubrium *RMDN*: ubriu *B*: umbrium et imperium ad umbrium *P* (*cf.* 29. 1. 23 *adn.*) 6 possint Π*Nθald.Frob.*1.2: possent *Riemann*, *sed potius interpretandum est* 'si talia uolgata sunt (*uel* sint) . . . non possunt (*uel* possint)' 8 nullum locum tota prouincia A^7N^4*θald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* inuisa A^7 *uel* $A^8N^4θ$: *om.* Π*N* esset $A^7N^4θ$: esset sic Π*N* (*cf.* 29. 5. 6 *adn.*) 9 en] *hic* Π*N*: *ante* quantum *ald.Frob.*1.2: *om.* $N^4θ$ opinio (opp- *J*) Π*Nθ*: me opinio *Riemann* fama mortis A^7?N^4*θald.*: famam|ortis *P*: famam sortis $π^2$: fama sortis *A*? *N* exspectata BN^4 (exp- π*Nθ ald.Frob.*1.2.): spectata *Sp* 10 Non *θald.Frob.*1.2: uero π*N*, *cf. fort. c.* 25. 13 *adn.*: enimuero A^v?: uerum C^4, *et sic* (*cum* quid *pro* quod) *Madv.* (*Em. p.* 409) *olim* meum N^4*θald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* statim CM^1A^7?$N^4θ$: statio π*N* me uita $C^xANθ$: multa $πR^2$: *om.* *R* iuuaret *CRMBD* *ANθ*: tu|uaret *P*

maris per se immobilis est, [et] uenti et aurae cient; ita aut
tranquillum aut procellae in uobis sunt; et causa atque
origo omnis furoris penes auctores est, uos contagione
insanistis; qui mihi ne hodie quidem scire uidemini quo 12
amentiae progressi sitis, quid facinoris in me, quid in patriam
parentesque ac liberos uestros, quid in deos sacramenti testes,
quid aduersus auspicia sub quibus militatis, quid aduersus
morem militiae disciplinamque maiorum, quid aduersus
summi imperii maiestatem ausi sitis.

'De me ipso taceo—temere potius quam auide credideri- 13
tis, is denique ego sim cuius imperii taedere exercitum mi-
nime mirandum sit—: patria quid de uobis meruerat, quam
cum Mandonio et Indibili consociando consilia prodebatis?
quid populus Romanus, cum imperium ablatum ab tribunis 14
suffragio populi creatis ad homines priuatos detulistis, cum
eo ipso non contenti si pro tribunis illos haberetis, fasces
imperatoris uestri ad eos quibus seruus cui imperarent nun-
quam fuerat, Romanus exercitus detulistis? In praetorio 15
tetenderunt Albius et Atrius; classicum apud eos cecinit;
signum ab iis petitum est; sederunt in tribunali P. Scipionis;
lictor apparuit; summoto incesserunt; fasces cum securibus
praelati sunt. Lapides pluere et fulmina iaci de caelo et 16
insuetos fetus animalia edere uos portenta esse putatis: hoc
est portentum quod nullis hostiis nullis supplicationibus

11 et (uenti) π(*A?*): *del. Gron., optime*: ut $DA^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2, *sed sic* (ut . . . cient, ita . . . sunt) *par pari non opponitur*: si et *N*: sed *Crevier* (*sed melius esset* at) uenti $P^2CDA^7N^4\theta$*Edd.*: ueni *PRBN* (uenientes *pro* uenti et *M*) ita aut π^2R^2N*ald.*: ita ut *PR*: aut $SpN^4\theta$*Frob.*2 12 qui Π*N*: quin $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 militatis Π*N*: militastis *Sp?θFrob.*2 13 is *θEdd.*: *om.* Π*N*: his N^4 imperii taedere (*uel* ted-) $A^7\theta$: imperiti tedere N^4: imperitiae dere (-ia edere *AN*) Π*N* 15 P. Π*N*: proconsulis A^7 *uel* $A^8\theta$*Frob.*2: proconsulis P. *ald.* summoto Π*N*: summoti A^xN^2 *uel* N^4 *ut s. l.* θ cum securibus praelati Π*N.ald.*: et secures praelatae N^4(*qui* cum *non delet*)θ*Frob.*2. 16 lapides Π*N*θ: lapide *Madv., sed cf. e.g.* 40. 19. 2 sanguinem insuetos C^4M^1?*AN*θ (-tus π, *cf.* 30. 36. 8 *adn.*) animalia $C^4M^1A^6$: animalis Π*N* (-les A^7?θ)

sine sanguine eorum qui tantum ausi facinus sunt expiari possit.

28 'Atque ego, quamquam nullum scelus rationem habet, tamen, ut in re nefaria, quae mens, quod consilium uestrum
2 fuerit scire uelim. Regium quondam in praesidium missa legio interfectis per scelus principibus ciuitatis urbem opu-
3 lentam per decem annos tenuit, propter quod facinus tota legio, milia hominum quattuor, in foro Romae securi per-
4 cussi sunt. Sed illi primum non Atrium Vmbrum semilixam, nominis etiam abominandi ducem, sed D. Vibellium tribunum militum secuti sunt, nec cum Pyrrho nec cum Samnitibus aut Lucanis, hostibus populi Romani, se coniunxerunt:
5 uos cum Mandonio et Indibili et consilia communicastis et
6 arma consociaturi fuistis. Illi, sicut Campani Capuam Tuscis ueteribus cultoribus ademptam, Mamertini in Sicilia Messanam, sic Regium habituri perpetuam sedem erant, nec populum Romanum nec socios populi Romani ultro lacessi-
7 turi bello: Sucronemne uos domicilium habituri eratis? Vbi si uos decedens confecta prouincia imperator relinquerem, deum hominumque fidem implorare debebatis quod non redieritis ad coniuges liberosque uestros.

8 'Sed horum quoque memoriam, sicut patriae meique, eieceritis ex animis uestris: uiam consilii scelerati sed non

16 ausi facinus πθ : facinus ausi *AN.ald.Frob.*1.2, *cf.* 29. 3. 10 *adn.* sunt N^4 *ut s. l. θald.Frob.*1.2 : sint Π*N*

28 2 ciuitatis] *hic* Π*N.ald.Frob.*1.2 : *ante* principibus *θ*

3 Romae Π*NSp?Frob.*2 : *om. θald.* 4 ducem C^4*ANθ* : uicem π D. *θald.* (Decium), *cf. Polyb.* 1. 7. 7 : *om.* Π*N* cum (Samn.) Π*N.ald.* : *om. SpθFrob.*2 5 et (consilia) *Sp?*N^4*θFrob.*2 : *om.* Π*N.ald.* 6 cultoribus Π*N.ald.* : *om.SpVatθFrob.*2 Messanam A^7?N^4*θ* : messenam Π*N*(*sed* siciliam esse nam *CRMBDAN*)M^7 : mesinam C^2 Romanum *θald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* 7 decedens *PC*$M^1A^7N^4$*θ Aldus* : docendos *R* : decendens R^2*MB* (desc- *D*) : discedens *AN Edd. ante Ald., sed Scipio uocem propriam de fine imperii prouincialis de industria usurpat* debebatis Π*N.ald.Frob.* 1.2 : deberetis *θ* redieritis (-entis *D*) Π*N*, *sc.* '*rediimus*' : rediretis M^1A^6?N^2*θald.Frob.*1.2, *cf.* 27. 17. 14 *adn.* 8 eieceritis Π*N* : eieceratis *θ*

ad ultimum dementis exsequi uolo; mene uiuo et cetero 9
incolumi exercitu, cum quo ego die uno Carthaginem cepi,
cum quo quattuor imperatores quattuor exercitus Cartha-
giniensium fudi, fugaui, Hispania expuli, uos octo milia
hominum, minoris certe omnes pretii quam Albius et Atrius
sunt quibus uos subiecistis, Hispaniam prouinciam populo
Romano erepturi eratis? Amolior et amoueo nomen meum; 10
nihil ultra facile creditam mortem meam a uobis uiolatus sim:
quid? si ego morerer, mecum exspiratura res publica, mecum 11
casurum imperium populi Romani erat? Ne istuc Iuppiter
optimus maximus sirit, urbem auspicato dis auctoribus in
aeternum conditam huic fragili et mortali corpori aequalem
esse. Flaminio, Paulo, Gracco, Postumio Albino, M. Mar- 12
cello, T. Quinctio Crispino, Cn. Fuluio, Scipionibus meis,
tot tam praeclaris imperatoribus uno bello absumptis super-
stes est populus Romanus, eritque mille aliis nunc ferro nunc
morbo morientibus: meo unius funere elata esset res publica?

9 uno Π*N.ald.*: una *θFrob.2, non recte, cf.* 27. 16. 16 *adn.* quattuor imperatores $A^7N^4\theta$ *Edd.*: *om.* Π*N*, *cf. c.* 25. 6 *adn.* fudi $P^4CN^4\theta$ *Edd.*: fugsi *P*: fugi π^2: *om.* M^7AN Hispania A^6N^4(Isp-)*θ Edd.*: *om.* Π*N* minoris *πSpθ*(-res *J*)*Frob.2*: maioris C^4AN*.ald.*: mille minores maioris N^2 *ut uid.* Atrius *Rhen. ex Sp?Frob.2* (*et sic codd. in c.* 27. 15): actius *Vat*: umbrius Π*N.ald.*: umber *θ* 10 a $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* 11 istuc πSpN^4*Frob.2*: stuc *N*: istud *Dθald.* sirit *P*: sierit SpN^4: sinit π^2: siniat *AN*: sinat $A^x\theta$*ald.* dis] *cf.* 4. 15. 7 *adn. et Praef. Tom. I p. xxxiv*: diis *ANθ*: dies *P*: die π^2 (*praebet* di(s) *P e.g. in* 26. 30. 9; 30. 12. 12; 30. 13. 6; 30. 27. 12; 30. 30. 4 *et* 6: *praebet* dii(s) *in* 29. 17. 9 *al.*: *saepius tamen* dei(s), *ut in cc.* 9. 7; 11. 7; 12. 4; 32. 12; 29. 24. 7; 29. 25. 13; 30. 21. 9) auctoribus $N^4\theta$*ald.*: ductoribus Π*N* huic fragili Π*N.ald.*: fragili huic *θFrob.2, bene sed minus deictice* (*et cf.* 27. 37. 5 *adn.*) 12 Flaminio, Paulo, Graccho *Sp ut uid.* N^4(*qui fort.* Fl. Gr. P. *uoluit*)*θFrob.2*: *om.* Π*N* (*cf.* 26. 51. 8 *adn.*): Flaminio, Paulo Aemylio, Graccho *ald.* T. (*uel* tito) N^4 *uel* $N^3\theta$: p. *πN*: *om. C* Scipionibus $C^2M^1B^2AN\theta$: scipionis *π*, *cf.* 27. 2. 8 *adn.* praeclaris (plecl- *B*: plerl- B^1: piecl- *D*) Π*N.ald.*: claris *Sp?θFrob.2* nunc morbo A^6N^2 *uel* $N^3\theta$: *om.* Π*N* elata Π*NK.ald. Frob* 1.2: elati *SpJ* esset res publica (*sed* res p. esset) Π*N Aldus*: populi romani esset respublica *Spθ Edd. ante Ald. Frob.2* (*fort.* r. p. *supra scripserat aliquis in exemplari Spirensiano ante* esset, *ut ordinem Puteani imitaretur*)

13 Vos ipsi hic in Hispania patre et patruo meo duobus im-
peratoribus interfectis Septimum Marcium ducem uobis
aduersus exsultantes recenti uictoria Poenos delegistis. Et
sic loquor tamquam sine duce Hispaniae futurae fuerint:
14 M. Silanus eodem iure eodem imperio mecum in prouinciam
missus, L. Scipio frater meus et C. Laelius legati, uindices
15 maiestatis imperii deessent? Vtrum exercitus exercitui, an
duces ducibus, an dignitas, an causa comparari poterat? Qui-
bus si omnibus superiores essetis, arma contra patriam con-
tra ciues uestros ferretis? Africam Italiae, Carthaginem urbi
Romanae imperare uelletis? Quam ob noxam patriae?
29 Coriolanum quondam damnatio iniusta, miserum et indig-
num exsilium ut iret ad oppugnandam patriam impulit;
reuocauit tamen a publico parricidio priuata pietas: uos qui
2 dolor, quae ira incitauit? Stipendiumne diebus paucis im-
peratore aegro serius numeratum satis digna causa fuit cur
patriae indiceretis bellum, cur ad Ilergetes descisceretis a
populo Romano, cur nihil diuinarum humanarumue rerum
inuiolatum uobis esset?

3 'Insanistis profecto, milites, nec maior in corpus meum uis
4 morbi quam in uestras mentes inuasit. Horret animus
referre quid crediderint homines, quid sperauerint, quid
optauerint: auferat omnia inrita obliuio, si potest: si non,
5 utcumque silentium tegat. Non negauerim tristem atrocem-
que uobis uisam orationem meam: quanto creditis facta ues-

13 ipsi *PN Edd.*: ipsis N^4 *ut s. l.* θ 15 exercitui an A^v?N^4 *uel* $N^3\theta$ *Edd.*: an N^2: iā *PC*: iam *RMBDAN* contra (patriam) C^3 *uel* $C^4A^7N^4\theta$: compinxit π (-pinexit *B?A?N*), *unde* cum Poenis contra *Gron.* urbi $M^1\theta$*ald.*: urbis Π*N*, *cf.* 26. 40. 14 *adn.*

29 1 uos $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* dolor quae $A^7N^4\theta$*ald. Frob.*1.2: dolerae (-ere *RMD*: -orē *C*: -ore *AN*) uitae Π*N*: dolor aut quae *Gron.*, *Puteani erroribus nimis obtemperans* 2 serius πA^7N^4 *ut s. l.* θ: seria *BDAN* indiceretis $C^4M^2A^7N$(-ritis)θ: incideretis Π 4 sperauerint Π*N.ald.Frob.*1.2: parauerint θ quid optauerint Π*N*(*sed* opau-)*ald.Frob.*1.2: *om. Sp*θ si potest $A^7N^x(N^2?)\theta$: est potest πR^2N: *om. R*: esse potest *C*: si esse potest C^3 5 meam Π*N.ald.*: *om. Sp?Vat*θ*Frob.*2 quanto $C^3A^7N^2$ *ut s. l.* θ: quanta Π*N*

tra atrociora esse quam dicta mea? Et me ea quae fecistis
pati aequum censetis: uos ne dici quidem omnia aequo
animo fertis? Sed ne ea quidem ipsa ultra exprobrabun-
tur. Vtinam tam facile uos obliuiscamini eorum quam 6
ego obliuiscar! Itaque quod ad uniuersos uos attinet, si 7
erroris paenitet, satis superque poenarum habeo: Albius
Calenus et Atrius Vmber et ceteri nefariae seditionis aucto-
res sanguine luent quod admiserunt. Vobis supplicii eorum 8
spectaculum non modo non acerbum sed laetum etiam, si
sana mens rediit, debet esse; de nullis enim quam de uobis
infestius aut inimicius consuluerunt.'

Vix finem dicendi fecerat cum ex praeparato simul omnium 9
rerum terror oculis auribusque est offusus. Exercitus, qui 10
corona contionem circumdederat, gladiis ad scuta concre-
puit; praeconis audita uox citantis nomina damnatorum in
consilio; nudi in medium protrahebantur et simul omnis ap- 11
paratus supplicii expromebatur. Deligati ad palum uirgisque
caesi et securi percussi, adeo torpentibus metu qui aderant
ut non modo ferocior uox aduersus atrocitatem poenae sed
ne gemitus quidem exaudiretur. Tracti inde de medio 12
omnes, purgatoque loco citati milites nominatim apud tri-
bunos militum in uerba P. Scipionis iurarunt stipendiumque
ad nomen singulis persolutum est. Hunc finem exitumque
seditio militum coepta apud Sucronem habuit.

5 me ea quae fecistis pati aequum censetis *Sp?*A^7*θald.Frob.*2 (*sed om.* ea *θald.*): me ea (mea *RMBD*) quae fecistis Π(*A?*), *xviii fere litteris omissis, cf.* 26. 51. 8 *adn.*: ea omnia quidem quae fecistis *N*, *pro quo* mee quam scitis patientie cum censetis *add. in marg.* N^4 fertis Π*N*: feretis A^7N^4*θald.Frob.*1.2: ferretis *ed. Par.* 1573 8 infestius CM^1AN*θ*: infestitis π inimicius *ald.Frob.* 1.2: inicius (*uel* -iti-) π, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: iniquius *CAN*, *fort. recte*, *cf. Cic. Verr. II.* 5. 144: immitius *θ* 9 rerum Π*NSp?Frob.*2: *om. θald.* 10 consilio π*N*: concilio *Aθ*, *cf.* 27. 35. 4 *adn.* 12 omnes Π*Nθ*: exanimes *Alan*, *sed cum Polybius* (11. 30. 3) *addat* αἰκισθέντες, *conicit Johnson post lineam* tracti . . . medio *alteram lineam e.g.* ⟨trunci et inanimi⟩ *uel sim. ante uocem* omnes *excidisse* (*cf.* 26. 6. 16 *adn.*) *Quam arte Liuius Polybium hic sequatur ex capite toto* (11. 30) *apparet* est Π*N.ald.*: *om. θFrob.*2

30 Per idem tempus ad Baetim fluuium Hanno praefectus
Magonis missus a Gadibus cum parua manu Afrorum,
mercede Hispanos sollicitando ad quattuor milia iuuenum
2 armauit. Castris deinde exutus ab L. Marcio, maxima parte
militum inter tumultum captorum castrorum, quibusdam
etiam in fuga amissis, palatos persequente equite, cum paucis
ipse effugit.
3 Dum haec ad Baetim fluuium geruntur, Laelius interim
freto in Oceanum euectus ad Carteiam classe accessit. Vrbs
ea in ora Oceani sita est, ubi primum e faucibus angustis
4 panditur mare. Gades sine certamine per proditionem reci-
piendi, ultro qui eam rem pollicerentur in castra Romana
uenientibus, spes, sicut ante dictum est, fuerat. Sed patefacta
immatura proditio est, comprensosque omnes Mago Adher-
5 bali praetori Carthaginem deuehendos tradit. Adherbal
coniuratis in quinqueremem impositis praemissaque ea, quia
tardior quam triremis erat, ipse cum octo triremibus modico
6 interuallo sequitur. Iam fretum intrabat quinqueremis
cum Laelius et ipse in quinqueremi ex portu Carteiae
sequentibus septem triremibus euectus in Adherbalem ac
triremes inuehitur, quinqueremem satis credens deprensam
rapido in freto in aduersum aestum reciprocari non posse.
7 Poenus in re subita parumper incertus trepidauit utrum

30 1 Magonis ΠN : a magone A^{6}θ*ald.Frob.*1.2 sollicitando θ *ald.* : sollicitandos Π*N* quattuor milia (*uel* ∞ ∞ ∞ ∞) *PCA*^{v}*?*θ : $\overline{\text{XL}}$ *M* : $\overline{\text{XXXX}}$ *RB* : XL (*uel plene*) *DAN* 2 captorum Π*N.ald. Frob.*1.2 : *om.* θ effugit Π*N* : fugit θ 3 Carteiam] *u.* § 6 4 per proditionem *Sigonius* : per ditionem *Sp* : per deditionem Π*N*θ*ald.* : proditione *Frob.*2 Sed N^{4}θ*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* comprensosque (*uel* conp-) π, *cf.* 26. 27. 7 *adn.* : comprehensosque *AN*θ 5 triremis Π*N*θ : triremes *olim Madv.* (1863) 6 ex A^{v}?θ : e *Frob.*2 : *om.* Π*N.ald.* Carteiae *C* : carpeiae (-ie *AN*) π*N* : carcheie θ : caritie N^{2} *uel* N^{1} (*qui in* § 3 cartiiam *praebet*). *Recte* cartei- *praebent* Π*N in* § 3 *et in c.* 31. 1 (carchei- θ *utrobique*) ac triremes N^{4}θ*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* (*u. adn. sq.*) quinqueremem $C^{2}A^{v}?N^{2}$θ : quinqueremes Π*N*, *cf.* 27. 17. 1 *adn.* deprensam πA^{x}*N* (-prehens- *A*θ), *cf.* § 4 (*et* 26. 27. 7 *adn.*) 7 trepidauit Π*N.ald.Frob.*1.2 : trepidabat θ

quinqueremem sequeretur an in hostes rostra conuerteret.
Ipsa cunctatio facultatem detractandae pugnae ademit; iam 8
enim sub ictu teli erant et undique instabant hostes. Aestus
quoque arbitrium moderandi naues ademerat; neque erat
nauali pugna similis, quippe ubi nihil uoluntarium, nihil artis
aut consilii esset. Vna natura freti aestusque totius certaminis 9
potens suis, alienis nauibus nequiquam remigio in contra-
rium tendentes inuehebat; et fugientem nauem uideres, uer-
tice retro intortam uictoribus inlatam, et sequentem, si in
contrarium tractum incidisset maris, fugientis modo sese
auertentem. Iam in ipsa pugna haec cum infesta rostro pete- 10
ret hostium nauem, obliqua ipsa ictum alterius rostri accipie-
bat: illa cum transuersa obiceretur hosti, repente intorta in
proram circumagebatur. Cum inter triremes fortuna regente 11
anceps proelium misceretur, quinqueremis Romana seu pon-
dere tenacior seu pluribus remorum ordinibus scindentibus
uertices cum facilius regeretur, duas triremes suppressit,
unius, praelata impetu, lateris alterius remos detersit; cete- 12
rasque quas indepta esset mulcasset, ni cum reliquis quinque
nauibus Adherbal uelis in Africam transmisisset.

Laelius uictor Carteiam reuectus. Auditis quae acta Ga- 31
dibus erant—patefactam proditionem coniuratosque missos

7 in (hostes) B^2N^4*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* 8 detract- *AN Frob.*2 (-trect- π*θald.*), *cf.* 27. 2. 5 *adn.* ademit A^v?N^4 *ut s. l. θ*: adiecit Π*N* teli $P^2CM^1B^1AN$*θ*: teh *P*: telib *RD* (*hic* te libant): teli h *MB* Aestus C^2M^1AN*θ*: aestum π (*cf.* 27. 40. 7 *adn.*): actum P^2 *ut uid.* pugna (similis) *Frob.*1.2: pugnae Π*Nθald.* 9 Vna natura *θald.*: unatura *P*, *cf* 27. 1. 11 *adn.*: ut natura Π^2N potens *CRMBDANθ*: pontens *P* et (fugientem) Π*NJ*: ut A^7N^4*K.ald.Frob.*1.2 nauem Π*Nθald.*: *om. Frob.*2 intortam $C^2A^xN^4$*θ*: in portam (-tum M^1) π: inpositum *AN* (imp-), *qui tamen* retro *ante* uertice *praebent, nec mutat hunc ordinem* N^4 uictoribus Π*N lac. Gron.*: uictricibus N^4 *ut s. l. θ Edd. ad Gron.* auertentem *θEdd.*: aduertentem Π*N* 10 infesta Π*N*: infesto *θald.Frob.*1.2, *fort. recte* obliqua π^1N: obliquam *P*, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* repente *Cθ*: repeente N^2: repetenti π*N* circumagebatur A^7*θald.*: cir π*N* (*i.e.* circum inter): circa *A*: circa aiebatur N^2 (*non* N^4)

31 1 Carteiam] *u. c.* 30. 6 *adn.* reuectus. Auditis] *sic interpunximus. De ellipsi* (‘*a Laelio*’) *post* auditis *cf.* 21. 63. 15 (*ubi subauditur* ‘*a Flaminio*’)

2 Carthaginem, spem ad inritum redactam qua uenissent—nun-
tiis ad L. Marcium missis nisi si terere frustra tempus sedendo
ad Gades uellent redeundum ad imperatorem esse, adsen-
tiente Marcio paucos post dies ambo Carthaginem rediere.
3 Ad quorum discessum non respirauit modo Mago cum terra
marique ancipiti metu urgeretur, sed etiam audita rebellione
Ilergetum spem reciperandae Hispaniae nanctus nuntios
4 Carthaginem ad senatum mittit qui simul seditionem ciui-
lem in castris Romanis simul defectionem sociorum in maius
uerbis extollentes hortentur ut auxilia mitterent quibus
traditum a patribus imperium Hispaniae repeti posset.

5 Mandonius et Indibilis in fines regressi paulisper dum
quidnam de seditione statueretur scirent suspensi quieuerunt,
si ciuium errori ignosceretur non diffidentes sibi quoque ig-
6 nosci posse. Postquam uolgata est atrocitas supplicii suam
quoque noxam pari poena aestimatam rati, uocatis rursus ad
7 arma popularibus contractisque quae ante habuerant auxiliis,
in Sedetanum agrum, ubi principio defectionis statiua habue-
rant, cum uiginti milibus peditum duobus milibus equitum
et quingentis transcenderunt.

32 Scipio cum fide soluendi pariter omnibus noxiis innoxiis-
que stipendii tum uoltu ac sermone in omnes placato facile

1 spem ad inritum (*uel* irr-) redactam Π*N.ald.* : spem innum redacta *Sp* : spe in irritum redacta N^{x}(?N^{4})*θFrob.*2 2 nisi si Π*N* (*cf.* 26. 3. 3) : nisi N^{4}*J.ald.Frob.*1.2 : ne *K* 3 reciperandae] *u.* 29. 30. 7 *adn.* nanctus π*N*, *cf.* 27. 28. 2 *adn.* : nactus *CD*$A^{7}N^{4}$*θ* mittit] *hic* Π*N.ald.* : *ante* ad *θFrob.*2, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* 4 hortentur Π*N*, *cf.* 27. 17. 14 *adn. et Liui libri II ed. Cantab. App. II*, § 3 *B* (3) : hortarentur M^{4}?*θ* (*et sic uoluit* N^{4} -ta- *post* hor- *inserens*) *ald. Frob.*1.2 5 quieuerunt P^{4}?*CANθ* : quieueuerunt *P* (*cf.* 27. 44. 1 *adn.*) : qui euenerunt *RMBD* (euue- *D*) non N^{1}*θald.* : ne Π*N* (*u. sq.*) posse $P^{x}C^{x}$*ANθald.* : posset π, *cf.* 29. 2. 2 6 pari ΠN^{4}*θald.Frob.*1.2 : *del.* P^{2} : *om.* *N* 7 quae ante π$R^{2}N$ *Sp?θFrob.*2 : quante P^{3} *uel* $P^{4}R$: etiam quae ante *ald.* Sedetanum N^{4}*θ* (*ut in c.* 24. 4 *P*) : setanum Π*N* peditum duobus milibus $A^{7}N^{4}$*θEdd.* : *om.* Π*N* (*cf.* 26. 51. 8 *adn.*) transcenderunt *CMBDA*N^{4}(trasc- *N*)*θ* (transt- *PR*)

32 1 fide *Sp ut uid. θald.* : fidei Π*N* : fide sui N^{2}? (*quid uoluerit incertum*) soluendi . . . stipendii tum *Sp?Frob.*2 *et* (*sine* tum) A^{v}? *θ* : soluendi . . . stipendi (estip- *P*) tu|um P^{1} : soluendi (-de *CA*) . . . stipendium $Π^{2}N$: soluendi . . . stipendii tum- N^{2} (*sed* tumultu *pro* tum uoltu) : soluendis . . . stipendiis *ald.* : soluendo . . . stipendio tum *Gron.*

reconciliatis militum animis, priusquam castra ab Cartha- 2
gine moueret contione aduocata multis uerbis in perfidiam
rebellantium regulorum inuectus, nequaquam eodem animo 3
se ire professus est ad uindicandum id scelus quo ciuilem
errorem nuper sanauerit. tum se haud secus quam uiscera 4
secantem sua cum gemitu et lacrimis triginta hominum
capitibus expiasse octo milium seu imprudentiam seu noxam:
nunc laeto et erecto animo ad caedem Ilergetum ire. non 5
enim eos neque natos in eadem terra nec ulla secum socie-
tate iunctos esse; eam quae sola fuerit fidei atque amicitiae
ipsos per scelus rupisse. in exercitu suo se, praeterquam 6
quod omnes ciues aut socios Latinique nominis uideat, etiam
eo moueri quod nemo fere sit miles qui non aut a patruo
suo Cn. Scipione, qui primus Romani nominis in eam pro-
uinciam uenerit, aut a patre consule aut a se sit ex Italia
aduectus. Scipionum nomini auspiciisque omnes adsuetos, 7
quos secum in patriam ad meritum triumphum deducere
uelit, quos consulatum petenti uelut si omnium communis
agatur honos adfuturos speret.

Quod ad expeditionem attineat quae instet, immemorem 8
esse rerum suarum gestarum qui id bellum ducat. Magonis
hercule sibi qui extra orbem terrarum in circumfusam Oceano
insulam cum paucis perfugerit nauibus maiorem curam esse

3 nequaquam C^4*ANθEdd.* : nequam π 5 fuerit πN^4*θFrob.2*, *cf.* § 3 sanauerit *et* 27. 17. 14 *adn.* : fuerat *AN.ald.* fidei atque amicitiae Π*N*: fidem atque amicitiam N^4*θald.Frob* 1.2 6 non A^7 *uel* A^x*Aldus* : non ex Italia Π(*om.* ex *C*)*Nθ*. *Cf. de uocibus praesumptis c.* 37. 1 *et* 29. 5. 6 *adnn.* a (patruo) $C^1M^1N^4θ$: *om.* Π*N* a se Π*NAldus* : a se ipso *Edd. ante Ald.* : ipso *θ*
7 auspiciisque *AN.ald.Frob.*1.2 : auspiciis π*Spθ*, *uix recte* (*cf. de* -que *deperdito* 26. 11. 12 *adn.* (*c*)) 8 *post* expeditionem *add.* eam *Sp?* N^3*θFrob.2 et sic malit Johnson* : *ignorant* Π*N* attineat quae (*uel* -que) πN^4 *ut s. l.* *θald.Frob.*1.2 : attinet atque *AN* instet immemorem N^4(*qui* instatum *tamen ut s. l. reliquit*)*θ* : institim memorem *P* : instatum memorem $Π^2N$: hispanie statum immemorem A^5*?* qui id π*NθFrob.2* (qui bellum id *ald.*) : qui ad *C* : quā ad C^3 : quid *D* N^4 circumfusam (-flusam *P*) . . . insulam (-la *D*) cum $Π^2N$ *ald.Frob.*1.2 : circumfusa . . . insula quo *θ* (*et add. ut s. l.* quo *pro* cum *etiam* N^4)

9 quam Ilergetum; quippe illic et ducem Carthaginiensem et
quantumcumque Punicum praesidium esse, hic latrones
latronumque duces, quibus ut ad populandos finitimorum
agros tectaque urenda et rapienda pecora aliqua uis sit, ita
in acie ac signis conlatis nullam esse; magis uelocitate ad
10 fugam quam armis fretos pugnaturos esse. itaque non quod
ullum inde periculum aut semen maioris belli uideat, ideo se
priusquam prouincia decedat opprimendos Ilergetes duxisse,
11 sed primum ne impunita tam scelerata defectio esset, deinde
ne quis in prouincia simul uirtute tanta et felicitate perdo-
12 mita relictus hostis dici posset. proinde dis bene iuuanti-
bus sequerentur, non tam ad bellum gerendum—neque enim
cum pari hoste certamen esse—quam ad expetendas ab
hominibus scelestis poenas.

33 Ab hac oratione dimissos ad iter se comparare in diem
posterum iubet profectusque decimis castris peruenit ad Hi-
berum flumen. Inde superato amni die quarto in conspectu
2 hostium posuit castra. Campus ante montibus circa saeptus
erat. In eam uallem Scipio cum pecora rapta pleraque ex
ipsorum hostium agris propelli ad inritandam feritatem bar-
3 barorum iussisset, uelites subsidio misit, a quibus ubi per
procursationem commissa pugna esset Laelium cum equitatu
4 impetum ex occulto facere iubet. Mons opportune promi-
nens equitum insidias texit nec ulla mora pugnae facta est.
Hispani in conspecta procul pecora, uelites in Hispanos
5 praeda occupatos incurrere. Primo missilibus territauere;
deinde missis leuibus telis, quae inritare magis quam de-

9 duces θ*ald.Frob.*1.2: duces esse Π*N*, *cf. fort. c.* 18. 7 *et* 27. 26. 10 *adnn.* ut $A^8N^4\theta$*Edd.*: *om.* Π*N* 11 simul Π*N*∂*Edd.*] *fort.* et *post* simul *excidit* posset Π*NK.ald.Frob.*1.2: possit *J* 12 dis, *cf. c.* 28. 11 *adn.*: deis π*N*: de his *D*: diis θ tam $N^4\theta$ *Edd.*: iam Π*N* expetendas Π*N*θ: expectandas N^5 (*certe non* N^4)

33 1 decimis $A^7N^4\theta$: decumis π*N* (*ut* Π *in* 27. 32. 11): decimus *D* amni πθ: amne *AN*: anni *D* 2 ipsorum $N^4\theta$*ald.Frob.* 1.2: *om.* Π*N* feritatem Π*NSp?*θ*Frob.*2: ferocitatem *ald.* 4 texit $CA^7?N^1\theta$*Edd.*: nexit *PRM*: nec sit *BD*: nec texit sit *AN* 5 missis $SpA^7N^2\theta$*Frob.*2: emissis Π*N.ald.* leuibus $A^7 N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: legibus πN^2: legionibus CM^1B^2N: *om. Sp?* telis SpA^7N^2 *uel* $N^4\theta$*Edd.*: uelis π*N*: uel *D*: uerlis ?P^4

cernere pugnam poterant, gladios nudant et conlato pede res coepta geri est; ancepsque pedestre certamen erat ni equites superuenissent. Neque ex aduerso tantum inlati 6
obuios obtriuere, sed circumuecti etiam quidam per infima cliui ab tergo se ut plerosque intercluderent obiecerunt, maiorque caedes fuit quam quantam edere leuia per excursiones proelia solent.

Ira magis accensa aduerso proelio barbaris est quam 7
imminuti animi. Itaque ne perculsi uiderentur prima luce postero die in aciem processere. Non capiebat omnes 8
copias angusta, sicut ante dictum est, ualles; duae ferme peditum partes omnis equitatus in aciem descendit: quod reliquum peditum erat obliquo constituerunt colle. Scipio 9
pro se esse loci angustias ratus et quod in arto pugna Romano aptior quam Hispano militi futura uidebatur et quod in eum locum detracta hostium acies esset qui non omnem multitudinem eorum caperet, nouo etiam consilio adiecit animum; equitem nec se posse circumdare cornibus 10
in tam angusto spatio, et hosti, quem cum pedite deduxisset inutilem fore. Itaque imperat Laelio ut per colles quam 11
occultissimo itinere circumducat equites segregetque quantum possit equestrem a pedestri pugnam: ipse omnia signa 12

5 *post* conlato *om.* pede . . . ancepsque *ob* *ὁμ.* ΠN (*fort. ii lineas*): *supplent* $A^{7}N^{4}$ (*sed iam* pede *ex* pedestre *emendauerat* N^{2}: *add.* N^{4} res . . . pedestre) *θald.Frob.*1.2 (*sed* anceps *ald.*: ancepsque *Frob.*2), *cf.* 26. 51. 8 *adn.* ni $P^{1}C\theta$*Frob.*2: nisi Π*N.ald.* 6 infima cliui $A^{6}N^{4}\theta$: infime (*uel* -mae) leui π: infima et leuia *AN* obiecerunt πM^{1}(-cer *M*)*N.ald.*: obiecere θ(obic- *J*)*Frob.*2 7 perculsi *Sp?*A^{7}*?θFrob.*2: pulsi Π*N.ald.*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* 8 ualles π: uallis $C^{3}M^{1}AN\theta$. *De Nom. forma u. sis Liui lib. II ed. Cantab. ad c.* 21. 2 omnis Π*N*: et omnis $A^{x}\theta$ *Edd. ante Gron.*, *sed de Asyndeto cf. c.* 40. 2 *adn.* constituerunt Π*N*(*sc.* '*barbari*')*ald.*: constiterunt M^{3}*Sp?θFrob.*2, *cf. cc.* 15. 10 *et* 39. 4 9 detracta $C^{4}M^{1}$ *uel* $M^{2}AN\theta$: detrectata π 10 equitem *Sp ut uid.* $N^{2}\theta$ *Edd.*: equidem (*uel* aeq-) Π*N* nec se posse *Sp?*N^{4}*Frob.*2: esse posse Π*N*: nec posse A^{7}*θald.* deduxisset *P*(-iset)*CθFrob.*2: eduxisset *RMBDAN.ald.* 11 possit *ANθald.Frob.*1.2: posset π a $P^{x}CB^{1}AN\theta$: ad π, *cf.* § 13 *et* 27. 25. 12 *adn.*: ab *Alschefski* (*fort. uix recte, nam cf. e.g.* seruus a pedibus) pugnam π*N*: pugna $CM^{3}A^{x}$*θald.Frob.*1.2, *cf. c.* 39. 6 *adn.*

peditum in hostes uertit; quattuor cohortes in fronte statuit
13 quia latius pandere aciem non poterat. Moram pugnandi nullam fecit ut ipso certamine auerteret ab conspectu transeuntium per colles equitum; neque ante circumductos sensere quam tumultum equestris pugnae ab tergo accepere.
14 Ita duo diuersa proelia erant; duae peditum acies, duo equitatus per longitudinem campi, quia misceri ex genere utroque proelium angustiae non patiebantur, pugnabant.
15 Hispanorum cum neque pedes equiti neque eques pediti auxilio esset, pedes fiducia equitis temere commissus campo caederetur, eques circumuentus nec peditem a fronte—iam enim stratae pedestres copiae erant—nec ab tergo equitem sustineret, et ipsi cum diu in orbem sese stantibus equis defendissent ad unum omnes caesi sunt, nec quisquam peditum equitumue superfuit qui in ualle pugnauerunt.
16 Tertia pars, quae in colle ad spectaculum magis tutum quam ad partem pugnae capessendam steterat, et locum et
17 tempus ad fugiendum habuit. Inter eos et reguli ipsi fugerunt priusquam tota circumueniretur acies inter tumultum elapsi.

34 Castra eodem die Hispanorum, praeter ceteram praedam,
2 cum tribus ferme milibus hominum capiuntur. Romani

12 in (hostes) Π*N.ald.Frob.*1.2 : ad θ 13 ab (conspectu) *Gron.*, *cf.* 30. 9. 11 *adn.*: a $CD^x A^x N^2$ *uel* $N^4\theta$: ad πN (conspectum *AN*), *cf.* § 11 *adn.* equitum (aeq- *D*) Π$N\theta$ (-tatum N^2) neque ante Π *N.ald.* : nec ante θ*Frob.2* sensere $P^4N^2\theta$*ald.Frob.*1.2 : censere *P* : cernere $\Pi^2 N$ accepere $PCN^2\theta$: acciperet (accep- *R*) R^2M *BDAN* 14 diuersa $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2, *hic proprie, nam* per long. campi (*i.e. per ima uallis*) *pedites equitesque Hispani in diuersa pugnabant* : *om.* Π*N* 15 pedes $P^x\theta$*ald.Frob.*1.2 : pedites Π*N* neque eques P^2CM^2 *uel* M^7A^6 (*qui* acies *post* Hispanorum *add.*) N^4*ald.* : nec eques *Frob.2* : neque acies *RMBDAN* : neques *P*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* 16 capessendam C^2AN *Edd.* : cap-(comp-*J*)escendam θ : capessendae π (*sed* -da est et erat *RMBD* : -dae steterat M^2) 17 reguli $CM^3B^2AN\theta$: reculi (ret- *D*) π fugerunt $\pi N\theta$ (-gierunt *K*) : fuerunt *F. Leo*, *frustra*
34 1 ceteram *Sp?*θ : am *P* : reliquam Π^2*N.ald.* (*sed scripserat* reliqua *supra* am P^2, a- *Puteani non deleto*)

sociique ad mille et ducenti in eo proelio ceciderunt;
uolnerata amplius tria milia hominum. Minus cruenta
uictoria fuisset si patentiore campo et ad fugam capessen-
dam facili foret pugnatum.

Indibilis abiectis belli consiliis nihil tutius in adflictis 3
rebus experta fide et clementia Scipionis ratus, Mandonium
fratrem ad eum mittit; qui aduolutus genibus fatalem 4
rabiem temporis eius accusat cum uelut contagione quadam
pestifera non Ilergetes modo et Lacetani sed castra quoque
Romana insanierint. suam quidem et fratris et reliquorum 5
popularium eam condicionem esse ut aut, si ita uideatur,
reddant spiritum P. Scipioni ab eodem illo acceptum, aut
seruati bis uni debitam uitam pro eo in perpetuum de-
uoueant. antea in causa sua fiduciam sibi fuisse nondum 6
experta clementia eius: nunc contra nullam in causa,
omnem in misericordia uictoris spem positam habere.
Mos uetustus erat Romanis, cum quo nec foedere nec 7
aequis legibus iungeretur amicitia, non prius imperio in eum
tamquam pacatum uti quam omnia diuina humanaque
dedidisset, obsides accepti, arma adempta, praesidia urbibus
imposita forent. Scipio multis inuectus in praesentem 8
Mandonium absentemque Indibilem uerbis, illos quidem

2 et ducenti in *scripsimus ut monuerat Walters*: ducenti in *C*: ducentii π (*R? et* R^2 *in ras.*): ducenti $P^x M^1$ *uel* $M^4 AN$: et ducentos θ, *sed de Nominatiuo cf.* 22. 41. 2 *adn. et e.g.* 26. 10. 5; 27. 12. 16; 28. 36. 13; 29. 21. 12; 29. 36. 5 tria milia (*uel* ∞ ∞ ∞) $PCA^x\theta$: xxx *RMBDAN* 2 facili θ*ald.*: facile Π*N* pugnatum $A^7N^4\theta$: purgatum Π(*A?*)*N* 3 in Π^1 *uel* Π^2N *ald.*: *om.* *PSp*θ*Frob.*2, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* 4 aduolutus C^2M^3A *N*θ: aduolutum π, *cf.* 27. 40. 7 *adn.* quoque Π*N.ald.Frob.*1.2: *om. Sp?*θ 5 eodem $\pi A^5?\theta$: *om. AN* bis uni $A^5?N^4\theta$*ald. Frob.*1.2: bus uni (*sed* seruatibus) *Sp*: bisunt (*ut uid.*) *P*: *om.* Π^2N debitam uitam Π*N.ald.Frob.*1.2: deuitam *Sp*: debitam *J*: debitum *K Rhen.* 6 positam Π*N.ald.*: repositam $Sp?N^4\theta$ *Frob.*2 7 foedere $P^4A\theta$*ald.Frob.*1.2: toedere π*N*: fededere N^5 (*sed* federe *uoluit*) iungeretur Π*NSp*θ (-rentur *Vat ald.*) dedidisset *ald.Frob.*1.2: dedisset Π*N*θ

merito perisse ipsorum maleficio ait, uicturos suo atque
9 populi Romani beneficio. ceterum se neque arma iis ademp-
turum ⟨neque obsides imperaturum⟩—quippe ea pignera
timentium rebellionem esse: se libera arma relinquere,
solutos animos—neque [se] in obsides innoxios sed in ipsos,
10 si defecerint, saeuiturum, nec ab inermi sed ab armato hoste
poenas expetiturum. utramque fortunam expertis permittere
sese utrum propitios an iratos habere Romanos mallent.
11 Ita dimissus Mandonius pecunia tantummodo imperata ex
12 qua stipendium militi praestari posset. Ipse Marcio in
ulteriorem Hispaniam praemisso, Silano Tarraconem remisso
paucos moratus dies dum imperatam pecuniam Ilergetes
pernumerarent, cum expeditis Marcium iam adpropinquan-
tem Oceano adsequitur.

35 Incohata res iam ante de Masinissa aliis atque aliis de
causis dilata erat, quod Numida cum ipso utique congredi

8 ipsorum $\pi B^2 N\theta$: suo ipsorum *Duker, non necess.* *om.* *C* ait . . . beneficio : *om.* *B* ipsorum . . . beneficio : *supplet* B^2 suo atque (ac *K*) $A^7N^4\theta$*Edd.* : suumque πB^2 : suomque P^2*?* ('suoque P^4' *teste Luchsio*) : suoque *A?N* 9 *post* ceterum *om.* Π*N* se . . . adempturum, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* : *supplent* $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 neque obsides imperaturum *Weissenb., xxiii litt. supplens, cf.* 26. 6. 16 *adn.* : *om.* Π$N\theta$*Edd. uet.* pignera Π*NK* (-nora *J*), *u.* 2. 1. 5 *adn.* se (sed *K*) libera *Sp?*$A^7N^4\theta$*Frob.*2 : tiberim Π*N* (*de* se *u. infra*) : libet C^3 : se libere *ald.* solutos animos $A^7N^4\theta$: solutus (*cf.* 30. 36. 8) enimos (enim hos *A?N*) Π*N* : solutos enim omnes animos A^5*?* : solutos C^2 : solutosque metu animos *ald.Frob.*1.2 neque se Π$N\theta$: se *seclusimus, ut ex praec. clausula in marg. delapsum tum loco non suo restitutum* (*cf.* 27. 2. 6 *adn.*). *Cf. etiam* (*de* se) 27. 38. 5 *adn.* 10 ab inermi $A^6N^4\theta$: inermis π : inermi *AN* ab (armato) $\Pi^2 N\theta$: *om.* *P* expetiturum. utramque fortunam expertis $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : expertis π, *cf.* § 12 : expeti *AN* mallent Π$N\theta$: malint *C. F. W. Müller, quod et ipse praetulissem* (*cf.* 27. 17. 14 *adn.*), *nisi licuisset interpretari 'experti utrumque, utrum maletis?'* 11 stipendium $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : praesidium Π*N* : residuum *Gron. dubitanter, sed corruptela orta est a* prae- (*ex uoce* praestari) *praesumpto, cf.* 29. 5. 6 *adn.* 12 Silano Tarraconem remisso A^6*?*$N^4\theta$ (*uariante orthogr.*) : *om.* Π*N*, *cf.* §§ 9 *et* 10 *et* 26. 51. 8 *adnn.*

35 1 Incohata *PRJ*, *cf. e.g.* 2. 48. 1 *et* 30. 16. 1 *et Mon. Anc.* § 20 : incoata *C* : inchoata C^2R^2*MBDANK* (*ut* π *in* 29. 23. 3)

Scipione uolebat atque eius dextra fidem sancire; ea tum
itineris tam longi ac tam deuii causa Scipioni fuit. Masinissa 2
cum Gadibus esset, certior aduentare eum a Marcio factus,
causando corrumpi equos inclusos in insula penuriamque
omnium rerum et facere ceteris et ipsos sentire, ad hoc
equitem marcescere desidia, ⟨Magonem⟩ perpulit ut se 3
traicere in continentem ad depopulandos proximos Hispaniae
agros pateretur. Transgressus tres principes Numidarum 4
praemittit ad tempus locumque conloquio statuendum.
Duos pro obsidibus retineri ab Scipione iubet: remisso
tertio qui quo iussus erat adduceret Masinissam, cum
paucis in conloquium uenerunt. Ceperat iam ante Numi- 5
dam ex fama rerum gestarum admiratio uiri, substituerat-
que animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam;
ceterum maior praesentis ueneratio cepit, et praeterquam 6
quod suapte natura multa maiestas inerat, adornabat pro-
missa caesaries habitusque corporis non cultus munditiis
sed uirilis uere ac militaris, et aetas erat in medio uirium
robore, quod plenius nitidiusque ex morbo uelut renouatus 7
flos iuuentae faciebat.

Prope attonitus ipso congressu Numida gratias de fratris 8
filio remisso agit. Ex eo tempore adfirmat eam se quaesisse

1 eius π*Sp*θ*Frob.*2: eiusdem *AN.ald.* ac tam *Med.* 3 *ald. Frob.*1.2: ac (ae *P*) tan-(tam *B*)tum $\Pi^1 N$: ac θ 2 inclusos in insula (-am *B*: -a B^2) πθ*Frob.*2: in insula inclusos *AN.ald.*, *cf.* § 11 *et* 29. 3. 10 *adnn.* marcescere C^1 *uel* $C^2 RMDAN\theta$ (-essere *PCB*) Magonem *add. ed. Mog.* 1518: *ignorant* Π*N*θ: *ipse* Poenorum praefectum *malim, sc. lineam omissam* (*cf.* 26. 6. 16 *adn.*)
3 proximos θ*ald Frob.*1.2: proanimos *P* (*cf.* 26. 37. 3 *adn.*): primos Π^2: primos primos *N*: xx primos N^4 *ut s. l.* pateretur π*N Edd.* (-rentur *C*θ) 4 tres $C^4 A^7 N^4 \theta$ *Edd.*: tris $P^4 M^7$ $\overline{\text{pr}}$is Π (*A*)?*N* Duos Π*NK*: quos *J* remisso $P^4 C^x M^3 (M^7?) AN^2$ (-ssos π, *cf.* 26. 40. 14 *adn.*: -ssus θ (*sed* tertius): -ssio *N*)
quo A^7 *uel* $A^8 N^4 \theta$: cum π*A?N*, *cf. c.* 32. 8 *adn.*: ut cum *M*
iussus $C^3 A^7 N^4 \theta$: iussu π*N*: iussum *M* adduceret $CM^3 (M^7?) B DAN\theta$ (-rat *M*): addueret *PR* 6 militaris ΠN^4(-ri *N*)θ
et aetas erat $N^4 \theta$ *ald.Frob.*1.2: ei aetas *PC*: ei aestas *RMB*: rei etas *AN* 7 flos Π*N*θ*ald.Frob.*1.2: *om. Sp*, *cf.* 27. 39. 12 *adn.*

occasionem quam tandem oblatam deum immortalium
9 beneficio non omiserit. cupere se illi populoque Romano
operam nauare ita ut nemo unus externus magis enixe
10 adiuuerit rem Romanam. id se, etiamsi iam pridem uellet,
minus praestare in Hispania terra aliena atque ignota
potuisse; in qua autem genitus educatusque in spem
11 paterni regni esset, facile praestaturum. si quidem eundem
Scipionem ducem in Africam Romani mittant, satis sperare
12 perbreuis aeui Carthaginem esse. Laetus eum Scipio uidit
audiuitque cum caput rerum in omni hostium equitatu Masinissam fuisse sciret, et ipse iuuenis specimen animi prae se
ferret. Fide data acceptaque profectus retro Tarraconem
13 est. Masinissa permissu Romanorum ne sine causa traiecisse
in continentem uideretur populatus proximos agros, Gades
rediit.

36 Magoni desperatis in Hispania rebus, in quarum spem
seditio primum militaris, deinde defectio Indibilis animos
eius sustulerant, paranti traicere in Africam nuntiatum ab
Carthagine est iubere senatum ut classem quam Gadibus
2 haberet in Italiam traiceret; conducta ibi Gallorum ac
Ligurum quanta maxima posset iuuentute coniungeret se
Hannibali neu senescere bellum maximo impetu maiore
3 fortuna coeptum sineret. Ad eam rem et a Carthagine
pecunia Magoni aduecta est, et ipse quantam potuit a

8 quam Π*N Edd.*: *om.* θ   10 terra] *hic* θ*Frob.*2 *et* N^4 (*qui alt.* terra *non delet*): *post* ignota Π*N*   potuisse $P^4C^4M^3(M^7?)A^7N^4$ θ: posuisse Π*N*   genitus $P^4C^4M^7A\theta$ *et sic uoluit* N^4 (geninitus *praebens*): generisnitus *N*: generis π   11 mittant *hic* π(-unt *D*)θ: *ante* Romani *AN.ald.Frob.*1.2, *cf.* § 2   13 continentem $C^2M^3(M^7?)A^7N^2(N^3?)\theta$: contionemtem *PCR*: contionantem R^2M (-natem *BDAN*)   uideretur $C^2M^1AN\theta$: uiuidetur *P*: uidetur π^2

36 1 spem $\Pi^2N\theta$: spom *P*   iubere C^2M^2 *uel* $M^1B^2A^7N^2\theta$: iure *P*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: iuuere π^2 *uel* π^1N: uiuere *D*   2 se A^7 *uel* $A^6\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*   neu θ*ald.Frob.*1.2: neo *P*: ne Π^2N

Gaditanis exegit, non aerario modo eorum sed etiam templis
spoliatis et priuatim omnibus coactis aurum argentumque
in publicum conferre.

Cum praeteruеheretur Hispaniae oram, haud procul 4
Carthagine Noua expositis in terram militibus proximos
depopulatur agros; inde ad urbem classem adpulit. Ibi 5
cum interdiu milites in nauibus tenuisset, nocte in litus
expositos ad partem eam muri qua capta Carthago ab
Romanis fuerat ducit, nec praesidio satis ualido urbem
teneri ratus et aliquos oppidanorum ad spem nouandi res
aliquid moturos. Ceterum nuntii ex agris trepidi simul 6
populationem agrestiumque fugam et hostium aduentum
attulerant, et uisa interdiu classis erat, nec sine causa elec- 7
tam ante urbem stationem apparebat; itaque instructi
armatique intra portam ad stagnum ac mare uersam con-
tinebantur. Vbi effusi hostes, mixta inter milites naualis 8
turba, ad muros tumultu maiore quam ui subierunt, pate-
facta repente porta Romani cum clamore erumpunt, turba- 9
tosque hostes et ad primum incursum coniectumque telorum
auersos usque ad litus cum multa caede persequuntur; nec 10
nisi naues litori adpulsae trepidos accepissent superfuisset
fugae aut pugnae quisquam. In ipsis quoque trepidatum 11
nauibus est dum ne hostes cum suis simul inrumperent tra-
hunt scalas, orasque et ancoras ne in moliendo mora esset
praecidunt; multique adnantes nauibus, incerto prae tene- 12

3 exegit $C^{2}M^{1}$ *uel* $M^{2}B^{2}AN\theta$(exeḡ- *K*)*ald.Frob.*1.2 : exigit π, *fort. recte, cf.* 27. 5. 9 *adn., sed nondum exemplum inuenimus ubi haec duo tempora per* et . . . et *coniungantur* eorum π*N*θ : *om. M*
4 proximos $CM^{3}B^{2}AN\theta$: proximus π, *cf.* 30. 36. 8 *adn.* depopulatur π*N* (-tus *BD*θ*ald.Frob.*1.2), *cf.* 27. 5. 9 *adn.* 5 interdiu $N^{4}\theta$ *Edd.* : in diu *P* : diu $\Pi^{2}N$ ab $CM^{3}BD\theta$ (*cf. e.g.* 30. 34. 1; 30. 42. 13) : a *AN* : ob *PRM* 7 electam (-um *D*) π*SpFrob.*2 : erectam *Vat ald.* : eiectam θ : electa *AN* 8 hostes Π*N*θ *Edd.* : et hostes *Vat* turba Π*NAldus* : turma θ *Edd. ante Ald.*
9 auersos $A^{7}N^{2}(N^{3}?)K$: aduersos (-us *M*) Π*NJ* persequuntur $CM^{1}BAN$(-sec- *AN*)θ : persequentur π 11 orasque Π*N* *Edd.* : pontesque $A^{7}\theta$ ne $M^{7}(M^{3}?)A^{7}\theta$: de Π(*A?*)*N* 12 incerto $PCR^{2}M$: incertos RM^{1}(*pleniore cal., cf.* 1. 41. 4 *adn.*)*BDAN* : incerti θ

13 bris quid aut peterent aut uitarent, foede interierunt. Postero die cum classis inde retro ad Oceanum unde uenerat fugisset, ad octingenti homines caesi inter murum litusque et ad duo milia armorum inuenta.

37 Mago cum Gades repetisset, exclusus inde ad Cimbios —haud procul a Gadibus is locus abest—classe adpulsa, mittendis legatis querendoque quod portae sibi socio atque
2 amico clausae forent, purgantibus iis multitudinis concursu factum infestae ob direpta quaedam ab conscendentibus naues militibus, ad conloquium sufetes eorum, qui summus Poenis est magistratus, cum quaestore elicuit, laceratosque
3 uerberibus cruci adfigi iussit. Inde nauibus ad Pityusam insulam centum milia ferme a continenti—Poeni tum eam
4 incolebant—traiecit. Itaque classis bona cum pace accepta est, nec commeatus modo benigne praebiti sed in supplementum classis iuuentus armaque data; quorum fiducia Poenus in Baliares insulas—quinquaginta inde milia absunt —tramisit.

5 Duae sunt Baliares insulae, maior altera atque opulentior

12 uitarent $C^2N^x\theta$ *Edd.* : inuitarent (*sed* muta- *C*) Π*N* (*scil.* in- *praesumpto*) 13 octingenti (*plene*) Π*N*, *cf. c.* 34. 2 *adn.* : dccc θ : octingentos A^5*?* homines . . . inuenta] *om. D* armorum $SpN^4\theta$*Frob.*2 : armatorum π*N.ald.*

37 1 repetisset (-iset *PRMD*) πN^4 *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2 : recepisset *AN* ad θ *Edd.* : classe ad Π*N* (*sc.* classe ad-(pulsa) *praesumpto cf.* 29. 5. 6 *adn.*) Cimbios *PRA* (*ut uid.*) : cimbros π^2R^2 : umbros *D* : ambros *N* : cimbim θ*ald.Frob* 1.2. a Π*N.ald.* : *om. Sp?*θ *Frob.*2, *pari iure* forent C^2 *uel* $C^4AN^2\theta$: foret π : floret *N* 2 iis *PCRK.ald.* : his R^2MBDAN : *om. Sp?* : hiis *J* ab conscendentibus $C^2A^7N^4J$: abscondentibus Π*N* : ad conscendendum *K* sufetes (-ff- A^xK) $A^xN^4\theta$, *cf.* 30. 7. 5 (*P*) : superstes Π*N* iussit $P^4CB^2AN\theta$: tussit π : ssit *B* (*sed* adfixissit) 3 Pityusam *Sabellicus ex Plin.* 4. 56 : pitysam (pytis- *CAN* : pytys- *B* : pitiss- *D*) Π*N* : pitusam *J* : pitusque *K* continenti *?*P^4CM^7 $B^2AN^4\theta$: contenti π*N* (-tinti) : *fort.* contdenti P^4 traiecit. Itaque $A^6N^4\theta$ *Edd.* : tracititaque *P* : praecipitate π^2R^2(-cipitae *R*)*N* (-tata C^4M^7) ; *cf. c.* 8. 4 *adn.* 4 classis (iuuentus) $A^v\theta$: classi (lassi *P*) Π^1N, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* tramisit π (transm- *DANJ*), *cf.* 27. 5. 9 *adn.* : transmittit *K* 5 insulae Π*N.ald.* : *om. Sp?*θ *Frob.*2

armis uirisque; et portum habet, ubi commode hiberna-
turum se—et iam extremum autumni erat—censebat.
Ceterum haud secus quam si Romani eam insulam in- 6
colerent hostiliter classi occursum est. Fundis ut nunc
plurimum, ita tum solo eo telo utebantur, nec quisquam
alterius gentis unus tantum ea arte quantum inter omnes
alios Baliares excellunt. Itaque tanta uis lapidum creber- 7
rimae grandinis modo in propinquantem iam terrae classem
effusa est ut intrare portum non ausi auerterent in altum
naues. In minorem inde Baliarium insulam traiecerunt, 8
fertilem agro, uiris armis haud aeque ualidam. Itaque 9
egressi nauibus super portum loco munito castra locant; ac
sine certamine urbe agroque potiti, duobus milibus auxili-
arium inde conscriptis missisque Carthaginem, ad hibernan-
dum naues subduxerunt. Post Magonis ab Oceani ora 10
discessum Gaditani Romanis deduntur.

Haec in Hispania P. Scipionis ductu auspicioque gesta. 38
Ipse L. Lentulo et L. Manlio Acidino propraetoribus
prouincia tradita decem nauibus Romam rediit, et senatu 2
extra urbem dato in aede Bellonae quas res in Hispania
gessisset disseruit, quotiens signis conlatis dimicasset, quot
oppida ex hostibus ui cepisset, quas gentes in dicionem
populi Romani redegisset; aduersus quattuor se imperatores, 3

5 censebat *Sp?*$N^4\theta$*Frob.2* : credebat ΠN, *cf.* 27. 26. 1 *adn.*
6 incolerent P^4CM^1 *uel* $M^3AN\theta$: incolent π, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* quisquam $C^4M^3BA^7\theta$: quicquam πB^1N omnes alios θ *Edd. ante Ald.* : alios omnes Π*N Aldus, fort. recte sed minus clare* (*et cf. c.* 2. 15 *adn.*) : alias omnes *Gron.* 8 Baliarium] *u. c.* 46. 7 *adn.*
9 locant A^6 *uel* $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* *post* inde (*P fol.* 402 *r. b. l.* 2) *sequuntur in* Π*N uoces* externo soluta in (29. 1. 24) . . . *usque ad fin. codicum. Voces* conscriptis (*uel* -bt-) missisque . . . *usque ad* omni imperio (29. 1. 24) *transponunt post* caede (28. 22. 14)*P* (*fol.* 368 *u. b. l.* 25)*C*(*fol.* 103 *u. a.*)*R*(*fol.* 210 *r.*)*M*(*fol.* 98 *r. a.*)*B*(*fol.* 83 *u. a.*)*D*(*fol.* 184 *u. b.*)*A*(*fol.* 194 *u.*)*N*(*fol.* 124 *r.*). *Vide adn. ad c.* 22. 14
38 1 Manlio θ, *cf.* 26. 23. 1 : manilio Π*N* (mam-) propraetoribus prouincia *optime Walters ex* C^2 *uel* C^3 : pro prouincia π : prouincia $P^4MAN\theta$ *Edd.* 2 quot $C^3M^2B^1AN\theta$: quod π

quattuor uictores exercitus in Hispaniam isse; neminem
4 Carthaginiensem in iis terris reliquisse. Ob has res gestas
magis temptata est triumphi spes quam petita pertinaciter,
quia neminem ad eam diem triumphasse qui sine magis-
5 tratu res gessisset constabat. Senatu misso urbem est
ingressus, argentique prae se in aerarium tulit quattuordecim
milia pondo trecenta quadraginta duo et signati argenti
6 magnum numerum. Comitia inde creandis consulibus
habuit L. Veturius Philo, centuriaeque omnes ingenti fauore
P. Cornelium Scipionem consulem dixerunt; collega additur
7 ei P. Licinius Crassus pontifex maximus. Ceterum comitia
maiore quam ulla per id bellum celebrata frequentia prodi-
8 tum memoriae est. Conuenerant undique non suffragandi
modo sed etiam spectandi causa P. Scipionis, concurre-
bantque et domum frequentes et in Capitolium ad immo-
lantem eum cum centum bubus uotis in Hispania Ioui
9 sacrificaret; spondebantque animis, sicut C. Lutatius
superius bellum Punicum finisset, ita id quod instaret
10 P. Cornelium finiturum, atque uti Hispania omni Poenos
expulisset, sic Italia pulsurum esse; Africamque ei perinde

3 quattuor uictores (-ore *P*) $Π^2$ *uel* $Π^1N$, *cf. c.* 28. 9: uictores θ in Hispaniam isse Π*N*θ (*sed* -nia|misse *P*: -ia missę *C*: *corr.* C^1) neminem $P^4C^4M^2(M^7?)AN^2$ (-enem *N*)θ: nemini π in iis *PC*: initis *RMBDA?N*: in his A^7N^4θ (hiis *J*) terris $P^xA^7N^4$θ: terroris *PC*: terroribus *RMBDA?N* 4 petita Π*N*θ: petitus *Duker, non male, sed cf.* (*si necesse uidetur*) *c.* 25. 2 5 quattuordecim N^2 (-cem) *Med.* 3: decemquattuor Π*N*, *cf.* 26. 49. 3 *adn.* pondo N^4 *ab* N^7 *confirmatus* θ *Edd.*: *om.* Π*N* trecenta (*uel* ccc) *A*θ: trecentum π*N* XLII (*uel plene*) *CBAJ*: LXII *K*: quadringenta duo π 6 P. Cornelium Scipionem θ (*sed om.* Scipionem *J*): p. scipionem Π*N.ald.Frob.*1.2, *fort. recte* 7 Ceterum (caet- *C*) Π*N.ald.*: cetera N^x *uel* N^4 *ut s. l.* θ 8 P. Scipionis Π*N*: p. cornelii *J*: p. cornelii scipionis *K* et domum A^7N^2 *uel* N^4 *ut s. l.* θ*ald.*: idomu *P*: edomu P^1: domum *CRM*: domu (-mi *B*) B^xD: domo *AN* frequentes N^1θ*ald.Frob.*1.2: frequenter Π*N* bubus *AN*: bubos π: bobus *BD*θ 9 spondebantque Π*N.ald.*: despondebantque *Sp?*(*an sine* -que *?*)θ*Frob.*2, *per se sat Liuianum, si modo aliud exemplum clausulae ex hoc uerbo pendentis reperiatur* animis $Sp?N^2$θ*Frob* 2: animi Π*N.ald.* 10 uti *Alschefski*: ut in π: ut P^4C^2θ*ald.Frob.*1.2, *fort. recte*

ac debellatum in Italia foret prouinciam destinabant.
Praetoria inde comitia habita. Creati duo qui tum aediles 11
plebis erant, Sp. Lucretius et Cn. Octauius, et ex priuatis
Cn. Seruilius Caepio et L. Æmilius Papus.

Quarto decimo anno Punici belli P. Cornelius Scipio et 12
P. Licinius Crassus ut consulatum inierunt, nominatae consulibus prouinciae sunt, Sicilia Scipioni extra sortem, concedente collega quia cura sacrorum pontificem maximum in
Italia retinebat, Bruttii Crasso. Tum praetoriae prouinciae 13
in sortem coniectae. Vrbana Cn. Seruilio obtigit, Ariminum —ita Galliam appellabant—Sp. Lucretio, Sicilia L. Aemilio, Cn. Octauio Sardinia.

Senatus in Capitolio habitus. Ibi referente P. Scipione 14
senatus consultum factum est ut quos ludos inter seditionem militarem in Hispania uouisset, ex ea pecunia quam ipse in aerarium detulisset faceret.

Tum Saguntinorum legatos in senatum introduxit. Ex 39
eis maximus natu: ‘Etsi nihil ultra malorum est, patres conscripti, quam quod passi sumus ut ad ultimum fidem uobis praestaremus, tamen ea uestra merita imperatorumque uestrorum erga nos fuerunt ut nos cladium nostrarum non
paeniteat. Bellum propter nos suscepistis; susceptum 2
quartum decimum annum tam pertinaciter geritis ut saepe ad ultimum discrimen et ipsi ueneritis et populum Cartha-
giniensem adduxeritis. Cum in Italia tam atrox bellum et 3
Hannibalem hostem haberetis, consulem cum exercitu in

11 et Cn. A^{7} *uel* $A^{8}N^{4}\theta$ *Edd.* : cn. Π*N*, *post quod om.* Octauius . . . Cn. Π*N*, *sc. xxii litteras ob* ὁμ. (*cf.* 26. 51. 8 *adn.*) : *supplent* A^{7} *uel* $A^{8}N^{4}\theta$ *Edd.* 12 P. (Licinius) *θald.Frob.*1.2 : l. Π : luicius *N* (luc- N^{x}) ut Π*N.ald.* : *om.* *Sp?*$N^{4}\theta$ cura] *hic θFrob.*2 : *post* sacrorum Π*N.ald.*, *fort. recte* 14 uouisset $P^{4}C^{1}$ *uel* $C^{2}M^{1}B^{x}A$ *Nθ* : uoluisset π

39 1 uestra Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* θ imperatorumque Π*N* *Edd.* : imperatorum θ ut (nos) $CM^{7}AN\theta$: *om.* π 2 susceptum π*Sp?Frob.*2 : susceptumque *AN.ald.* 3 tam Π*N.ald.* *Frob.*1.2 : *om.* θ consulem Π*N* : consules *θald.Frob.*1.2

Hispaniam uelut ad conciliandas reliquias naufragii nostri
4 misistis. P. et Cn. Cornelii ex quo in prouinciam uenerunt
nullo tempore destiterunt quae nobis secunda quaeque
5 aduersa hostibus nostris essent facere. Iam omnium pri-
mum oppidum nobis restituerunt; per omnem Hispaniam
ciues nostros uenum datos, dimissis qui conquirerent, ex ser-
6 uitute in libertatem restituerunt. Cum iam prope esset ut
optabilem ex miserrima fortunam haberemus, P. et Cn. Cor-
nelii imperatores uestri luctuosius nobis prope quam uobis
perierunt.
7 'Tum uero ad hoc retracti ex distantibus locis in sedem
antiquam uidebamur ut iterum periremus et alterum exci-
8 dium patriae uideremus—nec ad perniciem nostram Cartha-
giniensi utique aut duce aut exercitu opus esse: ab Turdulis
nos ueterrimis hostibus, qui prioris quoque excidii causa
9 nobis fuerant, exstingui posse—cum ex insperato repente
misistis nobis hunc P. Scipionem, quem fortunatissimi
omnium Saguntinorum uidemur quia consulem declaratum
uidemus ac uidisse nos ciuibus nostris renuntiaturi sumus,
10 spem, opem, salutem nostram; qui cum plurimas hostium
uestrorum cepisset in Hispania urbes, ubique ex captorum

3 uelut (-ud *D*) Π*NSp Edd.*: *om.* θ ad *Sp*C^4*D*$A^7$$N^4$θ *Edd.*: *om.* π*N* conciliandas *Sp*N^4 *ut s. l.* θ: colligendas Π*N.ald. Frob.*1.2, *sed* conciliare *uox sermonis familiaris* (*cf. e.g. Lucr.* 1.611; *Plin.* 17.211) *huic personae aptissima* 4 destiterunt P^x*AN*θ: destituerunt π, *cf. c.* 33. 8 *adn.* 5 ex Π*N.ald.Frob.*1.2: de θ 6 fortunam A^7 *uel* $A^1$$N^x$θ*ald.Frob.*1.2: fortuna Π(*A?*)*N*, *cf. c.* 33. 11 *adn.* (pugnam) prope (quam) $A^7$$N^4$ *ut s. l.* (*sed fort.* quoque prope *uoluit*) θ*ald.Frob.*1.2: quoque Π*N* 7 uidebamur P^4*C*A^7 *ut s. l.* N^2(N^4*?*)θ: uidebatur π*N* 8 Turdulis nos *Gron. ex Varr. R. R.* 2. 10. 4: turoilis nos Π*N* (*sed utrum* turd- *an* turo- *uoluerint PCN nobis incertum est*): turdeli nos N^2: turdelinis A^7θ: turditanis A^x*ald.Frob.* 1.2 fuerant θ*ald.Frob.*1.2: fuerunt (*uel* fuer̄) Π*N*, *cf.* 27. 6. 2 *adn.* 9 insperato *CAN*θ *Edd.*: sperato π, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* nobis Π*N*θ (*perperam lectionem Put.* 'nobilis' *citat Luchs*) P. Scipionem Π*N.ald.Frob* 1.2: p. cornelium scipionem A^7*?*θ, *cf. c.* 38. 6 *et* 8 *adnn.*, *sed in his libris* (*nisi ex publicis documentis*) P. Scipio (*uel* P. Cornelius) *paene semper Africanum denotat* uidemus Π*N.ald.*: uidimus *Sp?*θ*Frob.*2 opem, salutem *Sp?*θ*Frob.*2: opem salutemque N^4*ald.*: omnem salutemque Π*N*

 10

numero excretos Saguntinos in patriam remisit; postremo 11
Turdetaniam, adeo infestam nobis ut illa gente incolumi
stare Saguntum non posset, ita bello adflixit ut non modo
nobis sed—absit uerbo inuidia—ne posteris quidem ti-
menda nostris esset. Deletam urbem cernimus eorum 12
quorum in gratiam Saguntum deleuerat Hannibal; uectigal
ex agro eorum capimus quod nobis non fructu iucundius est
quam ultione. Ob haec, quibus maiora nec sperare nec 13
optare ab dis immortalibus poteramus, gratias actum nos
decem legatos Saguntinus senatus populusque ad uos misit;
simul gratulatum quod ita res hos annos in Hispania atque 14
Italia gessistis ut Hispaniam non Hibero amne tenus sed
qua terrarum ultimas finit Oceanus domitam armis habeatis,
Italiae nisi quatenus uallum castrorum cingit nihil reliqueri-
tis Poeno. Ioui optimo maximo, praesidi Capitolinae arcis, 15
non grates tantum ob haec agere iussi sumus sed donum
hoc etiam, si uos permitteretis, coronam auream in Capito-
lium uictoriae ergo ferre. Id uti permittatis quaesumus, 16
utique, si uobis ita uidetur, quae nobis imperatores uestri

10 excretos Π*N*, *sc. figuram sat humilem et fort. personae* (*cf.* § 3) *aptam*, *cf.* 9. 46. 14: excerptos A^7 *ut s. l.* N^4θ*ald.Frob.*1.2
11 Turdetaniam π*N*θ (-nam P^2 *uel* P^1CR) sed] *hic add. Ussing*: *ante* ne A^xK *Ed. Mog.* 1518 *Aldus*: *ignorant* Π*NJ* 12 quorum A^7N^4θ *Edd.*: *om.* Π*N* ex agro Π*N Edd.*: ex agris θ capimus $C^4M^7B^2A^6$θ: capibus π (*sed* -b- *in P inusitata est forma*): campisque *AN*: campisque capimus N^4 non θ*Frob.*2: non tam πN^2*ald.* (*sc. ex uaria lect.* tam iucundum *ortum*): notam *N* est Π*N Edd.*: *om.* θ 13 nec . . . nec Π*N.ald.*: neque . . . neque θ*Frob.*2 Saguntinus $P^4C^4A^7N^x$ *ut s. l.* θ (-nos Π*N*) populusque $P^4C^4M^2AN$: populosque π, *cf. praec. et* 30. 36. 8 *adn.* 14 hos Π*N*: per hos A^xN^4 *ut s. l.* θ*ald.Frob.*1.2, *fort. recte nisi locutio sine praep. aliud uolgaris sermonis indicium est* (*u.* §§ 3 *et* 10) *post* in *om.* Hispania . . . ut *N*: *supplet* N^4 *in marg.* Italia π*Sp?*θ*Frob.*2: in italia BAN^4*ald.* ut N^4θ: utin Π: uti *Alschefski*, *cf. c.* 38. 10 (*sed hic* utin *ex* in *repetito ortum*) ultimas finit Π*N.ald.*: ultimus finis *Sp?Frob.*2, *nimis scite*: ultimus finit *K*: non ultimas finit *J* armis $Π^1N$θ: arinamis *P*, *cf.* 27. 20. 8 *adn.* 16 ita uidetur] *hinc usque ad* quid periculi (*c.* 41. 12) *exstat illud folium cod. Spirensis quod S uocamus* (*Luchsius M*) *u. Praef.* § 90 uidetur *S*θ*Frob.*2: uideretur Π*N.ald.* nobis (imp.) C^3ANSθ *Edd.*: uobis π uestri *RSK* (ūri *CMBDAN*): uostri *P* (*quod Liuio cum Luchsio iuxta sq.* uestra *tribuere absurdum est*): *om. J*

commoda tribuerunt, ea rata atque perpetua auctoritate uestra faciatis.'

17 Senatus legatis Saguntinis respondit et dirutum et restitutum Saguntum fidei socialis utrimque seruatae documentum
18 omnibus gentibus fore; suos imperatores recte et ordine et ex uoluntate senatus fecisse quod Saguntum restituerint ciuesque Saguntinos seruitio exemerint; quaeque alia eis benigne fecerint, ea senatum ita uoluisse fieri; donum per-
19 mittere ut in Capitolio ponerent. Locus inde lautiaque legatis praeberi iussa et muneris ergo in singulos dari ne
20 minus dena milia aeris. Legationes deinde ceterae in sena-
21 tum introductae auditaeque; et petentibus Saguntinis ut quatenus tuto possent Italiam spectatum irent, duces dati litteraeque per oppida missae ut Hispanos comiter accipe-
22 rent. Tum de re publica, de exercitibus scribendis, de prouinciis relatum.

40 Cum Africam nouam prouinciam extra sortem P. Scipioni destinari homines fama ferrent, et ipse nulla iam modica gloria contentus non ad gerendum modo bellum sed ad
2 finiendum diceret se consulem declaratum, neque id aliter fieri posse quam si ipse in Africam exercitum transportasset,

16 uestra $P^xCM^2AN\theta$: uestrae (*uel* ūrę) π : urā *S* 17 restitutum $\pi R^2NS\theta$ (dest- *R*) 18 ciuesque Π$N\theta$ (-uisque *S sed u. Praef.* § 30) alia eis Π*N.ald.Frob.*1.2 : alia aliis *S* (*ubi aliquid inter duas uoces erasum est*) *θ* Capitolio Π$N\theta$ *Edd.* (-ia *S*) 19 lautiaque Π*NS.ald Frob.*1.2 : lautitiaque $A^6\theta$ (-ici-) praeberi (*uel* preb-)π(-bueri *D*)*NK Edd.* : praebere *SJ* ergo in singulos $SA^7N^4\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N* (*cf.* 26. 51. 8 *adn.*) dari π $SA^7N^4\theta$ *Edd.* : *om. AN* dena milia Π*N*: decemilia *S* : decem milia $N^4\theta$: denis milibus A^x 20 in senatum introductae (*uel* -te) $SN^4\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* 21 Saguntinis Π*N* *θ*: sanguinis *S* comiter $P^4C^3M^1$ *ut uid.* $A^xSN^4\theta$: cum iter Π (*A?*)*N* 22 de re p. de SA^7N^4 *marg. θald.Frob.*1.2 : deferde *P*: deferre Π^2N (*sed* ferre *ab* N^4 *uel* N^3 *deletum est*) scribendis Π$N\theta$ (-tis *S*, *cf. c.* 44. 5; 29. 29. 6; 1. 41. 1 *adnn.*)

40 1 *post* declaratum *add.* esse Π*N.ald.Frob.*1.2 : *ignorant* $SN^4\theta$ 2 id aliter *SSpθ* : aliter id Π*N.ald.* : aliter *Frob.*2 (*sed* id *post* finiri) fieri Π*N.ald.* : finiri *SSpθFrob.*2 transportasset *SSpJFrob.*2 : transportaret Π*NK.ald.*

et acturum se id per populum aperte ferret si senatus ad-
uersaretur,—id consilium haudquaquam primoribus patrum
cum placeret, ceteri per metum aut ambitionem mussarent,
Q. Fabius Maximus rogatus sententiam: 'Scio multis ues- 3
trum uideri, patres conscripti, rem actam hodierno die agi
et frustra habiturum orationem qui tamquam de integra re
de Africa prouincia sententiam dixerit. Ego autem primum 4
illud ignoro quemadmodum iam certa prouincia Africa con-
sulis, uiri fortis ac strenui, sit, quam nec senatus censuit in
hunc annum prouinciam esse nec populus iussit. Deinde, 5
si est, consulem peccare arbitror qui de re transacta simu-
lando se referre senatum ludibrio habet, non senatorem qui
de quo consulitur suo loco dicit sententiam. Atque ego 6
certum habeo dissentienti mihi ab ista festinatione in Afri-
cam traiciendi duarum rerum subeundam opinionem esse,
unius, insitae ingenio meo cunctationis, quam metum pigri- 7
tiamque homines adulescentes sane appellent, dum ne
paeniteat adhuc aliorum speciosiora primo adspectu consilia
semper uisa, mea usu meliora; alterius, obtractationis atque 8
inuidiae aduersus crescentem in dies gloriam fortissimi con-
sulis. A qua suspicione si me neque uita acta et mores 9

2 et (acturum) *Sθald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* (*sed* acturumque *D*) aperte Π*N*θ: aferte *S* cum placeret πA^xθ: placeret *Sp ut uid.* (*sed ut uid. praebuit* cum placeret *S*) *Frob.*2: complaceret *AN*: conscriptorum placeret *ald.* (*sed* idque consilium *ald.Frob.*1.2) ceteri π*S*θ: ceterique C^2*AN.ald.Frob.*1.2: et ceteri *Madv.*, *sed de Asyndeto Aduersatiuo cf. e.g. c.* 33. 8; 29. 21. 9; 21. 10. 7; 24. 19. 10 mussarent Π*N*θ: *om. S* 3 de (Africa) Π*N*θ *Edd.*: *om.* SN^4 4 iam certa *S*θ*Frob.*2: certa iam Π*N.ald.*, *pari iure* prouincia P^4CM^xDANSθ: prouinciam π (*cf.* 26. 40. 11 *adn.*) strenui sit πM^2(M^7?)*NS*θ: strenuis id *RMB* 5 si est Π*NS Edd.*: sicut θ referre (-ere *P*) Π*NS*θ senatorem *SSp? Frob.*2: senatorem modo Π*N.ald.*, *sed uoci* consulem *non uoci* senatum *opponitur* senatorem: senator et θ (nam *pro* non *et* quidem *pro* qui de *praebentes*) 6 opinionem Π*N*θ*ald.*: opinationem *SSp* (*errore ab* festin. *supra orto*) *Frob.*2 7 adulescentes (*uel* adol-) sane πSA^7 N^4θ (*sed* -lisc- R^2M^3: -litc- *M*: -lest- *R*): *om. AN* (*praebet* adul- *P hic et in* § 12) dum ne C^xD *Gron.* (*sc.* illos *uel* uos): dum me Π *N*: dum me non SA^7N^4θ*ald.Frob.*1.2 (*sc.* uelint me paenitere) 8 crescentem Π*N*θ *Edd.*: crescentes *S* consulis A^6NSθ: cos M^4D: cons *A*: eos π (*cf. c.* 9. 4 *adn. et* 30. 23. 3): *del.* C^x (C^1?)

mei neque dictatura cum quinque consulatibus tantumque
gloriae belli domique partae uindicat ut propius fastidium
eius sim quam desiderium, aetas saltem liberet. Quae enim
mihi aemulatio cum eo esse potest qui ne filio quidem meo
10 aequalis sit? Me dictatorem cum uigerem adhuc uiribus et
in cursu maximarum rerum essem recusantem nemo aut in
senatu aut apud populum audiuit quo minus insectanti me
magistro equitum, quod fando nunquam ante auditum erat,
11 imperium mecum aequaretur; rebus quam uerbis adsequi
malui ut qui aliquorum iudicio mihi comparatus erat sua
12 mox confessione me sibi praeferret; nedum ego perfunctus
honoribus certamina mihi atque aemulationem cum adules-
13 cente florentissimo proponam; uidelicet ut mihi iam ui-
uendo non solum rebus gerendis fesso, si huic negata fuerit,
Africa prouincia decernatur. Cum ea gloria quae parta est
14 uiuendum atque moriendum est. Vincere ego prohibui
Hannibalem ut a uobis quorum uigent nunc uires etiam
uinci posset.

41 'Illud te mihi ignoscere, P. Corneli, aequum erit, si
cum in me ipso nunquam pluris famam hominum quam

9 consulatibus $P^4CM^2DN^2SA^7\theta$ (-aribus *πN*) partae (*uel* -te) *ΠNSθAldus*: partum *Edd. ante Ald.* fastidium C^2M^3 *et* $M^5DA^1SN^4\theta$ (-ius *πN*, *cf.* 27. 17. 1 *adn.*) sim $\pi M^7?S$ *Edd.*: im *M*: sit *D*: si in N^2 (*qui fort.* sim *uoluit*): si *N*: *om.* *θ* liberet *ΠNθald.*: liberat *SSpFrob.2* Quae *Sθald.Frob.*1.2: que *AN*: quem *π* aemulatio (*uel* em-) SA^7N^4 *ut s. l.* *θ*: aet¦melatio *P*: aet (et *MBAN*: aut C^4) mea ratio π^2N: ratio *D* 10 essem *AS θ Edd.*: esse *πN* (*cf.* 26. 41. 12 *adn.*) apud (*uel* -ut) *Πald.*: *om.* *N*: ad $SSpN^4\theta Frob.2$, *pari iure* insectanti *ald.Frob.*1.2: insectante *θ*: inspectante *ΠNS* quod $C^4M^7DSA^7N^4\theta$: quo *ΠN* auditum *ΠNθ*: auditus *S*, *cf.* 27. 17. 1 (*P*) *et* 29. 3. 11 (*Sp*) *adnn.* mecum *ΠNS*: meum *θ* 11 aliquorum $SN^4\theta Frob.2$: aliorum *ΠN.ald.* 12 aemulationem (*uel* em-) *CDAN.ald.* (-nes $SA^7\theta Frob.2$: -ne *π*) 13 iam uiuendo ΠN^2*ald.Frob.*1.2: uiuendo iam *θ*: uidendo iam *S*: iam uidendo *N et* N^4 negata $C^3DSA^7\theta$: negotia *πN* parta πA^7K *Edd.*: parca *A?N?*: parata *SJ*, *cf. c.* 41. 6 *adn.* 14 ego $PCDA^7K$: ergo *RMBANSJ*

41 1 ignoscere *ΠNK Edd.*: cognoscere SA^7N^4 *ut s. l.* *J* aequum (eq- *CN*) *ΠNθ*: ecum *S*

rem publicam fecerim, ne tuam quidem gloriam bono publico praeponam. Quamquam si aut bellum nullum in Italia aut 2
is hostis esset ex quo uicto nihil gloriae quaereretur, qui te in Italia retineret, etsi id bono publico faceret, simul cum bello materiam gloriae tuae isse ereptum uideri posset. Cum uero Hannibal hostis incolumi exercitu quartum deci- 3
mum annum Italiam obsideat, paenitebit te, P. Corneli, gloriae tuae si hostem eum qui tot funerum tot cladium nobis causa fuit tu consul Italia expuleris et, sicut penes C. Lutatium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit, ita penes te huius fuerit? Nisi aut Hamilcar Hannibali dux est prae- 4
ferendus aut illud bellum huic, aut uictoria illa maior clariorque quam haec—modo contingat ut te consule uincamus —futura est? A Drepanis aut Eryce detraxisse Hamilcarem 5
quam Italia expulisse Poenos atque Hannibalem malis? Ne tu quidem, etsi magis partam quam speratam gloriam 6
amplecteris, Hispania potius quam Italia bello liberata gloriatus fueris.

'Nondum is est Hannibal, quem non magis timuisse 7
uideatur quam contempsisse qui aliud bellum maluerit. Quin igitur ad hoc accingeris nec per istos circuitus, ut 8

1 rem p̄ Π*N* *Edd.* : re (rem *θ*) imperatorum *Sθ* tuam $C^3SA^7N^4\theta$ *Edd.* : uam π : uanam B^2AN bono publico praeponam (prop- SN^4) $SA^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : om. Π*N*, *fort. linea haud amplius xx litt. perdita, cf.* 26. 51. 8 *adn.* (*in P spat. iii litt. relictum est*) 2 is $PCR^2MN^1A\theta$: his *DNS* : *om. R* faceret $SA^7N^4\theta$: feceres (fac- M^1 *uel* M^2DAN) Π*N* isse Π*NS ed. Rom.* 1472 : ire $A^7\theta$*ald.Frob.*1.2 3 incolumi $CMDSA^7N^4$ *uel* $N^x\theta$ *et sic fort.* P^4 : incolum π : incolū *N* exercitu P^1 *uel* P^2CM^1 *uel* $M^2DS A^7N^1$: exercitum π*N* P. Π*N* *Edd.* : *om. Sθ* si Π*N.ald. Frob.*1.2 : nisi *Sθ* (*et coeperat aliquis* n- *in N scribere, quod postea deletum est*) : ni A^7 cladium $CM^1DSA^7N^4\theta$: gladium π*N* Italia $C^3M^1SA^7N^2\theta$ (-iae Π*N*) expuleris PC^3(*C?*)$RMN^2SA^7\theta$: exposueris *BDA?N* praeferendus *CBANSθ* (-undus *PM* : -eundus *RD*) 5 A Π(*C?*)*N* : ab $N^1SA^7\theta$ Eryce $A^x\theta$: eryci (ar- *R*) πR^2 : erici *B*(aer-)*ANS* 6 partam *Sθ* : paratam Π*N*, *cf. c.* 40. 13 amplecteris Π*NS Aldus* (-aris *ed. Rom.* 1472) 7 is est Π*N* *Edd.* : isset SN^4 *ut s. l.* (*nisi* is isset *ut s. l. uoluit*) aliud Π*Nθ* : alium *S* 8 hoc Π*NS Edd.* : hec *θ* accingeris Π*Nθ Edd.* : haec ingeris SN^4 *ut s. l.* circuitus F^4 *ANSθ* (circumi- π, *sed cf.* 27. 15. 13 *adn.*)

cum in Africam traieceris secuturum te illuc Hannibalem speres, potius quam recto hinc itinere, ubi Hannibal est, eo bellum intendis? Egregiam istam palmam belli Punici
9 patrati petis? Hoc et natura prius est, tua cum defenderis aliena ire oppugnatum. Pax ante in Italia quam bellum in Africa sit, et nobis prius decedat timor quam ultro
10 aliis inferatur. Si utrumque tuo ductu auspicioque fieri potest, Hannibale hic uicto, illic Carthaginem expugna: si alterautra uictoria nouis consulibus relinquenda est, prior
11 cum maior clariorque tum causa etiam insequentis fuerit. Nam nunc quidem, praeterquam quod et in Italia et in Africa duos diuersos exercitus alere aerarium non potest, praeter-
12 quam quod unde classes tueamur unde commeatibus sufficiamus praebendis nihil reliqui est, quid? periculi tandem quantum adeatur quem fallit? P. Licinius in Italia, P.
13 Scipio bellum in Africa geret. Quid? si—quod omnes di omen auertant et dicere etiam reformidat animus, sed quae acciderunt accidere possunt—uictor Hannibal ire ad urbem perget, tum demum te consulem ex Africa, sicut Q. Fuluium
14 a Capua, arcessemus? Quid? quod in Africa quoque Mars communis belli erit? Domus tibi tua, pater patruusque
15 intra triginta dies cum exercitibus caesi documento sint, ubi

8 secuturum Π*N*θ: secutum *S* (*cum* traiceris) intendis?] *sic cum Drak. interpunximus*: intendis π*NS*θ: intendas *D*, *Crevier*: intendis, si *Halm* (*Madv.* 1886) *non necess.*: intendens *olim Madv. Em. p.* 411 patrati *SSpFrob.*2: parati (-ari *B*) πB^2N: peracti $A^8\theta$ *ald.* 9 in Italia Π*N*θ: inita *S* quam $SA^8N^4\theta$ *Edd.*: *om.* Π*N* 10 uicto $CM^3DANS\theta$: uictu π alterautra P^4: alterutra $CSA^7N^4\theta$: altera ultra π*N* nouis A^7N^x(*postea deletum*)θ *Rhen. Frob.*2: nobis Π*NSSp?ald.* consulibus $SA^7?N^x\theta$: consuli Π*N* 11 nunc $BDSA^7N^4\theta$: num π(*A?*): nō *N* diuersos *MBDANS*θ (-sus *PR*, *cf.* 30. 36. 8 *adn.*: -sius *C*) alere $P^4C^4M^3DANS\theta$: alterae (*uel* -re) π 12 praebendis] *hic* Π *N.ald.*: *ante* sufficiamus *S*θ*Frob.*2 periculi] *hunc finem habet S*, *cf. c.* 39. 16 *adn.* 13 quod πA^xN^4 *Edd.*: ut quod $A^7?\theta$: *om.* *AN* uictor $SpN^4KFrob.2$: et uictor Π*N.ald.*, *cf.* 27. 4. 12 *adn.*: auctor *J* perget π*N*θ: pergeret *M*: pergat *Sp ut uid. ald. Frob.*1.2 arcessemus Π*N* (accers- θ), *cf.* 29. 1. 20 *adn.*
14 Mars Π*N*θ *Edd.*: res *Vat*

per aliquot annos maximis rebus terra marique gerendis
amplissimum nomen apud exteras gentes populi Romani
uestraeque familiae fecerant. Dies me deficiat si reges im- 16
peratoresque temere in hostium terram transgressos cum
maximis cladibus suis exercituumque suorum enumerare
uelim. Athenienses, prudentissima ciuitas, bello domi 17
relicto, auctore aeque impigro ac nobili iuuene, magna
classe in Siciliam tramissa, una pugna nauali florentem
rem publicam suam in perpetuum adflixerunt.

'Externa et nimis antiqua repeto. Africa eadem ista et M. **42**
Atilius, insigne utriusque fortunae exemplum, nobis docu-
mento sint. Ne tibi, P. Corneli, cum ex alto Africam con- 2
spexeris, ludus et iocus fuisse Hispaniae tuae uidebuntur.
Quid enim simile? Pacato mari praeter oram Italiae 3
Galliaeque uectus Emporias in urbem sociorum classem
adpulisti; expositos milites per tutissima omnia ad socios et
amicos populi Romani Tarraconem duxisti; ab Tarracone 4
deinde iter per praesidia Romana; circa Hiberum exercitus
patris patruique tui post amissos imperatores ferociores
calamitate ipsa facti, et dux tumultuarius quidem ille L. 5
Marcius et militari suffragio ad tempus lectus, ceterum si

15 aliquot $C^4A^7N^4$ *ut s. l.* (*qui et* aliquos *ut tert. lect. fort. dabat*) θ : quod aliquod (*uel* -ot) π : q̄d N : aliquod N^2 fecerant $N^4\theta$*ald. Frob.*1.2 : fecerint (-im B) ΠN, *uix recte nisi* ibi *post* exercitib. *inseres* (*cf. de* -rint *et* -runt 26. 34. 5) 16 deficiat π*Sp?Frob.*2 : deficiet $BAN\theta$*ald.* terram ΠN : terras $A^7\theta$*ald.Frob.*1.2 17 iuuene $CM^xN\theta$: iuuenem π tramissa P, *cf.* 27. 5. 9 *adn.* (transm- $CRMBDAN\theta$) nauali] *hic* $\pi\theta$*Frob.*2 : *post* una AN.*ald.*, *cf.* 29. 3. 10 *adn.*

42 1 repeto $C^2M^2BDAN\theta$: reperto π insigne $M^xAN\theta$: insignem π, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* 2 iocus $P^xBA\theta$: locus PCR^2D : lucus M : locutus R? 3 praeter *Vat ald.Frob.*1.2 : per $\Pi N\theta$ Emporias *ed. Mog.* 1518 : emporis (-iis $C^2M^1BDA^7N^1\theta$ *Edd. ante Mog.*) πN adpulisti] adappulisti π, *testimonium et Liu. scripturae et formae Put. temporibus usitatae* (appul- $M^3AN\theta$); *de dittogr. cf.* 27. 34. 5 *adn.* expositos ΠN *Aldus Frob.*1.2 : et expositos $N^4\theta$ *Edd. ante Ald.* omnia $N^4\theta$ *Edd.* : *om.* ΠN 4 iter per ΠN *et* N^4 *se ipse corrigens* : inter $A^7\theta$: inter per N^4 *primo* *ante* calamitate *add.* et ΠN (*u. sq., et cf.* 27. 4. 12 *adn.*) : *delet* N^2 : *om.* θ : ex *Madv.* 1863 facti et $A^7N^4\theta$*Frob.*2 : det P : *om.* Π^2N : facti *ald.* : et *Madv.* 1863 5 lectus $\Pi N\theta$*ald.* : electus *Frob.*2

nobilitas ac iusti honores adornarent, claris imperatoribus
qualibet arte belli par; oppugnata per summum otium
Carthago nullo trium Punicorum exercituum socios defen-
6 dente; cetera—neque ea eleuo—nullo tamen modo Africo
bello comparanda, ubi non portus ullus classi nostrae aper-
tus, non ager pacatus, non ciuitas socia, non rex amicus,
7 non consistendi usquam locus, non procedendi; quacum-
que circumspexeris hostilia omnia atque infesta.

'An Syphaci Numidisque credis? Satis sit semel credi-
tum; non semper temeritas est felix, et fraus fidem in paruis
sibi praestruit ut, cum operae pretium sit, cum mercede
8 magna fallat. Non hostis patrem patruumque tuum armis
prius quam Celtiberi socii fraude circumuenerunt; nec tibi
ipsi a Magone et Hasdrubale hostium ducibus quantum ab
9 Indibili et Mandonio in fidem acceptis periculi fuit. Nu-
midis tu credere potes, defectionem militum tuorum exper-
tus? Et Syphax et Masinissa se quam Carthaginienses
malunt potentissimos in Africa esse, Carthaginienses quam
10 quemquam alium. Nunc illos aemulatio inter sese et omnes
causae certaminum acuunt quia procul externus metus est:
ostende Romana arma et exercitum alienigenam; iam uelut
11 ad commune restinguendum incendium concurrent. Aliter
iidem illi Carthaginienses Hispaniam defenderunt, aliter
moenia patriae, templa deum, aras et focos defendent cum

5 par $C^4M^3BAN\theta$: pars π, *cf.* 26. 40. 14 *adn.* otium Π*N Edd.*: odium A^6 *ut s. l.* N^3(*non* N^4)θ 6 neque ea eleuo $A^7N^4\theta$ *ald.Frob.*1.2: nequae eleuo *PCR?*: neq. esse (*uel* e ę) leuo R^2MBN: neq. eleuo C^xD: neq. ac leuo *A?*: neque eleuo neque detracto *Madv. Em. p.* 412, *non necess.* consistendi usquam locus non A^7N^4 (*quem perperam citat Luchs*)θ *Edd.*: *om.* Π*N ob* ὁμ. 8 Indibili $M\theta$ (-le πM^1N) fidem $A^7\theta$: fide Π(*A?*)*N* 9 potentissimos $A^7\theta$(*sed* pot. malunt *hi*)*Frob.*2: potentis (*uel* -tes) Π(*A et* A^v)*N.ald.* in Africa esse (sese *C*) Carthaginienses Π*N Edd.*: te quam Carthaginienses nolunt (uolunt *J*) in Africa esse $A^7\theta$ quam quemquam alium ΠA^v: quamquam alium *N*: quemquam alium *A*: quamquam (*uel* quemquam) alia $A^7\theta$ 10 sese $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: se Π*N* iam $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* 11 templa Π*N.ald. Frob.*1 2: et templa θ

euntes in proelium pauida prosequetur coniunx et parui
liberi occursabunt.

'Quid porro, si satis confisi Carthaginienses consensu 12
Africae, fide sociorum regum, moenibus suis, cum tuo exer-
citusque tui praesidio nudatam Italiam uiderint, ultro ipsi
nouum exercitum in Italiam aut ex Africa miserint, aut
Magonem, quem a Baliaribus classe transmissa iam praeter 13
oram Ligurum Alpinorum uectari constat, Hannibali se
coniungere iusserint? Nempe in eodem terrore erimus in 14
quo nuper fuimus cum Hasdrubal in Italiam transcendit,
quem tu, qui non solum Carthaginem sed omnem Africam
exercitu tuo es clausurus, e manibus tuis in Italiam emisisti.
Victum a te dices; eo quidem minus uellem—et id tua non 15
rei publicae solum causa—iter datum uicto in Italiam esse.
Patere nos omnia quae prospera tibi ac populi Romani
imperio euenere tuo consilio adsignare, aduersa casibus in-
certis belli et fortunae relegare: quo melior fortiorque es, 16
eo magis talem praesidem sibi patria tua atque uniuersa
Italia retinet. Non potes ne ipse quidem dissimulare, ubi
Hannibal sit, ibi caput atque arcem huius belli esse, quippe
qui prae te feras eam tibi causam traiciendi in Africam esse
ut Hannibalem eo trahas. Siue igitur hic siue illic, cum 17
Hannibale est tibi futura res.

11 prosequetur CA^7 *uel* $A^4\theta$: prosequitur πN 13 Alpinorum A^7N^4 *ab* N^x *rescriptus* θ (altin- $\sqcap N$) 14 quem tu $A^7N^4\theta$*ald. Frob.*1.2 : *om.* $\sqcap N$ es clausurus A^7N^4 *ab* N^x *rescriptus* θ : exclausurus (-clus- PCB^x) $\pi^1 N$: y elusurus D (y *a* D^1 *eras.*) : elusus D^x 15 ac *Sp ut uid.* $A^7\theta$*Frob.*2 : ae πN (*fort. in* atque *ab* N^4 *mutatum*) : a A : aete D: et C^2*ald.* populi Romani A^7*ald.* : p̄. r̄. (*uel* p. r.) $\sqcap N$: reipublicae in SpA^7 *in marg. ut s. l.* θ(*om.* in K) *Frob.*2 relegare $SpA^7\theta$, *cf. Quint.* 6. *proem.* 13 *et Tib.* 4. 6. 5 : legare $\sqcap N$*.ald.Frob.*1.2 : delegare *Gron.*, *cf. e.g.* 21. 46. 10 *et Cic. Font.* § 18 16 tua $A^7N^4\theta$: *om.* $\sqcap N$*.ald.Frob.*1.2 prae te MA N^4 : te prae te π : *om.* $A^7\theta$: praeter te N traiciendi in Africam $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* $\sqcap N$ *sc. lineam xix litt.*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* 17 igitur hic C^4 *uel* $C^1?M^8AN\theta$: hic igitur D: igitur π : *sed supra* ig- *add.* P^1 *ut uid.* hic (*cum effusionibus calami et supra et infra syllabam* -it-)

'Vtrum tandem ergo firmior eris in Africa solus an hic tuo
collegaeque exercitu coniuncto? Ne Claudius quidem et
Liuius consules tam recenti exemplo quantum id intersit
18 documento sunt? Quid? Hannibalem utrum tandem ex-
tremus angulus agri Bruttii, frustra iam diu poscentem ab
domo auxilia, an propinqua Carthago et tota socia Africa
19 potentiorem armis uirisque faciet? Quod istud consilium
est, ibi malle decernere ubi tuae dimidio minores copiae
sint, hostium multo maiores, quam ubi duobus exercitibus
aduersus unum tot proeliis et tam diuturna ac graui militia
20 fessum pugnandum sit? Quam compar consilium tuum
parentis tui consilio sit reputa. Ille consul profectus in
Hispaniam, ut Hannibali ab Alpibus descendenti occurreret
in Italiam ex prouincia rediit: tu cum Hannibal in Italia
sit relinquere Italiam paras, non quia rei publicae utile sed
21 quia tibi id amplum et gloriosum censes esse—sicut cum
prouincia et exercitu relicto sine lege sine senatus consulto
duabus nauibus populi Romani imperator fortunam publicam
et maiestatem imperii, quae tum in tuo capite periclitabantur,
22 commisisti. Ego, patres conscripti, P. Cornelium rei pub-

17 hic tuo C^1 *uel* $C^3M^4DSp?\theta Frob.2$: istic tuo A^7 *in ras. ald.* : his tuo π : histinc tuto *N* : istinc N^4 : istinc tui N^6 *post* collegaeque *add.* tui $CM^4DA^vN^6$*ald.*(*fort. recte*), tut *PR*, tute (*uel* tutę) *MBA N* : *ignorant* $Sp?N^4\theta Frob.2$. *Supra* tut *in P utrum sint litterae emendationis alicuius an plures effusiones calami incerti nobis non liquet*
18 Africa M^8(Aff-)$A^7N^4\theta$: *om.* Π*N* 19 istud Π$N\theta$*ald.* : istuc *Sp?Frob.2* dimidio minores CA^7N^6(*qui correcturam aliquam exsculpsit*)θ*Edd.* : dimidiom|ninores *P* : dimidie (*sed* -di *R* : -didiae R^1 : -diae *M*) omnino res (*sed om.* res *M*) *RMBDAN* : dimidiae minores M^2 et tam M^3 *uel* $M^5A^7N^4\theta$: etiam Π*N* ac *Sp? Frob.2* : et Π*N.ald.* : *om.* θ 20 tuum A^7(tum *non delens*)$N^4\theta$: tum π*N?* : tu *N?* : tui DN^6 tui C^4N^4K : tuo *J* : uti Π*N* occurreret $DA^7N^4\theta$: occurrebat π*N* sit C^4 *uel* $C^2DAN\theta$: ut π*N* relinquere Italiam (*sed* r. in italiam *PCRMB*, *cf.* § 22 *adn.*) Π$N\theta$*ald. Frob.*1.2 : alio *SpVat*, *unde* alio properas *coniecit Rhen.* (*pro* rel. It. paras) utile *scripsimus*, id *a P praesumptum esse rati* (*cf.* 29. 5. 6 *adn.*) : id utile Π$N\theta$*Edd.* tibi id $A^7N^4\theta$*Edd. plerique ante Ald.* : tibi Π*NAldus* (*u. adn. praec.*) censes (ceses *D*) esse $CM^7D^xN^1$ *uel* $N^2\theta$: censesse *PR*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* : censisse R^2MBDAN
21 cum Π*N* : *om.* $N^2\theta$ 22 patres conscripti (*i.e.* p. c.) $A^7\theta$*ald.* (*sed post* cornelium *ald.*) : *ignorant* Π*NSpFrob.2* (*sc. ante* p. cornelium *perditum*)

licae nobisque, non sibi ipsi priuatim creatum consulem existimo, exercitusque ad custodiam urbis atque Italiae scriptos esse, non quos regio more per superbiam consules quo terrarum uelint traiciant.'

Cum oratione ad tempus parata Fabius, tum auctoritate **43**
et inueteratae prudentiae fama magnam partem senatus et
seniores maxime ⟨cum⟩ mouisset, pluresque consilium senis
quam animum adulescentia ferocem laudarent, Scipio ita 2
locutus fertur: 'Et ipse Q. Fabius principio orationis, patres
conscripti, commemorauit in sententia sua posse obtracta-
tionem suspectam esse; cuius ego rei non tam ipse ausim 3
tantum uirum insimulare quam ea suspicio, uitio orationis
an rei, haud sane purgata est. Sic enim honores suos et 4
famam rerum gestarum extulit uerbis ad exstinguendum in-
uidiae crimen tamquam mihi ab infimo quoque periculum
sit ne mecum aemuletur, et non ab eo qui, quia super cete-
ros excellat, quo me quoque niti non dissimulo, me sibi
aequari nolit. Sic senem se perfunctumque et me infra 5
aetatem filii etiam sui posuit tamquam non longius quam
quantum uitae humanae spatium est cupiditas gloriae ex-
tendatur maximaque pars eius in memoriam ac posteritatem
promineat. Maximo cuique id accidere animo certum habeo 6
ut se non cum praesentibus modo sed cum omnis aeui claris
uiris comparent. Equidem haud dissimulo me tuas, Q. Fabi, 7

22 urbis $A^7N^4\theta$: ubis *P*: nobis Π^2N Italiae *C et* $C^xM^3DAN\theta$: in italiae πC^2, *cf.* § 20 *et* 27. 8. 7 *adnn.*

43 1 tum πA^7N^4 *ut s. l.* : cum *AN et* N^4 *ab ipso correctus* θ inueteratae (*uel* -te) ΠN (-ta θ*ald.Frob.*1.2) ⟨cum⟩ *hic add. Weissenb., ante* magnam *Madv.* : *ignorant* $\Pi N\theta$ adulescentia (*uel* adol-) M^1 *ut s. l.* $N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : adulescentiae (*uel* adol-) ΠN (-centis A^6) 2 suspectam $P^5MB^2AN\theta$ (-ta π, *cf.* 26. 41. 12 *adn.*) 3 ausim $P^5CM^1DA^7?N^1?\theta$: ausi πN?, *u. adn. praec.* 4 quo me $A^7N^4\theta$*Edd* : *om.* ΠN (*ob.* ὁμ.) 5 perfunctumque ΠN] *om.* que N^4 *uel* $N^2\theta$; *malis fort. addere* honoribus (*an* aetate?), *quod tamen fort. satis subauditur* (*u. e.g.* honores § 4) 6 animo certum habeo DN^x(*fort.* N^4)θ*Edd.* : animo certum habeo certum π, *cf.* 27. 44. 1 *adn.* (cert. an. hab. *AN*, *cf.* 29. 3. 10 *adn.*) comparent *P* : comparet π^2 *uel* $\pi^1N\theta$*ald.Frob.*1.2, *fort. recte* : compararet *C*

laudes non adsequi solum uelle sed—bona uenia tua dixe-
8 rim—, si possim, etiam exsuperare. Illud nec tibi in me nec
mihi in minoribus natu animi sit ut nolimus quemquam
nostri similem euadere ciuem ; id enim non eorum modo
quibus inuiderimus sed rei publicae et paene omnis generis
humani detrimentum est.

9 'Commemorauit quantum essem periculi aditurus si in
Africam traicerem, ut meam quoque, non solum rei publicae
10 et exercitus uicem uideretur sollicitus. Vnde haec repente
cura de me exorta ? Cum pater patruusque meus interfecti,
cum duo exercitus eorum prope occidione occisi essent, cum
amissae Hispaniae, cum quattuor exercitus Poenorum quat-
11 tuorque duces omnia metu armisque tenerent, cum quaesitus
ad id bellum imperator nemo se ostenderet praeter me,
nemo profiteri nomen ausus esset, cum mihi quattuor et
uiginti annos nato detulisset imperium populus Romanus,
12 quid ita tum nemo aetatem meam, uim hostium, difficultatem
belli, patris patruique recentem cladem commemorabat ?
Vtrum maior aliqua nunc in Africa calamitas accepta est
13 quam tunc in Hispania erat ? an maiores nunc sunt exer-
citus in Africa et duces plures melioresque quam tunc in
Hispania fuerunt ? an aetas mea tunc maturior bello geren-
14 do fuit quam nunc est ? an cum Carthaginiensi hoste in
Hispania quam in Africa bellum geri aptius est ? Facile est

7 uenia $A^7N^4\theta$: *om.* Π*N* 8 Illud Π*NEdd.* : *om. Spθ* nec tibi Π*NSp ut uid. θ* : neu tibi *Ussing* nec mihi *BDθald. Frob.*1.2 : neu mihi πB^1*NSp ut uid., uix recte* inuiderimus Π*N ald. Frob.*1.2 : inuidebimus *Spθ* generis $\Pi^4N\theta$: geris *P* est *Spθ* : st *P* : sit Π^2 *uel* Π^1(*pleniore cal. in M, cf.* 27. 2. 10 *adn.*)*ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 44. 4 *adn.* 9 periculi Π*N.ald.Frob.*1.2 : periculum θ traicerem *PCSpθFrob.*2 : traicerent *RMBD* (*sed* ui *pro* ut *RM*) : traicere (-rem *AN*) uelim (uolim *A*) A^6 *et* A^7N^4*ald.*
9–10 sollicitus. Vnde Π*NEdd.* : ualde sollicitus *J* : ualde sollicitus. Vnde A^7K 10 cura de me Π*N* : de me cura *θEdd. ante Gron.* 11 quaesitus $M^2DAN\theta$: quaestus *PR* : questus *CMB* *om.* se . . . nemo *C* nomen $A^7N^4\theta$: *om.* Π*N* mihi $\Pi N^4\theta$ *Edd.* : *om. AN* 12 tum (nemo) Π*NEdd.* : tunc θ 13 tunc (maturior) Π*NEdd.* : tum θ 14 Carthaginiensi] -si *DANθ* : -se π, *cf.* 27. 4. 15 *adn.*

post fusos fugatosque quattuor exercitus Punicos, post tot
urbes ui captas aut metu subactas in dicionem, post perdo- 15
mita omnia usque ad Oceanum, tot regulos, tot saeuas gentes,
post receptam totam Hispaniam ita ut uestigium belli nul-
lum reliquum sit, eleuare meas res gestas, tam hercule quam, 16
si uictor ex Africa redierim, ea ipsa eleuare quae nunc retin-
endi mei causa ut terribilia eadem uideantur uerbis extol-
luntur.

'Negat aditum esse in Africam, negat ullos patere portus. 17
M. Atilium captum in Africa commemorat, tamquam M.
Atilius primo accessu ad Africam offenderit, neque recorda-
tur illi ipsi tam infelici imperatori patuisse tamen portus
Africae, et res egregie primo anno gessisse et quantum ad
Carthaginienses duces attinet inuictum ad ultimum perman-
sisse. Nihil igitur me isto exemplo terrueris. Si hoc bello 18
non priore, si nuper et non annis ante quadraginta ista ita
clades accepta foret, qui ego minus in Africam Regulo capto
quam Scipionibus occisis in Hispaniam traicerem? Nec 19
felicius Xanthippum Lacedaemonium Carthagini quam me
patriae meae sinerem natum esse, cresceretque mihi ex eo
ipso fiducia quod possit in hominis unius uirtute tantum
momenti esse. At etiam Athenienses audiendi sunt temere 20
in Siciliam omisso domi bello transgressi. Cur ergo, quo- 21
niam Graecas fabulas enarrare uacat, non Agathoclem potius,
Syracusanum regem, cum diu Sicilia Punico bello ureretur,

14 post fusos $C^4DA^7N^4\theta$: fusos πN tot $CA^7N^4\theta$*Edd.* : et πN 15 belli nullum Π*N.ald.* : nullum belli θ*Frob.*2, *pari iure* (*sed cf.* 27. 37. 5 *adn.*) 17 res egregie (*sed* -iae *P*) *P*θ : res egregias π^2*Aldus* : res gestas ab eo egregias *AN Edd. ante Ald.* (*qui om.* gessisse, *u. adn. sq.*) : res gestas egregias *Gron.* gessisse $\pi A^7N^4\theta$*Aldus* : *om. AN*, *quos sequitur Gron.* 18 isto $\pi^1N\theta$: istota *P*, *unde* isto tu *Gron.*, *sed error ex dittogr. ortus est* quadraginta (*uel* xxxx *uel* xl) $\pi N\theta$: xxx *C* : l *Perizonius*, *fort. recte*, *cf.* 29. 28. 5 ista ita N^4*Vat* : ista Π*N*θ *Edd.*, *et sic malit Johnson* qui π*NSp?Frob.*2 : quin C^1 *uel* $C^3DAN\theta$*ald.* traicerem $\Pi^2N\theta$: traieci traicerem *P* 19 ex eo Π*N.ald.Frob.*1.2 : ex θ ipso *ald.Frob.*1.2 : ipsa Π*N*θ possit Π*N.ald.Frob.*1.2 : posset θ 20 At π *Edd.* : ac *BDN* : *om.* θ 21 enarrare Π*N* *ald.* : narrare θ*Frob.*2 bello πA^7N^2 *uel* N^4 *rescriptus* θ : *om. AN*

transgressum in hanc eandem Africam auertisse eo bellum
unde uenerat refers?

44 'Sed quid, ultro metum inferre hosti et ab se remoto peri-
culo alium in discrimen adducere quale sit, ueteribus ex-
2 ternisque exemplis admonere opus est? Maius praesentiusue
ullum exemplum esse quam Hannibal potest? Multum
interest alienos populere fines an tuos uri exscindi uideas;
3 plus animi est inferenti periculum quam propulsanti. Ad
hoc maior ignotarum rerum est terror: bona malaque hostium
4 ex propinquo ingressus fines adspicias. Non sperauerat
Hannibal fore ut tot in Italia populi ad se deficerent: defe-
cerunt post Cannensem cladem: quanto minus quicquam
in Africa Carthaginiensibus firmum aut stabile est infidis
5 sociis, grauibus ac superbis dominis! Ad hoc nos, etiam
deserti ab sociis, uiribus nostris milite Romano stetimus:
Carthaginiensi nihil ciuilis roboris est: mercede paratos
milites habent, Afros Numidasque, leuissima fidei mutandae
6 ingenia. Hic modo nihil morae sit, una et traiecisse me
audietis et ardere bello Africam et molientem hinc Hanni-
balem et obsideri Carthaginem. Laetiores et frequentiores

44 2 Maius . . . potest? A^7 *uel* $A^8N^4\theta$: *om.* Π*N*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* populere *ald.* : populare π*N* (-ri $C^3D\theta$) exscindi (*sed* exc-) π (*sed* e- *in ras. P*) : et exscindi θ : excindique C^2DAN.*ald. Frob.*1.2, *sed u.* 27. 16. 6 *adn.* propulsanti $\Pi^2N\theta$: procusanti *P ut uid.* (*non ut refert Luchs*) 3 Ad hoc DN^4 *ut s. l. Edd.* : adhuc π*N*: ad hec θ ingressus $A^7(A^8?)N^4\theta$: egressus (exg- *PRMB*) π : *om. AN* 4 populi ad se *Sp ut uid.* A^7(a se)$N^4\theta$ *Edd.* : dse *P*: ad se Π^2 : a se *AN* deficerent : defecerunt *Sp ut uid.* A^7J *Frob.*2 : deficerent πM^2(dif-)*N*: defecerunt P^1 *uel* P^2(-fic-)R^2MB : deficerent, quot defecerunt *K.ald.* stabile $CM^2B^xAN\theta$: stabilem π, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* est θ*Frob.*2 : sit Π*NJ ut s. l. Aldus*, *cf. c.* 43. 8 : *om. Edd. ante Ald.* 5 Ad hoc Π*N* : ad hec θ*ald.Frob.*1.2 nos Π*N Edd.* : *om.* θ deserti Π*NJ ut s. l. Edd.* : non dissentientes θ mutandae (*uel* -de) A^7N^2 *uel* $N^4\theta$: mutante (-tae *P*) π (nut- *D*), *cf. c.* 39. 22 *adn.* : mutate *AN*: mutantes M^3 6 et molientem hinc Hannibalem et Π*N*θ*ald.* : *temptabant* et moliente hinc H—e *Madv.*, et moliri tandem hinc H—em et *Friedersdorff* (et . . . H—em *delebat Luchs* 1879), *frustra, nam monet Johnson discedentis hostis ipsum tumultum uelut ad aures patrum uenturum repraesentari Participio, Infinitiuo id tantum quod narraturi sint alii*

ex Africa exspectate nuntios quam ex Hispania accipiebatis.
Has mihi spes subicit fortuna populi Romani, di foederis ab 7
hoste uiolati testes, Syphax et Masinissa reges quorum ego
fidei ita innitar ut bene tutus a perfidia sim.

'Multa quae nunc ex interuallo non apparent bellum 8
aperiet: id est uiri et ducis, non deesse fortunae praebenti se
et oblata casu flectere ad consilium. Habebo, Q. Fabi, 9
parem quem das Hannibalem; sed illum ego potius traham
quam ille me retineat. In sua terra cogam pugnare eum, et
Carthago potius praemium uictoriae erit quam semiruta
Bruttiorum castella. Ne quid interim dum traicio, dum 10
expono exercitum in Africa, dum castra ad Carthaginem
promoueo, res publica hic detrimenti capiat, quod tu,
Q. Fabi, cum uictor tota uolitaret Italia Hannibal potuisti
praestare, hoc uide ne contumeliosum sit concusso iam et 11
paene fracto Hannibale negare posse P. Licinium consulem,
uirum fortissimum, praestare, qui ne a sacris absit pontifex
maximus ideo in sortem tam longinquae prouinciae non
uenit. Si hercules nihilo maturius hoc quo ego censeo 12
modo perficeretur bellum, tamen ad dignitatem populi

6 exspectate (*uel* exp-) π(-ante *D*)*N*θ: ex-(es- N^{7})pectare CN^{7} 7 fidei ita *Sp ut uid.* $A^{7}N^{2}$ *uel* $N^{3}\theta$: fidei ita (ita ut *D*) perfidei (-dia *P*: -dēs C^{2}: -dię *D*: -di *AN*) ita (*om.* ita *D*) $\Pi^{1}N$, *cf.* 29. 5. 6 *adn.* innitar $PB^{2}ANSp$ *ut uid.* θ (-tor *D*: -ta π^{2}, *sed* inita *C*) a perfidia (-diis N^{4}) sim $CA^{7}N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2: perfidia sim *Sp*: a perfidia sin *PR* (-ias in): a perfidiis (*uel* -dis) in $R^{2}MBDA$: a perfidiis *N* 8 id Π*N*: et id $A^{7}N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2 oblata $A^{7}N^{4}$ *ut s. l.* θ (abl- Π*N*) flectere $B^{x}A^{7}N^{4}$(*uel* confl-) *ut s. l.* θ: plectere Π: conplectere *N* 9 potius (praemium) N^{4} *uel* $N^{3}\theta$ *Edd.*: *om.* Π*N* uictoriae *CBDAN*θ: uictoria *PRM* (-ori M^{1} *uel* M^{3}) 10 promoueo, r. p. DA^{7}(*sed* p. R.)$N^{2}\theta$: promoueres̄p̄ π: promouero *C* (*add.* res publica aliquid C^{4}): promouere .p̄. p̄ *AN* Hannibal π*N*θ: hannibali P^{2} *uel* $P^{1}C$ 11 *om.* praestare . . . fortissimum *D* concusso π*N* *Aldus*: contuso θ *Edd. ante Ald.* paene $P^{5}M^{2}$ *uel* $M^{7}A^{7}N^{4}\theta$: pagine π*N* (*sed in P nescio quid supra* -ag- *scriptum nunc erasum est*): gine *C*, *spat. ii litt. ante* g- *relicto* uenit Π*N*θ*ald.*: ueniat *Sp?Frob.*2 12 hercules π: hercule $P^{4}M^{3}A^{6}$(erc- *A*)*N*θ*ald.Frob.*1.2: *delet* M^{7}

Romani famamque apud reges gentesque externas pertine-
bat, non ad defendendam modo Italiam sed ad inferenda
etiam Africae arma uideri nobis animum esse, nec hoc credi
13 uolgarique quod Hannibal ausus sit neminem ducem Roma-
num audere, et priore Punico bello tum cum de Sicilia
certaretur totiens Africam ab nostris exercitibusque et classi-
bus oppugnatam, nunc cum de Italia certetur Africam
14 pacatam esse. Requiescat aliquando uexata tam diu Italia:
15 uratur euasteturque in uicem Africa. Castra Romana potius
Carthaginis portis immineant quam nos iterum uallum
hostium ex moenibus nostris uideamus. Africa sit reliqui
belli sedes; illuc terror fugaque, populatio agrorum, defectio
sociorum, ceterae belli clades, quae in nos per quattuor-
decim annos ingruerunt, uertantur.
16 'Quae ad rem publicam pertinent et bellum quod instat
17 et prouincias de quibus agitur dixisse satis est: illa longa
oratio nec ad uos pertinens sit, si quemadmodum Q. Fabius
meas res gestas in Hispania eleuauit sic ego contra gloriam
18 eius eludere et meam uerbis extollere uelim. Neutrum
faciam, patres conscripti, et si nulla alia re, modestia certe
et temperando linguae adulescens senem uicero. Ita et uixi
et gessi res ut tacitus ea opinione quam uestra sponte con-
ceptam animis haberetis facile contentus essem.'

12 externas C^4M^3ANJ: exteras *DK*: externis π 13 tum cum π*N Edd.*: tum *D*: cum θ certaretur Π*N Edd.*: certabatur θ ab π: a *AN.ald.*: *om. Sp?θFrob.2* exercitibusque π (*cf.* 27.21.1 *adn.*): *om.* -que *Sp ut uid. ANθald.Frob.*1.2 nunc cum A^7N^4*θald.Frob.*1.2: nunc π*N*: nunc autem (?) cum M^7: *om. D* certetur π*N.ald.*: certatur *Sp?θFrob.2*: certaretur *M* pacatam $M^x(M^7?)\ DA^7N^4\theta$: paratam π*N* (patam *N*) 14 tam Π*N.ald.*: *om. SpθFrob.2* euasteturque Π*N.ald.*: populeturque $SpA^7\theta$*Frob.2*, *mire* 15 potius $C^2DAN\theta$: potius quam π reliqui Π*N.ald. Frob.*1.2: reliqua θ ceterae (*uel* -re) Π*NK*: cetera *J* uertantur $DA^6\theta$: uersantur π (-sent- M^1 *uel* M^2AN) 16 pertinent M^2 *uel* $M^7\theta$: pertinet Π*N* et bellum Π*N Edd.*: bellum θ 17 sit, si Π*N Edd.*: sit *J*: si *K* ego Π*N*: et ego *θald. Frob.*1.2, *non male* 18 nulla $C^2A^6N^4\theta$: ulla Π*N* et temperando Π*N*: attemperando $N^4\theta$: et temperamento *ald. Frob.*1.2 gessi res πθ: res gessi *AN.ald.Frob.*1.2, *cf.* 29. 3. 10 *adn.*

Minus aequis animis auditus est Scipio quia uolgatum 45
erat si apud senatum non obtinuisset ut prouincia Africa
sibi decerneretur, ad populum extemplo laturum. Itaque 2
Q. Fuluius, qui consul quater et censor fuerat, postulauit
a consule ut palam in senatu diceret permitteretne patribus
ut de prouinciis decernerent staturusque eo esset quod cen-
suissent an ad populum laturus. Cum Scipio respondisset 3
se quod e re publica esset facturum, tum Fuluius: 'Non 4
ego ignarus quid responsurus facturusue esses quaesiui,
quippe cum prae te feras temptare te magis quam consulere
senatum et ni prouinciam tibi quam uolueris extemplo
decernamus paratam rogationem habeas. Itaque a uobis, 5
tribuni plebis, postulo' inquit 'ut sententiam mihi ideo non
dicenti quod, etsi in meam sententiam discedatur, non sit
ratum habiturus consul auxilio sitis.' Inde altercatio orta 6
cum consul negaret aequum esse tribunos intercedere quo
minus suo quisque loco rogatus sententiam diceret. Tri- 7
buni ita decreuerunt: 'Si consul senatui de prouinciis
permittit, stari eo quod senatus censuerit placet, nec de ea
re ferri ad populum patiemur; si non permittit, qui de ea re
sententiam recusabit dicere auxilio erimus.'

Consul diem ad conloquendum cum collega petit; postero 8
die permissum senatui est. Prouinciae ita decretae: alteri

45 2 Q. (*uel* quintus) $M^8A^7N^2$ *uel* N^4 *rescriptus* θ : *om.* Π*N* et censor A^7 *uel* A^8N^4θ*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* 3 e πA^7*NK* : *om.* *CA* : de N^7J esset Π*N.ald.Frob.*1.2 : credidisset N^4θ (*unde fort.* esse credidisset *conicere in promptu est, sed nihil mutandum*) : censuisset *Vat*, *cf.* § 8 4 te magis π (*et add.* te *etiam post* consulere *RM*) : magis *AN*θ*ald.Frob.*1.2 extemplo (extim- *D*) π^4 *N*θ : exemplo *PMB* 5 ideo *ald.Frob.*1.2 : de eo Π*N*θ dicenti A^7N^4 *ut s. l. rescriptus* θ : dicendo Π*N* etsi *Gron.* : est Π*N* : si A^6N^4θ *Edd. ante Gron.* 6 *ante* rogatus *add.* senator A^6N^4 *rescriptus* θ*ald.Frob.*1.2 : *ignorant* Π*N* 7 senatui A^7N^4 *rescriptus* θ : atu ui π (*i.e.* consulatu ui) : atui P^2?*AN* : *om.* C^xD censuerit A^x *ald.Frob.*1.2 : censuerit ferri Π*N*θ (*de uoce praesumpta cf.* 29. 5. 6 *adn.*) placet A^x*ald.Frob.*1.2 : placeat Π*N*θ recusabit A^7?θ *Edd.* : recusauit Π*N*, *cf. e.g.* 27. 20. 3 (belli) *adn.* 8 petit Π*N*, *cf.* 27. 5. 9 *adn.* : petiit N^4θ*ald.Frob.*1.2 decretae M^2A^7? N^2θ *Edd.* : creditae Π*N*

consuli Sicilia et triginta rostratae naues quas C. Seruilius superiore anno habuisset; permissumque ut in Africam, si
9 id e re publica esse censeret, traiceret; alteri Bruttii et bellum cum Hannibale, cum eo exercitu quem ††. L. Veturius et Q. Caecilius sortirentur inter se compararentue uter in Bruttiis duabus legionibus quas consul reliquisset
10 rem gereret, imperiumque in annum prorogaretur cui ea prouincia euenisset. Et ceteris † praeter consules praetoresque qui exercitibus prouinciisque praefuturi † erant pro-
11 rogata imperia. Q. Caecilio sorti euenit ut cum consule in Bruttiis aduersus Hannibalem bellum gereret.

12 Ludi deinde Scipionis magna frequentia et fauore spectantium celebrati. Legati Delphos ad donum ex praeda Hasdrubalis portandum missi M. Pomponius Matho et Q. Catius. Tulerunt coronam auream ducentum pondo et simulacra spoliorum ex mille pondo argenti facta.

13 Scipio cum ut dilectum haberet neque impetrasset neque magnopere tetendisset, ut uoluntarios ducere sibi milites
14 liceret tenuit et, quia impensae negauerat rei publicae

9 quem†† Π*Nθ*] *hic lacunam notauit Sigonius*, quem ⟨L. Veturius aut Q. Caecilius habuit et ut⟩ *temptans* : quem ⟨mallet ex duobus quos consules habuissent⟩ *Weissenb.* (*cf.* 36. 1. 9) : quem ⟨mallet ex duobus qui ibi essent⟩ *Madv.* : quem ⟨mallet⟩ *conicias* (mallet *post* -m *et ante* l. uet- *excidisse ratus*), *uix satis clare* : *lacunam hic esse negauit Gron.*, *qui* (*i*) *ante* sort. *add.* hi et (*ii*) *scrips.* aut Q. *pro* et Q. (*iii*) *interpunxit post* Caec. (*subaudiendo* habuisset), *dure*. *Cf. de re cc.* 10. 10; 11. 12; 46. 2 compararentue] -ue *Med.* 3, *ald.Frob.*1.2 : ut *πN* : *om. Dθ* : -que C^4 10 †praeter consules praetoresque Π*Nθald.* : praetoribus consulibusque *Frob.*2 : propraetoribus proconsulibusque *Pighius*. *In loco difficili difficillimum nobis uidetur* praefuturi, *quod cum* prorogata *coniunctum siue referas ad* ceteris *siue ad* consules praetoresque *nequimus intellegere; haud scimus an* praeter . . . praetoresque *ut glossema uoci* ceteris *additum delendum sit et* praefuerant *scribendum; suspicamur tamen alteram aliquam lacunam. Coniecturam suam* (*Em. p.* 414 *sq.*) *retraxit Madv.* (1886), *nec felicior Luchs* 11 sorti *πθ* (*ut e.g.* 29. 20. 4) : sorte *BAN* : *om. C*
12 missi *C^xDANθ Edd.* : missis *π*, *cf.* 26. 40. 14 *adn.* : missi sunt *M* et Q. *K.ald.Frob.*1.2 (*cf.* 27. 43. 12) : atque Π*N* : et que *P^1 uel P^2* : at Q. *A^7* : et quartus *J* spoliorum *SpD$A^7$$N^4$ rescriptus θ* (-iarum *π* : -arum *N*) ex mille *SpFrob.*2 : et ∞ *PC* : et x *RM BANθald.* : ex. x. *D* facta *SpDJFrob.*2 : facti Π*NK.ald.*
14 quia *π$A^7$$N^4$ Edd.* : *om. AN*

futuram classem, ut quae ab sociis darentur ad nouas fabri-
candas naues acciperet. Etruriae primum populi pro suis
quisque facultatibus consulem adiuturos polliciti: Caerites 15
frumentum sociis naualibus commeatumque omnis generis,
Populonenses ferrum, Tarquinienses lintea in uela, Vola-
terrani interamenta nauium et frumentum, Arretini tria 16
milia scutorum, galeas totidem, pila gaesa hastas longas,
milium quinquaginta summam pari cuiusque generis numero
expleturos, secures rutra falces alueolos molas quantum in 17
quadraginta longas naues opus esset, tritici centum uiginti
milia modium et in uiaticum decurionibus remigibusque
conlaturos; Perusini Clusini Rusellani abietem in fabrican- 18
das naues et frumenti magnum numerum; abiete ⟨et⟩ ex
publicis siluis est usus. Vmbriae populi et praeter hos 19
Nursini et Reatini et Amiternini Sabinusque omnis ager
milites polliciti. Marsi Paeligni Marrucinique multi uolun-
tarii nomina in classem dederunt. Camertes cum aequo 20
foedere cum Romanis essent cohortem armatam sescento-
rum hominum miserunt. Triginta nauium carinae, uiginti 21

14 ut quae A^7 *uel* A^6 (que) N^x(N^3?)θ : ui (iii *C*) quae (que *A*) Π*N* quisque Π*N*θ : quosque *I. H. Voss, male* adiuturos M^3 $A^7N^4\theta$ (adit- Π*N*) polliciti C^4M^7?$A^7N^7\theta$ (-te ΠN^1 : -tos *N*) 15 Caerites (*uel* cer-) π*N*θ : *om. C spatio relicto* : daturique C^4 Populonenses Π*N*θ, *recte, cf. It. Dial. p.* 390 (-niens- *Edd. perperam*) Volaterrani Π*N* (uolterr- N^1 : uoltern- θ), *cf. e.g.* 10. 12. 4 *et It. Dial. l.c.* interamenta . . . Arretini] *om. C* interamenta π*N*θ *Edd. ante Gron.* (*uocab. alibi ignotum*) : inceramenta *Gron., feliciter, Iuu.* 10.55 *et Ou. Her.* 5. 42 *conferens* : ferramenta *det. unus, non male* 16 tria milia] ∞ ∞ ∞ *PC* : xxx *RMBD AN* : IIII milia θ : triginta milia *Edd. ante Gron.* quinquaginta Π*N.ald.Frob.*1.2 : quadraginta *Sp*θ summam Π*NSp ut uid. Edd.* : summa N^4(-m *delendo*)N^6(-m *exsculpendo*)θ 17 rutra A^7N^4J K^1 : rubra Π*NK* molas π *N*θ : naues *M* centum uiginti *SpFrob.*2 : centum et uiginti (*uel* c et xx) Π*N.ald.* : cxx *J* : cxxx *K* 18 Rusellani] -s- θ, *cf.* 10. 4. 5 : -ss- Π*N* abietem *Sp*θ *Frob.*2 : abietes Π*N.ald., cf.* 27. 17. 1 *adn.* ⟨et⟩ ex *Walters* : ex Π *N*θ *Edd.* 19 et praeter hos Nursini Π*N.ald.* : nursinique *Sp*θ*Frob.*2 omnis ager πθ*Frob.*2 : ager omnis *AN.ald.* (*cf.* 29. 3. 10 *adn.*) 20 Camertes A^x(A^7?)*ald.Frob.*1.2, *cf.* 9. 36. 7 : cameries π*N* (-ites N^4 : -ates θ)

quinqueremes decem quadriremes, cum essent positae ipse ita instituit operi ut die quadragensimo quinto quam ex siluis detracta materia erat naues instructae armataeque in aquam deductae sint.

46 Profectus in Siciliam est triginta nauibus longis, uolun-
2 tariorum septem ferme milibus in naues impositis. Et P. Licinius in Bruttios ad duos exercitus consulares uenit. Ex iis eum sibi sumpsit quem L. Veturius consul habuerat:
3 Metello ut quibus praefuisset legionibus iis praeesset, facilius cum adsuetis imperio rem gesturum ratus, permisit. Et
4 praetores diuersi in prouincias profecti. Et quia pecunia ad bellum deerat, agri Campani regionem a fossa Graeca ad
5 mare uersam uendere quaestores iussi, indicio quoque permisso qui ager ciuis Campani fuisset, uti is publicus populi Romani esset; indici praemium constitutum, quantae pecu-
6 niae ager indicatus esset pars decima. Et Cn. Seruilio praetori urbano negotium datum ut Campani ciues, ubi cuique ex senatus consulto liceret habitare, ibi habitarent, animaduerteretque in eos qui alibi habitarent.

7 Eadem aestate Mago Hamilcaris filius ex minore Baliarium insula, ubi hibernarat, iuuentute lecta in classem imposita in Italiam triginta ferme rostratis nauibus et multis

21 quinqueremes . . . quadriremes Π*N*θ : *simplicius erat* . . . ium . . . ium   instituit Π*N*∂ (instituit *scribere uoluit* P^2, *sed* -u- *post erasum est*)   quam A^7 *uel* A^8N^4 *rescriptus* θ : cum Π*N*   sint θ*ald.Frob.*1.2 : sunt *P*, *cf.* 27. 1. 13 *adn.* : *om.* Π^2N
46 1 uoluntariorum $CA^x\theta$ (-lumpt- *PA* : -lupt- C^2RMBDN, *cf.* 29. 1. 1 *adn.*)   septem (*uel* VII) Π*N* : LIII $A^8\theta$ 3 praefuisset $C^2M^2A^8N^4\theta$: praefuisse Π*N*   legionibus iis (*uel* his *uel* is) praeesset A^7N^4(*sed hic ut uid. post* facilius)θ*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   4 a (fossa) $A^6\theta$*ald.Frob.*1.2 : ac A^7N^4 *uel* N^3 : *om.* Π*N*   uersam Π*N* *Edd.* : *del.* N^4 : egressam $N^x\theta$ 5 indicio *AK.ald.Frob.*1.2 : iudicio (-itio *R*) πNJ uti is *PC* (ut iis) *R* : ut his R^2MBDN : ut is $AN^1\theta$ indicatus (-duc- *D*) $\pi A^6N^4\theta$*ald.Frob.*1.2 : indictus *AN* : iudicatus *V*, *non male*   6 Cn. Π*N* *Edd.* : p. θ (*cf. sis* § 12 *et* 30. 1. 7 *adnn.*)   ubi cuique Π*N.ald.* : ubicunque (*uel* -cūq-) $SpN^4\theta$ habitare, ibi Π*N.ald.* : *om.* $Sp\theta$*Frob.*2   animaduerteret . . . habitarent] *om.* *N* : *add. in marg.* N^4 (*qui* i sicilia *add. ut s. l. supra* liceret)   alibi $\Pi^2N^4\theta$: alibet *P*   7 Baliarium] *sic P in c.* 37. 8 : baliarum Π*N* (bale- $C\theta$, *sed u.* 27. 18. 7 *adn.*)

onerariis duodecim milia peditum duo ferme equitum 8
traiecit, Genuamque nullis praesidiis maritimam oram tutan-
tibus repentino aduentu cepit. Inde ad oram Ligurum
Alpinorum, si quos ibi motus facere posset, classem adpulit.
Ingauni—Ligurum ea gens est—bellum ea tempestate gere- 9
bant cum Epanteriis Montanis. Igitur Poenus Sauone 10
oppido Alpino praeda deposita et decem longis nauibus in
statione ad praesidium relictis, ceteris Carthaginem missis
ad tuendam maritimam oram quia fama erat Scipionem 11
traiecturum, ipse societate cum Ingaunis quorum gratiam
malebat composita Montanos instituit oppugnare. Et cres-
cebat exercitus in dies ad famam nominis eius Gallis undique
confluentibus. Ea ⟨res⟩ litteris cognita Sp. Lucreti, ne 12
frustra Hasdrubale cum exercitu deleto biennio ante forent
laetati si par aliud inde bellum duce tantum mutato orere-
tur, curam ingentem accendit patribus. Itaque et M. Liuium 13
proconsulem ex Etruria uolonum exercitum admouere Arimi-
num iusserunt, et Cn. Seruilio praetori negotium datum ut,
si e re publica censeret esse, duas urbanas legiones imperio
cui uideretur dato ex urbe duci iuberet. M. Valerius
Laeuinus Arretium eas legiones duxit.

Iisdem diebus naues onerariae Poenorum ad octoginta 14
circa Sardiniam ab Cn. Octauio, qui prouinciae prae-
erat, captae; eas Coelius frumento misso ad Hannibalem

7 duodecim (*uel* XII) Π*N Edd.* : XI $A^8\theta$ 9 Ingauni $A^7N^4\theta$: ingaunis Π*N* (*cf.* 26. 40. 14 *adn.*) 10 Sauone $A^7\theta$ *Edd.* : auone Π*N* (aui- C^4) 11 traiecturum Π*N* : traiecturum esse *Sp ut uid.* $A^7\theta$*ald.*(*sed* eo tr. esse)*Frob.2*, *cf.* 27. 38. 5 *adn.* Montanos C^3 M^2 *uel* $M^7AN\theta$: montano π, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* instituit Π*N ald.* : institit *Sp?*A^7 *uel* $A^8\theta$ (*cf. c.* 45. 21 *adn.*) 12 Ea res *Rhen.* : ea Π*NSp*θ*ald.Frob.*1.2, *fort. recte* (*cum* accendere *infra*) Sp. π*N* : p. *CR*θ, *cf.* § 6 *adn.* Hasdrubale *ANSp ut uid.* θ *Edd.* (-li π) oreretur π (orir- $P^4M^2B^2AN\theta$), *cf.* 27. 22. 13 *adn.* accendit Π*NSp*θ*Frob.2* : accendere *Vat* (-dēr) *ald.*, *fort. recte* 13 Liuium $A^8\theta$: liui (*A?*)Π : liuio *N* duas $N^4\theta$ *Edd. ante Gron.* : *om* Π*N*, *cf.* 29. 28. 10 *adn.* imperio cui θ *Gron.* : cui imperio Π*N Edd. ante Gron.* 14 LXXX Π*N Edd.* : XXX θ captae M^7 *uel* $M^2A^8N^4\theta$ *Edd.* : captas Π*N*

commeatuque onustas, Valerius praedam Etruscam Ligurumque et Montanorum captiuos Carthaginem portantes captas
15 tradit. In Bruttiis nihil ferme anno eo memorabile gestum. Pestilentia incesserat pari clade in Romanos Poenosque, nisi quod Punicum exercitum super morbum etiam fames adfecit.
16 Propter Iunonis Laciniae templum aestatem Hannibal egit, ibique aram condidit dedicauitque cum ingenti rerum ab se gestarum titulo Punicis Graecisque litteris insculpto.

14 et (Mont.) Π*N*θ*ald.* : *om. Frob.2* portantes captas *Sp?* A^7 (per p-)N^4 *rescriptus* θ*Frob.2* : per (por- *P*) portantis (*uel* -tes) $\pi^2 N$ (-ndis *D*) 15 gestum π*N Edd.* : gestam *D* : actum θ quod CM^3 $N^1\theta$: quo π*N* 16 Propter $N^4\theta$ *Edd.* : pro Π*N* : prope A^x Laciniae $C^2M^2AN\theta$ (lic- *K*) : lacinia π : lasciuia *D* aestatem A^7? *uel* *AN*θ : aestate Π(*A?*) ab se N^4 *rescriptus* θ : *om.* Π*N* insculpto $CM^3DAN\theta$: isculipto (inc- *P*) P^2R (-col-) : insculipto R^2M *B* *Adscribit* P^2 recognobi *post* isculipto

Subscriptiones : titi liui ab urbe condita liber xxviii explicit incipit liber xxviiii feliciter *P et sim. ceteri*

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

LIBER XXIX

SCIPIO postquam in Siciliam uenit, uoluntarios milites 1
ordinauit centuriauitque. Ex iis trecentos iuuenes, florentes 2
aetate et uirium robore insignes, inermes circa se habebat, ignorantes quem ad usum neque centuriati neque armati seruarentur. Tum ex totius Siciliae iuniorum numero prin- 3
cipes genere et fortuna trecentos equites qui secum in Africam traicerent legit, diemque iis qua equis armisque instructi atque ornati adessent edixit. Grauis ea militia, procul domo, 4
terra marique multos labores magna pericula allatura uidebatur; neque ipsos modo sed parentes cognatosque eorum ea cura angebat. Vbi dies quae dicta erat aduenit, arma 5
equosque ostenderunt. Tum Scipio renuntiari sibi dixit quosdam equites Siculorum tamquam grauem et duram horrere eam militam: si qui ita animati essent, malle eos sibi 6
iam tum fateri quam postmodo querentes segnes atque inutiles milites rei publicae esse; expromerent quid sentirent;

I 1 uoluntarios DA^1 *uel* $A^7H\theta$: uoluptarios (uoluet- C^1 : uoluptu- *M*) π*N*, *cf.* 28. 46. 1 *adn.* 2 iis *PCR* : his $R^2MBDANHK$: hiis *J*, *cf.* § 7 et Π*NH.ald.Frob.*1.2 : *om.* θ insignes, inermes *scripsimus* (*fort. ab* N^4 *confirmati qui* inermis *non delet*), *cf. c.* 7. 7 *adn.*: insignes (*uel* -is) SpA^7N^4 *ut s. l.* θ*Frob.*2 : inermis Π*NH* (inh- *CBAN*) *ald. Gron.* 4 angebat $\Pi^2NH\theta$: agebat *P*
5 dicta Π*NH* : edicta θ*ald.Frob.*1.2 arma $\pi B^2NSp?H\theta$*Frob.*2 : armę *B* : et arma *ald.*, *non male* (*sine puncto post* ostenderunt) dixit πB^2NH*.ald.Frob.*1.2 : *om.* θ : iussit (*sed ante* sibi) *B*
6 qui ita θ*ald.Frob.*1.2 : quita *P* (*cf.* 27. 1. 11 *adn.*) : qui Π^2NH sibi iam $Sp?A^7N^4$ *ut s. l. Frob.*2 : sibi θ*ald.* : si iam π : se iam *DA?N H* : si C^2 : se A^x tum Π*NH* : tunc *Sp ut uid.* θ*ald.Frob.*1.2 *et sic* θ *in* § 5 (*cf. c.* 11. 6) fateri Π*NSp ut uid. H* : pateri *J* (-re A^x *ut s. l. K*)

7 cum bona uenia se auditurum. Vbi ex iis unus ausus est dicere se prorsus, si sibi utrum uellet liberum esset, nolle
8 militare, tum Scipio ei: 'Quoniam igitur, adulescens, quid sentires non dissimulasti, uicarium tibi expediam cui tu arma equumque et cetera instrumenta militiae tradas et tecum hinc extemplo domum ducas exerceas docendum cures equo
9 armisque.' Laeto condicionem accipienti unum ex trecentis quos inermes habebat tradit. Vbi hoc modo exauctoratum equitem cum gratia imperatoris ceteri uiderunt, se quisque
10 excusare et uicarium accipere. Ita trecentis Siculis Romani equites substituti sine publica impensa. Docendorum atque exercendorum curam Siculi habuerunt, quia edictum im-
11 peratoris erat ipsum militaturum qui ita non fecisset. Egregiam hanc alam equitum euasisse ferunt multisque proeliis rem publicam adiuuisse.

12 Legiones inde cum inspiceret, plurimorum stipendiorum ex iis milites delegit, maxime qui sub duce Marcello milita-
13 uerant, quos cum optima disciplina institutos credebat tum etiam ab longa Syracusarum obsidione peritissimos esse urbium oppugnandarum; nihil enim paruum sed Carthaginis

7 iis *C*: its *P*: is P^2R: his R^2MBDAN^1(*om. N*)$H\theta$ (hiis *J*) uellet *Sp?θFrob.*2, *cf. ed. Cantab. Liui libri II App. II B* (1) *cum p.* 195 (*de* 2. 57. 3): uelit Π*NH*. *Cf.* 27. 17. 14 *adn.* liberum Π*NHK*: liberum diceret *J* 8 ei $A^7N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: et Π*N*(*quod del.* N^2)*H* expediam $P^4A^7N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2: expeditiam Π*N*, *cf.* 27. 20. 8 *adn.* hinc Π*NHθald.Frob.*1.2: ex N^4 *ut s. l.* extemplo P^4CM^2 *uel* M^1A^7 *uel* A^8H *Edd.*: exemplo π*N* 9 Laeto Π*N.ald.Frob.*1.2: cui laeto $N^4H\theta$ 10 Siculis (Rom.) $M^1A^7N^4H$: siculi Π(*M?*)*N* atque exercendorum A^7N^4H(ac ex-)*θald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*, *linea haud amplius xvii litt. perdita*, *cf.* § 11 *et* 26. 51. 8 *adn* 11 egregiam M^1 *uel* $M^2A^7H\theta$: egreciam MN^4: egraeciam *PR*: e graecia (*uel* grecia) *CBDAN* multisque proeliis remp̄. A^8N^4(*hic post* adiuuisse)*Hθald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* *sc. lineam fort. xviii litt.*, *cf.* § 10 *et* 26. 51. 8 *adn.* 12 inspiceret Π*NH.ald.Frob.*1.2: aspiceret θ 13 quos $C^4ANH\theta$*ald.Frob.*1.2: quod π(*C?*) credebat $\Pi^2NH\theta$: credebant *PVat*, *cf.* 27. 17. 4 *adn.* tum $CMB^2ANH\theta$: tu π: tu[1] P^x paruum PCA^8N^4 (*ut s. l.?*)*Hθ Edd.*: eum *R*: reum R^2MBD: rerum B^2AN; *primo aliud aliquid scripserat P quod ipse erasit*, -ruu- *supra rasuram addens*

iam excidia agitabat animo. Inde exercitum per oppida 14 dispertit; frumentum Siculorum ciuitatibus imperat, ex Italia aduecto parcit; ueteres naues reficit et cum iis C. Laelium in Africam praedatum mittit; nouas Panhormi subducit, quia ex uiridi materia raptim factae erant, ut in sicco hibernarent.

Praeparatis omnibus ad bellum Syracusas, nondum ex 15
magnis belli motibus satis tranquillas, uenit. Graeci res a 16
quibusdam Italici generis eadem ui qua per bellum ceperant retinentibus, concessas sibi ab senatu repetebant. Omnium 17
primum ratus tueri publicam fidem, partim edicto, partim iudiciis etiam in pertinaces ad obtinendam iniuriam redditis suas res Syracusanis restituit. Non ipsis tantum ea res sed 18
omnibus Siciliae populis grata fuit, eoque enixius ad bellum adiuuerunt.

Eadem aestate in Hispania coortum ingens bellum con- 19
ciente Ilergete Indibili nulla alia de causa quam per admirationem Scipionis contemptu imperatorum aliorum orto: eum 20
superesse unum ducem Romanis ceteris ab Hannibale interfectis [rebantur]; eo nec in Hispaniam caesis Scipionibus alium quem mitterent habuisse, et postquam in Italia grauius

13 excidia Π*NHθ*, *cf. e.g. Verg. Aen.* 2. 643: excidium *Wesenberg, frustra* 14 dispertit (exp- *R*) πR^2*NJ*: dispartit *HK* Panhormi Π*H* (*sed in* 24. 36. 5 panormi *P*, *minus bene*): panormi (-mis *J*) *Nθ* 17 edicto $P^x M^1 (M^3?) A^7$*θ Edd.*: eo dicto π*NH*: *om. C* in Π*NH.ald.Frob.*1.2: *om. θ et del.* N^1 *uel* N^2 *sed punctum rursus exsculpsit* N^x redditis Π*NH.ald.Frob.*1.2: *om. θ* 18 ad (ab *B*) bellum Π*ald.*: *om. N*: bellum N^2*θFrob.*2, *fort. recte, sed facile est* Scipionem *subaudire* adiuuerunt *ANH*: adiuuarunt π: adiuuatur (-uetur *J*) *θ* 19 aestate (aet- *P*) Π^2*NHθ* conciente Π*NSpH.ald.Frob.*1.2: continente *θ* Ilergete SpA^8N^4*θFrob.*2: *om.* Π*N* (*quos seq. Madv.* 1872): illergetes *ald.* contemptu . . . orto Π*NH Edd.*: contemptum . . . ortum *θ* 20 eum Π*NHθ Edd.*: et N^4 *ut s. l. Vat* interfectis *Duker* (*recte* rebantur *secludens*): interfectis rebantur *PCRM*^{1} *uel* M^2 A^7N^4*Hθ*: interficiebantur R^2*MBDAN*: interfectis rebatur *Gron.* (*cf.* § 25), *sed* rebantur *gloss. uidetur esse antiquitus in contextum insertum* nec Π*NH*: neque A^7*θ* Hispaniam *θald.Frob.*1.2: hispania Π*NH*

bellum urgeret, aduersus Hannibalem eum arcessitum.
21 praeterquam quod nomina tantum ducum in Hispania Romani habeant, exercitum quoque inde ueterem deductum;
22 trepida omnia et inconditam turbam tironum esse. nunquam
23 talem occasionem liberandae Hispaniae fore. seruitum ad eam diem aut Carthaginiensibus aut Romanis, nec in uicem
24 his aut illis sed interdum utrisque simul. pulsos ab Romanis Carthaginienses: ab Hispanis, si consentirent, pelli Romanos posse, ut ab omni externo imperio soluta in perpetuum
25 Hispania in patrios rediret mores ritusque. Haec taliaque dicendo non populares modo sed Ausetanos quoque, uicinam gentem, concitat et alios finitimos sibi atque illis
26 populos. Itaque intra paucos dies triginta milia peditum quattuor ferme equitum in Sedetanum agrum, quo edictum erat, conuenerunt.

2 Romani quoque imperatores L. Lentulus et L. Manlius
2 Acidinus, ne glisceret prima neglegendo bellum, iunctis et ipsi

20 urgeret *CM*^{1}*DANH*θ (urget *J*) : urgueret π arcessitum (arcers- *D*) π*NH*, *cf.* 26. 22. 2 *adn.* : accersitum *C*θ 21 habeant *Weissenb.*, *cf.* 27. 17. 14 *adn.* : habebant Π*NH*^{2}*ald.* : haberent *SpH*θ *Frob.*2 22 omnia et *Sp ut uid. A*^{7}θ*ald.Frob.*1.2 (*sc. Anglice 'nothing but confusion and a crowd of raw recruits'*) : omnia ut Π*NH* : omnia ut apud *Koch*, *sed si* ut *tutandum est, optime conicit* incondita in turba *Gron.* (in inc. turba *Madv. olim*) 23 eam *CM*^{2}*B*^{x}*ANH*θ (*cf.* 27. 16. 16 *adn.*) : ea π his *M*^{1} *uel M*^{3}*ANH*θ (hiis *J*) : has π, *sed* nec in uicem has aut *bis scripsit P*, *del. priorem scripturam P*^{2}. *De repetitionibus Puteani, cf. e.g.* 26. 21. 13; 26. 29. 8; 26. 30. 10; 27. 13. 9; 27. 30. 4; 28. 9. 12, 13; 29. 12. 3; 29. 17. 11; 29. 21. 10; 29. 24. 8; 29. 26. 8; 29. 37. 10; 30. 28. 11. (*De rep. breuioribus cf.* 27. 44. 1 *adn.*) utrisque *M*^{2}(*M*^{7}*?*)*ANH*θ (-umq. *J*) : utrique π 24 externo imperio *A*^{7}θ*Frob.*2 : imperio externo (*om.* externo *C*) π*C*^{4}*NH.ald.*, *qui ordo usitatior est sed minore ui sententiam imperatoris indigenae inlustrat* (*cf. de P* 28. 2. 15 *adn.*) *post* imperio *sequuntur in* Π*N uoces* primorum (28. 22. 14) *usque ad* auxiliarium inde (28. 37. 9), *post quas tandem sequuntur uoces* externo soluta (*P. fol.* 402 *r. b. l.* 2), *u.* 28. 22. 14 *adn.* : *errorem ordinis notauerunt P*^{4}*C*^{x}*M*^{10}(*perperam post* posse *inculcationis siglum notans*)*A*^{7}*N*^{2} : *rectum praebent ord H*θ rediret *P*^{4}*C*θ *Edd.* : redire π*NH* 25 taliaque *A*^{7}θ *Edd.* : aliaque (-quae *PCRD*) Π*N* 26 Itaque intra paucos π*N*^{4}θ *Edd.* : inter paucos *N*: intra (inter *H*) paucos itaque *AH* quattuor Π*NH Edd.* : quattuor milia θ

2 1 prima *Sp?*θ*Frob.*2 : primo Π*NH.ald.* 2 et ipsi *N*^{4}θ*ald. Frob.*1.2 : ipsi Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) : ipsis *H* : ipsi tamen *C*^{4}

exercitibus per agrum Ausetanum hostico tamquam pacato clementer ductis militibus ad sedem hostium peruenere et trium milium spatio procul a castris eorum posuerunt castra.
Primo per legatos nequiquam temptatum ut discederetur ab 3
armis; dein cum in pabulatores Romanos impetus repente ab equitibus Hispanis factus esset, summisso ab statione Romana equitatu equestre proelium fuit haud sane memorando in partem ullam euentu. Sole oriente postero die 4
armati instructique omnes mille ferme passus procul a castris Romanis aciem ostendere. Medii Ausetani erant; cornua 5
dextrum Ilergetes, laeuum ignobiles tenebant Hispani populi; inter cornua et mediam aciem interualla patentia satis late fecerant qua equitatum, ubi tempus esset, emitterent. Et 6
Romani more suo exercitum cum instruxissent, id modo hostium imitati sunt ut inter legiones et ipsi patentes equiti relinquerent uias. Ceterum Lentulus ei parti usum equitis 7
fore ratus quae prior in dehiscentem interuallis hostium aciem equites emisisset, Ser. Cornelio tribuno militum im- 8
perat equites per patentes in hostium acie uias permittere

2 exercitibus $C^{2}A^{7}?N^{4}\theta$ *Edd.* : exercitus Π*NH* Ausetanum *PC*M^{3}*D*$A^{7}?\theta$ (aux- *RMBANH*) hostico Π*NH*θ*Aldus* (*cf.* 26. 11. 11 agro uenisse) : in hostico *ed. Par.* 1513 peruenere et M^{3} A^{8}, *Weissenbornium confirmantes* : perueneret *PR* : perueniret $R^{2}M$ *BDAN* : peruenere $N^{4}H\theta$*ald.Frob.*1.2, *fort.* (*cum* eorum *inf.*) *minus bene, quamquam de* -ret *et* -re (*uel* -set *et* -se) *confusis cf. e.g.* 26. 24. 3; 27. 10. 4; 27. 44. 9; 29. 1. 24; 29. 22. 5; 30. 19. 2 : peruenerunt *C* posuerunt Π*NH Edd.* : posuerant θ 3 per legatos $P^{4}CM^{3}A^{7}$ $N^{4}H\theta$: perlatos (-lut- *A*) π$A^{1}N$, *cf. c.* 26. 7 *et* 27. 1. 11 *adnn.* summisso] summ- Π*NH*θ : subm- *X*, *cf.* 26. 44. 4 *adn.* Romana *P*θ*F* (*quem perperam citat Luchs*) : romano π^{2}*NH* equestre proelium Π*NHK.ald.* : proelium equestre *JFrob.*2, *fort. recte*, *cf. c.* 1. 24 *adn.* 4 procul $C^{x}A^{7}(A^{8}?)N^{4}H\theta$ *Edd.* : pro sua Π*N* 5 cornua (dextrum) π*Sp?*$A^{7}\theta$*Frob.*2 : cornu M^{1}*ANH.ald.* fecerant *Gron. praecedente Lov.* 4 (*post* erant *et* tenebant *paene necess.*) : fecerunt Π*NH*θ, *cf.* 27. 6. 2 *adn.* equitatum Π*NH Edd.* : equitem θ 6 instruxissent *ANH*θ *Edd.* : struxissent *PC* : extruxissent *R*(est-)*MBD* 7 interuallis $A^{7}N^{4}$(*ut s. l.?*)*J* (-li Π*NH*, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* : -lum $C^{4}K$) 8 acie uias *Sp*θ*Frob.*2 : aciesui π : acies uias *ANH* : aciem uias *ald.* permittere Π*NH*(-mict-) θ : immittere *Rhen.*

9 equos iubeat. Ipse coepta parum prospere pedestri pugna
tantum moratus dum cedenti duodecimae legioni, quae in
laeuo cornu aduersus Ilergetes locata erat, tertiam decimam
legionem ex subsidiis in primam aciem firmamentum ducit,
10 postquam aequata ibi pugna est, ad L. Manlium inter prima
signa hortantem ac subsidia quibus res postulabat locis
11 inducentem uenit; indicat tuta ab laeuo cornu esse; iam
missum ab se Cornelium procella equestri hostes circum-
fusurum.

12 Vix haec dicta dederat cum Romani equites in medios
inuecti hostes simul pedestres acies turbarunt, simul equiti-
13 bus Hispanorum uiam immittendi equos clauserunt. Itaque
omissa pugna equestri ad pedes Hispani descenderunt.
Romani imperatores ut turbatos hostium ordines et trepida-
tionem pauoremque et fluctuantia uiderunt signa, hortantur
orant milites ut perculsos inuadant neu restitui aciem
14 patiantur. Non sustinuissent tam infestum impetum barbari,
ni regulus ipse Indibilis cum equitibus ad pedes degressis
15 ante prima signa peditum se obiecisset. Ibi aliquamdiu
atrox pugna stetit; tandem postquam ii qui circa regem

9 parum Π*NH*: parumper A^7(*sed* propere *pro* prosp.)N^4 *ut s. l.* *θ*   locata *Sp?θFrob.*2: roga *P*: prona $Π^2$*NH*: locata prona *ald.*, *mire*   ex subsidiis Π*NH.ald.Frob.*1.2: *om.* *Spθ*   10 locis M^3(*an* M^9?)A^7(A^8?)$N^4Hθ$: locus Π*N*: locusque C^4 indicat Π*NSp?HθFrob.*2: indicatque A^v?*ald.*   11 iam . . . circumfusurum] *om. K*   iam missum A^8N^4HJ*.ald.Frob.*1.2 (*sed post* se N^4): iam missum esse π: *om. AN*   ab (se) *PCM* (*cf.* 27. 2. 9 *adn.*): a *NJ*: ad N^4 *ut s. l.*   Cornelium *Madv.*: cornelium seruium Π(*sed* cornil- *BD*)*NSpHJ*: Ser. Cornelium *Frob.* 2, *fort. recte*: Sex. Cornelium (*et sic* (-io) *in* § 8) *ald.*   12 turbarunt A^7(A^8?)N^4H*Frob.*2 (-auerunt *ald.*): turbauit Π*N*: turbare *θ*   immittendi (*uel* inm-) Π*NH* (-mict-): mittendi *θ*   13 Itaque . . . descenderunt] *om. B*: *add.* B^2 omissa πB^2N^7(N^1?)*Hθald Frob.*1.2: com-(cum *Vat*)missa *SpVat*   pedes SpN^4 *ab* N^7 *rescriptus* *θ*: pedestrem πB^2NH*.ald.Frob.*1.2   Hispani descenderunt π$B^2NHθ$ (-nie iesc- *Sp*)   inuadant A^7(A^8?)$N^4Hθ$ *Edd.*: *om.* Π*N*   neu Π*NH ald.Frob.*1.2: nec A^7(A^8?)$N^4θ$: ne C^x restitui aciem $P^4M^7A^7N^4Hθ$: resutui (-tin *AN*) acie Π*N*   14 tam AN^x(*praecedente* N^4)*θ*: tamen π*NH*   Indibilis] -ib- $BA^7θ$, *ut P e.g. in c.* 1. 19: -eb- π*N*; *cf.* 26. 49. 11 *adn.*   degressis π*NSp?Frob.*2 (digr- B^2 *ald.*): digressus (de- C^2) *CH*: digressi $N^2θ$ 15 Ibi Π*Hθ Edd.*: *om. N*: id N^4 aliquamdiu . . . stetit] *om. N*: *supplent* $ΠN^4Hθ$

seminecem restantem deinde pilo terrae adfixum pugnabant
obruti telis occubuerunt, tum fuga passim coepta. Plures 16
caesi, quia equos conscendendi equitibus spatium non fuerat,
et quia perculsis acriter institerunt Romani; nec ante absces-
sum est quam castris quoque exuerunt hostem. Tredecim 17
milia Hispanorum caesa eo die, mille octingenti ferme
capti: Romanorum sociorumque paulo amplius ducenti,
maxime in laeuo cornu, ceciderunt. Pulsi castris Hispani 18
aut qui ex proelio effugerant, sparsi primo per agros, deinde
in suas quisque ciuitates redierunt.

Tum a Mandonio euocati in concilium conquestique ibi 3
clades suas increpitis auctoribus belli legatos mittendos ad
arma tradenda deditionemque faciendam censuere. Quibus 2
culpam in auctorem belli Indibilem ceterosque principes
quorum plerique in acie cecidissent conferentibus tradenti-
busque arma et dedentibus sese, responsum est in deditionem 3
ita accipi eos si Mandonium ceterosque belli concitores
tradidissent uiuos; si minus, exercitum se in agrum Ilerge-
tum Ausetanorumque et deinceps aliorum populorum in-
ducturos. Haec dicta legatis renuntiataque in concilium. 4
Ibi Mandonius ceterique principes comprehensi et traditi ad
supplicium. Hispaniae populis reddita pax; stipendium eius 5
anni duplex et frumentum sex mensum imperatumque sagaque

16 Plures π*θFrob.*2: pluresque *ANH.ald.* caesi (*uel* cesi) Π^2*NHθ*: caci *P* quia (equos) *C*M^3*ANHθ Edd.* (*fort.* et quia *malis*): qui π conscendendi π*NH*: conscendi *θ*: concendi *C* equitibus Π*NHFrob.*2: ab equitib. *θald.* 17 tredecim $A^7\theta$: decem tria Π*NH*, *cf.* 26. 49. 3 *adn.*: xxx[ta] N^4 *ut s. l.* (*postquam* deci (*ante* milia) *ab* N^2 *temptatum est*) mille *P*(∞)$A^8\theta$: *om.* Π^x*NH ald.Frob.*1.2 octingenti (*sed* dccc) Π*NH Edd.*: et quingenti *θ* sociorumque $C^4N^4\theta$ *Edd.*: sociorum Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*)
3 1 concilium *θ Edd. et sic in* § 4 *Put.*: consilium Π*NH*, *cf.* 27. 35. 4 *adn.* conquestique Π*N Edd.*: conquesti *H*: contestatiq. *θ*: contestatiq. conquestiq. A^8 3 si minus Π^2*NH.ald.*, *cf. c.* 12. 7: sin minus *θFrob.*2: simus *P* se CM^2 *uel* M^3B^2*ANHθ*: si π inducturos $N^4\theta$, *cf. e.g.* 21. 5. 3: ducturos Π*NH.ald.Frob.*1.2 (*cf.* 26. 13. 7 *adn.*) 5 eius π$A^7N^2H\theta$: eis *AN* mensum π, *cf.* 9. 33. 6 *adn. et* 23. 21. 5: mensium *DHθ* (-uum A^1N)

et togae exercitui, et obsides ab triginta ferme populis accepti.

6 Ita Hispaniae rebellantis tumultu haud magno motu intra paucos dies concito et compresso, in Africam omnis terror
7 uersus. C. Laelius nocte ad Hipponem Regium cum accessisset, luce prima ad populandum agrum sub signis milites
8 sociosque in auxilium nauales duxit. Omnibus pacis modo incuriose agentibus magna clades inlata; nuntiique trepidi Carthaginem terrore ingenti compleuere classem Romanam Scipionemque imperatorem—et fama fuerat iam in Siciliam
9 transgressum—aduenisse. Nec quot naues uidissent nec quanta manus agros popularetur satis gnari omnia in maius metu augente accipiebant. Itaque primo terror pauorque,
10 dein maestitia animos incessit: tantum fortunam mutasse ut qui modo ipsi exercitum ante moenia Romana habuissent uictores stratisque tot hostium exercitibus omnes Italiae
11 populos aut ui aut uoluntate in deditionem accepissent, ii uerso Marte Africae populationes et obsidionem Carthaginis uisuri forent, nequaquam pari ad patienda ea robore ac

7 in auxilium nauales (*uel* -lis) $A^8\theta$(*sed* nau. in aux. $A^8\theta$)N^4, *sc.* '*ut subsidia*': nauales (*uel* -lis) Π*NH.ald.Frob.*1.2, *quod malit Johnson* 8 incuriose $C^xA^8N^4\theta$ *Edd.*: incurius e (*sed* -rius ea gent-) π: incurius *M*: incuria se *ANH* transgressum ΠN^x(*fort.* N^4 *rescriptus*)$H\theta$: transgressa *N* 9 Nec quot $CM^3\theta$*ald.Frob.*1.2: ne quod π: ne quot *ANH*, *sed erasit aliquid supra* -e *scriptum* N^x dein Π(daein *P*)*NH.ald.* (*hic recte; aliter* (*de re mutata*) *e.g.* 27. 32. 4): deinde θ*Frob.*2 10 qui Π$NH\theta$: quo N^7 *uel* N^1 *uel* N^2 moenia (*uel* men-) CM^3(M^7?)$B^xAN\theta$: moniam *PM*: meoniam P^2 (-ia P^4): moeniam *RBD* (men-) stratisque tot P^4CM^3*ald.*: stratique tot π (*cf.* 27. 17. 12 *adn.*): stratis tot θ*Frob.*2 (*cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*): totque stratis *ANHW*. *Cf. de uariatione ordinis ab codd. AN profecta e.g. cc.* 6. 13; 14. 13; 20. 1 *et in lib.* 27 *cc.* 1. 3; 5. 1; 5. 4; 9. 10; 10. 12; *in lib.* 28 *cc.* 8. 13; 9. 10; 17. 16; 21. 8; 26. 3; 27. 16; 35. 2, 11; 41. 17; 44. 18; *in lib.* 30 *cc.* 8. 3; 17. 12; 18. 4; 23. 3; 25. 1; 27. 2; 33. 9; 36. 1; *cf. etiam* 26. 5. 17 *adn.* (*de ord. codd.* $AN\theta$) aut ui P^4CM^3?B^2AN(*sed* uim *N*)*H Edd.*: aut uia π: ui θ 11 uerso Marte (-tę *BD*) Π$NH\theta$*ald.Frob.*1.2: uersos arte *Sp*, *cf.* 28. 40. 10 *adn.* (*et de* -s *pro* -m *in P cf.* 27. 17. 1 *adn.*): uersa sorte *Rhen.*, *frustra* uisuri P^4 *uel* P^5M^3(M^7?)$B^2ANH\theta$: uri π nequaquam $H\theta$*ald.Frob.*1.2: nequiquam (-icq- *D*) Π*N* patienda ea $A^7N^4H\theta$ *Edd*: parienda ex Π*N* (*cf. de* -x- *et* -a- 26. 37. 3 *adn.*)

Romani fuissent. illis Romanam plebem, illis Latium 12 iuuentutem praebuisse maiorem semper frequentioremque pro tot caesis exercitibus subolescentem: suam plebem im- 13 bellem in urbe, imbellem in agris esse; mercede parari auxilia ex Afris, gente ad omnem auram spei mobili atque infida. iam reges, Syphacem post conloquium cum Scipione 14 alienatum, Masinissam aperta defectione infestissimum hostem. nihil usquam spei, nihil auxilii esse. nec Magonem 15 ex Gallia mouere tumultus quicquam nec coniungere sese Hannibali, et Hannibalem ipsum iam et fama senescere et uiribus.

In haec deflenda prolapsos ab recenti nuntio animos rur- 4 sus terror instans reuocauit ad consultandum quonam modo obuiam praesentibus periculis iretur. Dilectus raptim in 2 urbe agrisque haberi placet; mittere ad conducenda Afrorum auxilia; munire urbem, frumentum conuehere, tela arma parare; instruere naues ac mittere ad Hipponem aduersus Romanam classem. Iam haec agentibus nuntius tandem 3 uenit Laelium non Scipionem, copiasque quantae ad incur-

12 subolescentem *DSpA*^{7}*θ Edd.*: subolescentum (subul- *P*) π^2: suboles (-em C^4A^x: -ens *H*) ceterum *C*^{4}*A?NH* 13 suam *P*^{4}*C M*^{3}*A*^{8}*?N*^{2}*?Hθ*: sua Π*N* (*cf.* 26. 41. 12 *adn.*) im-(*sed* in-)bellem (-lli *C*) in urbe, im-(*sed* in-)bellem *C*^{1}*A*^{v}*?*(*sed* in urbe inb. inb.)*N*^{4} *Edd.*: in bellum in (*om.* in *N*) urbe inbellem π*NH* (imb- *bis H*): in urbe inbellem *D et* (*sed* inb. in urbe) *C*^{2}: inbellem (ib- *K*) *θ*; *de forma* imb- *cf. Praef.* § 30 in agris *A*^{7}*N*^{4}*Hθ Edd.*: *om.* Π*N* parari Π*NH*: parare *θ* Afris *A*^{7}*N*^{2}*θ Edd.*: agris π*NH*: agresti *D* gente . . . mobili . . . infida Π*NH Edd.*: gentem . . . mobilem (-lis *θ*) . . . infidam (-da *J*) *N*^{x}*θ* 14 reges *SpJFrob.2*: rege *PR*: regem π^4*NHK.ald.* 15 quicquam Π*A*^{7}*N*^{x}*θ* (quisq- *ANH*) nec coniungere] *hinc usque ad uoces* Puteolis (30. 21. 11) *codicibus Spirensi cognatis constantius consentit H* (*i.e. ex fol.* 181 *r. ad* 204 *u.*); *u. Praef.* § 94 sese Π*N.ald.*: se *HθFrob.2* et fama Π*N Edd.*: fama *Hθ*

4 1 animos Π*Nθ*: animo *H* quonam *CM*^{3}(*M*^{7}*?*)*ANHθ*: quoniam π 2 dilectus π: delectus *C*^{4}*ANHθald.Frob.*1.2, *cf. c.* 5. 8 munire Π^2*N*: munere *P*: muniri *N*^{7} (*uel N*^{1}) *ut s. l. Hθ* parare] -re Π*Nθ*: -rent *H* instruere naues Π*Nθ*: instarent *H* ac mittere *C*^{4}*M*^{3}(*M*^{7}*?*)*BHθFrob.2*: amittere π: et mittere *A N.ald.*: mittere *M*^{2}*F*

siones agrorum satis sint transuectas; summae belli molem
4 adhuc in Sicilia esse. Ita respiratum mittique ad Syphacem
legationes aliosque regulos firmandae societatis causa coep-
tae. Ad Philippum quoque missi qui ducenta argenti talenta
5 pollicerentur ut in Siciliam aut in Italiam traiceret. Missi et
ad suos imperatores in Italiam ut omni terrore Scipionem
6 retinerent; ad Magonem non legati modo sed uiginti quin-
que longae naues, sex milia peditum, octingenti equites,
septem elephanti, ad hoc magna pecunia ad conducenda
auxilia quibus fretus propius urbem Romanam exercitum
admoueret coniungeretque se Hannibali.

7 Haec Carthagini parabant agitabantque, cum ad Laelium
praedas ingentes ex agro inermi ac nudo praesidiis agentem
Masinissa fama Romanae classis excitus cum equitibus
8 paucis uenit. Is segniter rem agi ab Scipione questus, quod
non exercitum iam in Africam traiecisset perculsis Cartha-

3 transuectas] -tas $\pi^2 N\theta$: -tus *PRH* summae *P* : summam Π^2 *uel* Π^1*ald.Frob.*1.2 : summi *Hθ* molem Π^2 *uel* Π^1*Hθ Edd.* : molum *P* 4 legationes] *hic* ΠN^7 *uel* N^1(-onem *N*)*ald.Frob.*1.2 : *ante* ad Syph. *Hθ* (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*). *Ordinem Puteani accepimus uocibus* ad Syph. *pondus additum rati opposito leuiore clausulae membro* (*de ordine intertexto cf.* 22. 8. 7 *adn.*) coeptae Π(*A?*) *Edd.* : cepta *NH* : ceptum A^5*? in ras. θ* in (Ital.) Π*NK.ald.* : *om. HJ Frob.*2. *cf.* § 5 *adn.* 5 missi (misi *P*) et Π^2 *uel* Π^1*NH.ald.Frob.*1.2 : missi *θ* suos $P^4M^3N^2(N^7?)H\theta$: uos π : duos CB^2AN in $N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *cf.* § 4 *et* 26. 13. 7 *adn.*
6 longae naues (naue *M*) πM^3 : naues longae *ANHθald.Frob.*1.2 (*cf.* 26. 5. 17 *adn.*) octingenti Π*N Edd.* : quingenti *Hθ* septem *Sp?HθFrob.*2 : et septem Π*N.ald.* ad hoc Π*SpFrob.*2 : ad haec *Vat.ald.* 7 Carthagini] -ni P^3(*sed* -e *mox restaurata*)R^xN^4 (N^x?)*Hθ*, *cf.* 28. 26. 1 *adn.* : -ne ΠP^4*NSp ut uid.* cum ad SpN^4 *HθFrob.*2 : at *PR* : ad *CMBDAN.ald.*, *quod* (*i.e.* Ad) *multo melius credit Johnson* (*cf. c.* 6. 2 quia *a Sp additum*) : tum ad A^7 Masinissa $P^4?CM^2(M^1?)AN^1$(mari- *N*)*Sp ut uid. H*(mass-)*θ* : masinissam π Romanae Π*NSp ut uid. Edd.* : ne *HK* : ue *J* excitus Π*NSp ut uid. H* : excitatus *θ* 8 ab (a *K sed cf. e.g.* 27. 2. 9) Scipione M^2 *uel* $M^1AN\theta$: ad scipione *PR* : ab scipionem *C* : ad scipionem R^2MB *DH* questus (quaes- *PRM*) Π*NHθald.Frob.*1.2 : questus est *Madv. Em. p.* 416, *non necess.* non $C^2M^3N^2$: tam (iam *A*) non Π*N* (*cf.* 26. 6. 4 *adn.*) : non iam *Hθald.Frob.*1.2. *Vide adn. sq.* exercitum iam in Africam Π*N et sic* (*sine* iam *in hoc loco*)*H*(in Afr. ex.) *θald.Frob.*1.2 (iam ex. in Afr. P^x *ut uid.*), *u. supra* perculsis (-cussis *D*)Π*NK Edd.* : periculis A^7 *ut s. l. HJ*

giniensibus, Syphace impedito finitimis bellis; quem certum habere, si spatium ad sua ut uelit componenda detur, nihil sincera fide cum Romanis acturum. hortaretur stimularet 9
Scipionem ne cessaret; se, quamquam regno pulsus esset, cum haud contemnendis copiis adfuturum peditum equitumque. nec ipsi Laelio morandum in Africa esse; classem credere profectam a Carthagine cum qua absente Scipione non satis tutum esset contrahi certamen. Ab hoc ser- **5**
mone dimisso Masinissa Laelius postero die naues praeda onustas ab Hippone soluit, reuectusque in Siciliam mandata Masinissae Scipioni exposuit.

Iisdem ferme diebus naues quae ab Carthagine ad Ma- 2
gonem missae erant inter Albingaunos Ligures Genuamque accesserunt. In iis locis tum forte Mago tenebat classem; 3
qui legatorum auditis uerbis iubentium exercitus quam maximos comparare, extemplo Gallorum et Ligurum—namque utriusque gentis ingens ibi multitudo erat—concilium habuit; et missum se ad eos uindicandos in libertatem ait 4
et, ut ipsi cernant, mitti sibi ab domo praesidia; sed quantis uiribus quanto exercitu id bellum geratur, in eorum potes-

8 finitimis $C^2M^3ANH\theta$ (-me *J*) : finiti|umis *P*, *cf.* (*de dittographia*) 27. 34. 5 *adn.* : finiti $\overset{\text{M}}{\text{u}}$mis P^2 (*quid uoluerit incertum est*) : finitimum (-mim *C*) is (his *BD*) *CRMBD* certum $C^2H\theta$ *Edd.* : incertum Π*N* (*sc.* in- *ex* -m *orto*) habere Π*N* : haberet $A^7N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2, *cf.* § 9 (esset) : haerere *Gron.* (*qui* incertum *retinet*) 9 stimularet *HK* : estimularet (etim- *PR*) P^2 *uel* P^3R^2BD : simularet *M* : ac (et *C*, *fort. recte*) stimularet *CAN.ald.Frob.*1.2 : stimularetque *J* Scipionem $CANH\theta$ *Edd.* : a scipione π contemnendis] -temn- *uel* -tempn- $CDA^7H\theta$: -ten- π*N* : -tepn- A^xN^3 a Carthagine π B^x(-em *B*)*ald.Frob.*1.2 (*sed in c.* 5. 2 ab C. *P*) : ad carthaginem *D* : carthagine $H\theta$ esset N^4 *ut s. l.* $H\theta$*ald.Frob.*1.2 : esse Π*N*, *cf.* § 8 (habere)

5 1 mandata Masinissae π*H*(mass-)θ*Frob.*2 : masinisse (-sae *ald.*) mandata N^4*ald.*; *ipse malim* masinissae *deletum*, *cf.* 27. 34. 3 *adn.* : masinisse uerba *AN* (*cf.* 28. 12. 13 *adn.*) 2 Iisdem (*sed* eisd-) Π^2NH (isd-) : eidem *P* : his-(hiis-*J*)dem θ Albingaunos] albing- A^7N^4*ald. Frob.*1.2 (*cf.* 28. 46. 9 Ingauni) : albino- *P* : albinoc- Π^2N (*sed* -nes *C*) : albig- *Sp ut uid.* θ (*sed mox* Ligures Genuamque *PSp Frob.*2 : Ligures Alpinos Genuam *ald.*) 3 et Ligurum A^7(A^8?) $N^4H\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N* 4 se Π*N Edd.* : *om.* $H\theta$ id Π *Edd.* : ad *N* : *om.*$N^2H\theta$ geratur Π$NH\theta$*ald.* : gereretur *Frob.*2, *cf.* 27. 17. 14 *adn.*

5 tate esse. duos exercitus Romanos, unum in Gallia, alterum
in Etruria esse; satis scire Sp. Lucretium se cum M. Liuio
iuncturum; multa milia armanda esse ut duobus ducibus
6 duobus exercitibus Romanis resistatur. Galli summam
ad id suam uoluntatem esse dicere; sed cum una castra
Romana intra fines, altera in finitima terra Etruria prope in
conspectu habeant, si palam fiat auxiliis adiutum ab sese
Poenum, extemplo infestos utrimque exercitus in agrum
suum incursuros. ea ab Gallis desideraret quibus occulte
7 adiuuari posset: Liguribus, quod procul agro urbibusque
eorum castra Romana sint, libera consilia esse; illos armare
iuuentutem et capessere pro parte bellum aequum esse.
8 Ligures haud abnuere: tempus modo duorum mensum
petere ad dilectus habendos. Interim Mago milites Gallos
dimissis clam per agros eorum mercede conducere; commeatus quoque omnis generis occulte ad eum a Gallicis
9 populis mittebantur. M. Liuius exercitum uolonum ex
Etruria in Galliam traducit, iunctusque Lucretio, si se Mago
ex Liguribus propius urbem moueat, obuiam ire parat, si

5 M. Π*Nθ*, *et sic H qui forma litterae inusitata usus est* (*cf. c.* 6. 9) armanda $P^4CM^x(M^1?)B^xANH\theta$ *Edd.*: armandam π, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* duobus exercitibus $N^4H\theta$ *Edd.* (*cf. e.g.* 28. 25. 6): exercitibus π (*sc.* duobus *ob* ὁμ. *omisso*): exercitibusque C^4AN: et exercitibus M^3 6 uoluntatem $C^4M^2(M^7?)A^7N^4H\theta$: uolum π, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*: uolum mī *A?N* fines (*uel* -nis) $P^4M^3 D^xA^7N^4$ *uel* $N^3H\theta$: infinis (-nes *AN*) Π*N*, *sc.* in (finitima) *praesumpto*, *cf.* 24. 3. 3 *adn. et* 26. 3. 4; 26. 5. 5 *et* 13; 26. 40. 2 (?); 27. 16. 6; 28. 32. 6; 28. 34. 11; 28. 42. 20; 28. 44. 7; 28. 45. 7; 29. 21. 10; 30. 5. 7; 30. 39. 1; 30. 42. 17 ab sese Π*N Aldus*: ab (a *Hθ*) se esse $A^7N^4H\theta$: ab sese esse *Edd. ante Ald.* ab (Gallis) π*NK Edd.*: a *HJ*: ad *BD* (*cf. c.* 6. 2 *adn.*) posset Π*NK*: posse *H*: *om. J* 7 consilia Π*Nθ*: concilia N^2H (*cf.* 27. 35. 4 *adn.*) 8 mensum π*N*, *cf. c.* 3. 5 *adn.*: mensium C^4M^1 *ut s. l.* $A^7BDH\theta$ dilectus] di- π: de- *ANHθ*, *cf. c.* 4. 2 Gallos π*NHθ* (*recte a Madvigio defensum*): gallis *C.ald.Frob.*1.2 dimissis Π*NH*: dimissos $A^5?\theta$ Gallicis $N^4H\theta$: gallis Π*N*, *fort. recte* 9 M. Π*Nθ*: miles *H* (*u. c.* 6. 1) traducit Π*N.ald.Frob.*1.2: traiecit $N^4H\theta$, *fort. recte, nam uox* traicere *cum* (*nisi de mari aut flumine*) *colorem cotidiani sermonis habere uideatur* (*cf.* 7. 30. 12 *et D. Brutum ap. Cic. Fam.* 11. 9. 2), *hic apta putari possit ad uile uolonum agmen*

Poenus sub angulo Alpium quietus se contineat, et ipse in eadem statione circa Ariminum Italiae praesidio futurus.

Post reditum ex Africa C. Laeli et Scipione stimulato 6
Masinissae adhortationibus et militibus praedam ex hostium terra cernentibus tota classe efferri accensis ad traiciendum quam primum, interuenit maiori minor cogitatio Locros urbem recipiendi, quae sub defectionem Italiae desciuerat et ipsa ad Poenos. Spes autem adfectandae eius rei ex 2
minima re adfulsit. Latrociniis magis quam iusto bello in Bruttiis gerebantur res, principio ab Numidis facto et Bruttiis non societate magis Punica quam suopte ingenio congruentibus in eum morem; postremo Romani quoque milites iam 3
contagione quadam rapto gaudentes, quantum per duces licebat, excursiones in hostium agros facere. Ab iis egressi 4
quidam urbe Locrenses circumuenti Regiumque abstracti fuerant. In eo captiuorum numero fabri quidam fuere, adsueti forte apud Poenos mercede opus in arce Locrorum facere. Hi cogniti ab Locrensium principibus qui pulsi ab 5
aduersa factione, quae Hannibali Locros tradiderat, Regium se contulerant, cum cetera percontantibus, ut mos est qui 6

9 statione $N^4H\theta$*Frob.*2 : regione Π*N.ald.*
6 1 C. (*uel* C̄.) Π$N\theta$: consuli *H* (*u. c.* 5. 9) et Scipione C^4H θ*ald.Frob.*1.2 : scipione *AN* : ut scipionis (-ni M^3) π maiori $P^4A^8H\theta$: maior Π*N* : maiorē C^4N^x (N^4?) *sed* ē *postea ab* N^x *erasum* 2 eius Π$N\theta$: enim *H* Latrociniis Π*N* : quia latrociniis *Sp?* N^4 *ut s. l. H* : quod latrociniis (*sed* -nii θ) θ*ald.Frob.*1.2 gerebantur Π*NSp ut uid. ald.Frob.*1.2 : gerebatur *H*θ ab (Numidis) π*ald.Frob.*1.2 : a *AN*θ : ad *BD* (*cf. c.* 5. 6) : *om.* SpN^4 *uel* N^2H facto et Bruttiis Π(e *pro* et *D*)*N*θ *Edd.* : *om.* $SpN^4(N^2?)H$, *xv litt. ob* -is|-is *perditis*, *cf.* 28. 2. 16 *adn.* congruentibus Π*N.ald.* : promptis $SpN^4H\theta$*Frob.*2 (*hoc, quod merum glossema Spirensianum Johnsonio uidetur esse, ipse post* Punica *addere malim*) 3 milites iam A^7N^4 *ald.Frob.*1.2 : iam Π*N* : milites *H*θ 4 urbe $A^7N^4H\theta$*ald.Frob.* 1.2 : urbem Π*N*, *cf.* 28. 26. 11 *adn.* Locrenses $M^3DAN\theta$: locresses π : loquentes *H* forte A^7(*erasum*)$N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* Locrorum] locr- CM^3B^2AN : logr- π^2 : logl- *P* : log- *D* : lucr- *H* 5 qui π*ald.* : *om. AN* (*sed* pulsis *praebent*) : qui exsulabant (*uel* exul- *uel* exol-) Regii (*uel* rhe-) $SpA^7N^4H\theta$*Frob.*2 (*quod post* principib. pulsis *inserere ut s. l. uolebant* A^7N^4) Regium se contulerant Π*N.ald.* : *om.* $SpH\theta$*Frob.*2 (*silent* A^7N^4) : *interpunxit Frob.*2 *post* tradiderat 6 qui Π$N\theta$: quia N^4H : iis qui *ald.Frob.*1.2

diu absunt, quae domi agerentur exposuissent, spem fecerunt
si redempti ac remissi forent arcem se iis tradituros; ibi se
habitare fidemque sibi rerum omnium inter Carthaginienses
7 esse. Itaque, ut qui simul desiderio patriae angerentur
simul cupiditate inimicos ulciscendi arderent, redemptis
8 extemplo iis remissisque cum ordinem agendae rei com-
posuissent signaque quae procul edita obseruarent, ipsi ad
Scipionem Syracusas profecti, apud quem pars exsulum erat,
referentes ibi promissa captiuorum cum spem ab effectu
9 haud abhorrentem consuli fecissent, tribuni militum cum iis
M. Sergius et P. Matienus missi iussique ab Regio tria milia
militum Locros ducere; et Q. Pleminio propraetori scriptum
ut rei agendae adesset.

10 Profecti ab Regio, scalas ad editam altitudinem arcis
fabricatas portantes, media ferme nocte ex eo loco unde
11 conuenerat signum dedere proditoribus arcis; qui parati in-
tentique et ipsi scalas ad id ipsum factas cum demisissent
pluribusque simul locis scandentes accepissent, priusquam
clamor oreretur in uigiles Poenorum, ut in nullo tali metu
12 sopitos, impetus est factus. Quorum gemitus primo morien-
tium exauditus, deinde subita consternatio ex somno et
tumultus cum causa ignoraretur, postremo certior res aliis
13 excitantibus alios. Iamque ad arma pro se quisque uoca-
bat: hostes in arce esse et caedi uigiles; oppressique forent

6 esse Π*Nθ Edd.*: *om. H* 7 desiderio . . . simul] *om. H*: *praebent* Π*Nθ Edd.* 8 signaque quae *X ut uid. Frob.*2: signaque Π*N*: signa quoque quae (que *θ*) *θald.* referentes ibi Π*N Frob.*2 (-nte sibi *HJ*): referentes sibi *KX.ald.* 9 M.] Π*Nθ Edd.* *et* (*sed quasi* or *scriptum*) *H* (*cf. c.* 5. 5) Matienus] *u. c.* 9. 2 *adn.* iussique Π*N.ald.Frob.*1.2: iussi *Hθ* tria milia (*uel* -ll-) Π*N* *θ* ($\overset{\text{m}}{\text{iii}}$): tria *H* et Q. (*uel* quinto) $M^3B^2A^7\theta$: et que (*uel* quae) π: et *C*: atque *A?N* adesset Π*Nθ*: esset *H* 10 editam SpA^7 N^2 *uel* N^4 *rescriptus H*(-ita)*θFrob.*2: deditam Π*N*: dictam *ald.* conuenerat π*N Edd.* (-rant *CHθ*) 11 demisissent Π*N Edd.*: redemissent *Hθ* oreretur π*H*, *cf.* 27. 22. 13 *adn.*: oriretur: $P^4C^xMBAN\theta$ 12 deinde subita *JFrob.*2: deindubita *P*: dein subita π^2R^2HK*.ald.* 13 ad arma] *hic* π*NSp?H*(ad *om.*)*θFrob.*2: *post* quisque *AN.ald.* (*cf. c.* 3. 10 *adn.*)

Romani nequaquam numero pares, ni clamor ab iis qui extra arcem erant sublatus incertum unde accidisset omnia uana augente nocturno tumultu fecisset. Itaque uelut plena 14
iam hostium arce territi Poeni omisso certamine in alteram arcem—duae sunt haud multum inter se distantes—confugiunt. Oppidani urbem habebant, uictoribus praemium in 15
medio positam; ex arcibus duabus proeliis cottidie leuibus certabatur. Q. Pleminius Romano, Hamilcar Punico prae- 16
sidio praeerat. Arcessentes ex propinquis locis subsidia copias augebant: ipse postremo ueniebat Hannibal, nec 17
sustinuissent Romani nisi Locrensium multitudo, exacerbata superbia atque auaritia Poenorum, ad Romanos inclinasset.

Scipioni ut nuntiatum est in maiore discrimine Locris rem **7**
uerti ipsumque Hannibalem aduentare, ne praesidio etiam 2
periclitaretur haud facili inde receptu, et ipse a Messana L. Scipione fratre in praesidio ibi relicto cum primum aestu fretum inclinatum est † naues mari secundo misit. Et 3
Hannibal a Buloto amni—haud procul is ab urbe Locris

13 arcem $\pi A^{8} N^{4} H\theta$ *Edd.* : urbem *AN* nocturno Π*NH ald.Frob.*1.2 : *om.* θ 14 iam N^{4} *ut s. l. Hθald.Frob.*1.2 : nam *P* (*cf.* 26. 7. 3 *adn.*) : *om.* $\Pi^{2}N$ arce (territi) Π*NK.ald. Frob.*1.2 : acie N^{4} *ut s. l. HJ* 15 habebant $C^{x}AN H\theta$: habebantur π (*sed* -ntu *M*) praemium (*uel* prem-) Π*N*θ : premio H^{1} : premio posit *H* positam Π*Nθald.Frob.*1.2 : positum N^{4} *ut s. l.*, *non male* : habito *H* : posito H^{2} cottidie] cott- *PCR*, *cf.* 3. 36. 2 *adn.* : cot- *MBDANJ* : quot- *HK* 16 Pleminius $\pi M^{2} N\theta$: plenius *M* (*cf. c.* 8. 7) : plemenius *H* praeerat (*uel* pre-) Π*N* : praeerat (*uel* pre-) et *Hθald.Frob.*1.2 17 ueniebat (-isbat *P*) $\Pi^{2}NH\theta$ nisi Π*N*θ : si *H* inclinasset π*NH*(-sent)θ : misisset *C*, *mire*

7 1 Scipioni Π*N.ald.Frob.*1.2 : scipio $A^{x}H\theta$ *Sigonius e 'uet. lib.' Luchs* 1879 2 praesidio (etiam) ΠN^{1} (peis- *N*), *cf. e.g.* 38. 25. 7; 40. 15. 12 : praesidium $C^{4}M^{1}(M^{3}?)A^{7}?\theta$*ald.Frob.*1.2 a Π*N Edd.* : *om.* $N^{4}H\theta$ fretum (*uel* frae-) $\Pi^{2}NH\theta$: praetum *P* naues *CMBDAN*θ : nabes P^{2} *uel* $P^{1}R$: nalles *P* : *numerum nauium* (*uelut* x) *excidisse recte suspicatur Weissenb.*, *cf. c.* 28. 10 *et* 26. 51. 2 *adnn.* misit Π*NHθald.Frob.*1.2 (*i.e. i.q. 'soluit' ut in* 37. 12. 11; 44. 31. 12 (dem-)) : transmisit (*uel* comm-) *Sigonius* : demisit *Otto* 3 Et *Hθald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* (*sed spat. iii litt. ante* Hann. *in M relictum est*) Buloto π*N* (*flumen non alibi nominatum*) : bultro *D* (*sed* ab ultro) : buthroto $A^{7}HJ$, *ald.Frob.*1.2 : buteotro *K*

abest—nuntio praemisso ut sui luce prima summa ui proe-
lium cum Romanis ac Locrensibus consererent dum ipse
auersis omnibus in eum tumultum ab tergo urbem incautam
4 adgrederetur, ubi luce coeptam inuenit pugnam, ipse nec in
arcem se includere, turba locum artum impediturus, uoluit,
5 neque scalas quibus scanderet muros attulerat. Sarcinis in
aceruum coniectis cum haud procul muris ad terrorem
hostium aciem ostendisset, cum equitibus Numidis circum-
equitabat urbem, dum scalae quaeque alia ad oppugnandum
opus erant parantur, ad uisendum qua maxime parte adgre-
6 deretur: progressus ad murum scorpione icto qui proximus
eum forte steterat, territus inde tam periculoso casu receptui
canere cum iussisset, castra procul ab ictu teli communit.
7 Classis Romana a Messana Locros aliquot horis multo die
superante accessit; expositi omnes e nauibus et ante occasum
solis urbem ingressi sunt.

8 Postero die coepta ex arce a Poenis pugna, et Hannibal
iam scalis aliisque omnibus ad oppugnationem paratis subi-
bat muros cum repente in eum nihil minus quam tale quic-
9 quam timentem patefacta porta erumpunt Romani. Ad
ducentos, improuidos cum inuasissent, occidunt: ceteros

3 summa P^4CM^1 *uel* $M^2B^2ANH\theta$: summo π 4 impediturus $N^4H\theta$ *Edd.* : impetiturus (*uel* inp-) Π : impeturus *N* scanderet (sean- *P*) Π^2 *uel* Π^1*N.ald.* : scanderent *Hθ Frob.*2 attulerat (*uel* adt-) Π*N.ald.* : attulerant *Hθ Frob.*2 5 ostendisset $\pi A^x\theta$ *Edd.* : ostendissent *ANH* circumequitabat *Hθ ald.Frob.*1.2 : circum-equitib.|at *P*: circumequitat (*uel* aeq-) π^2R^2 *in ras.* (*R?*) oppugnandum] opp- Π*Nθ Edd.* : exp- *H* 6 icto π*H Gron.* : ictus *ANθ Edd. ante Gron.* (*mire*) communit Π*N*, *cf.* 27. 5. 9 *adn.* : communiit N^4 *ut s. l.* *Hθ ald.Frob.*1.2 7 a (Mess.) Π*N*: ab *θ* : ad *H* aliquot horis multo die *scripsi* (multo die *iam Weissenb. dubitanter*) : aliquod (-quot *C* : -quodʳ *D*) horis dici (diei P^1CAN: die C^x) Π*N*: multa die A^7HV^1(m. locros die *V*)*θ ald.Frob.* 1.2: aliquot horis die *Gron.*, *quod malit Johnson* (*cf. e.g. Sal. Iug.* 97. 3). *De falsa apud edd. uel scribas dittographiae suspicione cf. e.g.* 26. 36. 11; 26. 51. 2 (*init.*); 27. 5. 6; 29. 1. 2; 29. 17. 2; 30. 30. 17 e πB^x*ald.* : de *B* : *om.* *Hθ Frob.*2 8 oppugnationem $M^7(M^2?)A^7N^4H$(-gnagnat-)*θ Edd.* : oppugnationib. em *PR*, *cf.* (*de dittogr.*) 27. 34. 5 *adn.* : oppugnationib. in (*uel* im-) π^2R^2N (*sed* imperatis *D*)

Hannibal, ut consulem adesse sensit, in castra recipit, nuntioque misso ad eos qui in arce erant ut sibimet ipsi consulerent nocte motis castris abiit. Et qui in arce erant igni iniecto tectis quae tenebant ut is tumultus hostem moraretur, agmen suorum fugae simili cursu ante noctem adsecuti sunt.

Scipio ut et arcem relictam ab hostibus et uacua uidit 8
castra, uocatos ad contionem Locrenses grauiter ob defectionem incusauit; de auctoribus supplicium sumpsit bonaque 2
eorum alterius factionis principibus ob egregiam fidem aduersus Romanos concessit. Publice nec dare nec eripere se 3
quicquam Locrensibus dixit; Romam mitterent legatos; quam senatus aequum censuisset, eam fortunam habituros. illud satis scire, etsi male de populo Romano meriti essent, 4
in meliore statu sub iratis Romanis futuros quam sub amicis Carthaginiensibus fuerint. Ipse Pleminio legato praesi- 5
dioque quod arcem ceperat ad tuendam urbem relicto, cum quibus uenerat copiis Messanam traiecit.

Ita superbe et crudeliter habiti Locrenses ab Carthagini- 6
ensibus post defectionem ab Romanis fuerant ut modicas iniurias non aequo modo animo pati sed prope libenti possent; uerum enimuero tantum Pleminius Hamilcarem prae- 7
sidii praefectum, tantum praesidiarii milites Romani Poenos scelere atque auaritia superauerunt ut non armis sed uitiis

9 adesse Π*N Edd.* : esse *H*θ recipit Π*NFrob.2*, *cf.* § 6 *et* 27. 5. 9 *adn.* : recepit $B^{2}N^{4}$*H*θ*ald.* arce $\Pi^{1}N\theta$: arce sensit *P* ipsi Π*N*θ *Gron.* : ipsis *H.ald.Frob.*1.2, *cf.* 27. 3. 2 *adn.*
10 cursu $A^{7}N^{4}H\theta$ *Edd.* : curu π(*A?*)*N* : cur *M?* : *del.* M^{3}
8 2 principibus πB^{1} (-cibibus *B*) : principiis *H* 3 eripere Π*N*θ *Edd.* : accipere *H* 5 ceperat Π*N*θ *Edd.* : acceperat *H*
6 et crudeliter Π*N.ald.* : crudeliterque *H*θ*Frob.2* animo $C^{4}A$ *NH*θ *Edd.* : animi π libenti *Sp ut uid.* $M^{3}A^{7}H\theta$ *et* (*sed* lub-, *fort. recte in antithesi antiquitus usitata, cf. Cic. ad Att.* 2. 4. 2) π*N* : iubenti *D* : libenti uideri *ald. et sic Frob.2* 7 Pleminius $C^{4}M^{1}A$ *NH*(plom-)θ : plenius π (*cf. c.* 6. 16) praesidiarii $C^{4}\theta$: praesidiari (*uel* pres-) π(*perperam citat P Luchs*)*NH* : praesidii M^{1} (-ia *M*) scelere Π*N*θ : *om. H* superauerunt Π*N.ald.Frob.*1.2 : superarunt *H*θ uitiis (-ci- *BD*) Π*N*θ : diuitiis *H*

8 uideretur certari. Nihil omnium quae inopi inuisas opes potentioris faciunt praetermissum in oppidanos est ab duce aut a militibus; in corpora ipsorum, in liberos, in coniuges
9 infandae contumeliae editae. Iam auaritia ne sacrorum quidem spoliatione abstinuit; nec alia modo templa uiolata sed Proserpinae etiam intacti omni aetate thesauri, praeterquam quod a Pyrrho, qui cum magno piaculo sacrilegii sui
10 manubias rettulit, spoliati dicebantur. Ergo sicut ante regiae naues laceratae naufragiis nihil in terram integri praeter
11 sacram pecuniam deae quam asportabant extulerant, tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus contactis ea uiolatione templi furorem obiecit atque inter se ducem in ducem, militem in militem rabie hostili uertit.

9 Summae rei Pleminius praeerat; militum pars sub eo
2 quam ipse ab Regio adduxerat, pars sub tribunis erat. Rapto poculo argenteo ex oppidani domo Plemini miles fugiens sequentibus quorum erat, obuius forte Sergio et Matieno
3 tribunis militum fuit; cui cum iussu tribunorum ademptum poculum esset, iurgium inde et clamor, pugna postremo orta

8 potentioris *θald.Frob.*1.2 : potentiores Π*NH* (-rum C^4) : potentis N^x? ab duce aut Π*Nθ* : abducebant *H* a (militib.) π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. DHθ* 9 Iam *Sp?*(*an Rhen ?*)A^6*Hθ* (*sc.* '*iam uero*' *cf. e.g.* 9. 19. 9 *et Verg. G.* 2. 57) : nam Π*N.ald.Frob.*1.2 (*sc.* '*nam de auaritia quid dicam ?*', *pari iure* (*cf. c.* 6. 14 ; 26. 7. 3 *adnn.*) ne sacrorum Π*Nθ* : nec agrorum *H* aetate π^2*N.ald.Frob.*1.2 : ae *P* : aeuo (*uel* euo) N^3(*uix* N^4)*Hθ* thesauri R^2*MBDANθ* (tes- *K*) *cf. c.* 18. 4 *adn.* : thensauri (hen- *C* : ten- C^4) *PCR* 10 asportabant (-bat π*N?*) CA^7N^1?*ald.* (*sc.* '*primo incepto*') : asportauerant *Sp? HθFrob.*2 extulerant (-rat π*N*) $CM^2A^7N^2$ *uel* N^4*Hθald.* : extulerunt *Sp?Frob.*2 11 contactis] -tact- π*Nθ* : -tract- *DH* ea uiolatione $P^4CA^8N^4$ *rescriptus Hθ* : ea utolatione *PR* : e adulatione (*sed* -acti se ad.)R^2*MBD* : adulationem *AN* hostili $C^4A^7N^4$ *rescriptus Hθald.Frob.*1.2 : hoste Π*N*

9 1 ab (Regio) Π*Nθ* : sub *H* adduxerat CA^x*NK.ald.Frob.*1.2 : abduxerat π*SpHJ* 2 oppidani domo Π*Nθ* : oppidanis modo *H* Plemini Π*NH* (-meni) : pleminii A^6*θ* miles fugiens (fyg- *P* : frug- *R*) π^2R^2 : milites fugiens (-entes A^1?) *H* Matieno *θ*(mac- *K*)*H*(-ne)*ald.Frob.*1.2 (*et* mat- Π *in* 6. 9) : metieno Π*N* (-nus M^1 *uel* M^2 *ubi* Sergius *supra ab M scriptum est*)

inter Plemini milites tribunorumque, ut suis quisque oppor-
tunus aduenerat multitudine simul ac tumultu crescente.
Victi Plemini milites cum ad Pleminium cruorem ac uolnera 4
ostentantes non sine uociferatione atque indignatione con-
currissent probra in eum ipsum iactata in iurgiis referentes,
accensus ira domo sese proripuit uocatosque tribunos nudari
ac uirgas expediri iubet. Dum spoliandis iis—repugnabant 5
enim militumque fidem implorabant—tempus teritur, re-
pente milites feroces recenti uictoria ex omnibus locis, uelut
aduersus hostes ad arma conclamatum esset, concurrerunt;
et cum uiolata iam uirgis corpora tribunorum uidissent, tum 6
uero in multo impotentiorem subito rabiem accensi sine
respectu non maiestatis modo sed etiam humanitatis, in
legatum impetum lictoribus prius indignum in modum
mulcatis faciunt. Tum ipsum ab suis interceptum et seclu- 7
sum hostiliter lacerant et prope exsanguem naso auribusque
mutilatis relinquunt.

His Messanam nuntiatis Scipio post paucos dies Locros 8
hexere aduectus cum causam Plemini et tribunorum audisset,
Pleminio noxa liberato relictoque in eiusdem loci praesidio,
tribunis sontibus iudicatis et in uincla coniectis ut Romam
ad senatum mitterentur, Messanam atque inde Syracusas
rediit. Pleminius impotens irae, neglectam ab Scipione 9

3 Plemini milites . . . Victi (§ 4)] *om. H* 4 milites *CMBAN Hθ* : lites *PRD* domo Π*NHθ*, *cf. e.g. Caes. B.C.* 2. 11. 4 : e domo *Wesenberg* 5 repugnabant ΠB^2(-nando *B*)*NHθ* (*perperam a Luchsio citata est lectio Puteani*, *ubi* -abant *a P ipsissimo profectum est*) fidem *Sp?HθFrob.*2 : *om.* π (*unde* militemque *pro* -tumque *coniecit Gron.*): auxilium (*sed post* implorabant) M^2(M^7?)*N.ald.* 6 impetum *C*M^3(M^7?)A^8N^2*Hθ* : imputum π : imperatum *AN* in modum Π*Nθ* : *om. H* mulcatis] mulc- C^2*DH* : mult- N^4 : mulg- π*N* : mulct- M^2(mulctis)A^8(muletagatis *A*)*θ* 7 Tum *ald. Frob.*1.2 : tunc Π*NHθ* naso Π*N Edd.* : *om. Hθ* 8 hexere *Madv.* (*ut Val. Max.* 1. 8, *Ext.* 11) : hexerce π(*C?*)*N* (*an* hexetre *N?*) : exerce *M* : exercere *D* : hexeri *SpJ*(ex-)*Frob.*2, *fort. recte* : *om. H* (*spat. v uel vi litt. relicto*)*ald.* : cum exercitu A^x uincla π*N*, *cf.* 4. 26. 9 *adn.*; *et sic P fere semper* (*e.g. cc.* 18. 14; 19. 2; 22. 9 *al.*) : uincula *ANθ* rediit Π*N.ald.* : redit *HθFrob.*2 (*cf.* 27. 5. 9 *adn.*), *pari iure* 9 ab (Scip.) Π*N* : a *Hθ*

et nimis leuiter latam suam iniuriam ratus nec quemquam
10 aestimare alium eam litem posse nisi qui atrocitatem eius
patiendo sensisset, tribunos attrahi ad se iussit, laceratosque
omnibus quae pati corpus ullum potest suppliciis interfecit,
11 nec satiatus uiuorum poena insepultos proiecit. Simili
crudelitate et in Locrensium principes est usus quos ad
conquerendas iniurias ad P. Scipionem profectos audiuit;
12 et quae antea per libidinem atque auaritiam foeda exempla
in socios ediderat, tunc ab ira multiplicia edere, infamiae
atque inuidiae non sibi modo sed etiam imperatori esse.

10 Iam comitiorum appetebat tempus cum a P. Licinio consule litterae Romam allatae se exercitumque suum graui
morbo adflictari, nec sisti potuisse ni eadem uis mali aut
2 grauior etiam in hostes ingruisset; itaque quoniam ipse
uenire ad comitia non posset, si ita patribus uideretur, se
Q. Caecilium Metellum dictatorem comitiorum causa dicturum. exercitum Q. Caecili dimitti e re publica esse;
3 [nam] neque usum eius ullum in praesentia esse, cum Hannibal iam in hiberna suos receperit, et tanta incesserit in ea

9 quemquam (*uel* quenq-) Π*NK Edd.*: quicquam N^4 *ut s. l. H*: quamquam *J*   eam litem Π*N*(*ubi nescioquid ab* N^4 *mutatum est*) *K*: ea militem N^6HJ 9–10 posse nisi qui atrocitatem A^7N^4 (*partim rescriptus*)*Hθ Edd.*: *om.* Π*N*, *fort. linea xxii litt. ob* -tē | -tē *perdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   10 se Π*N.ald.*: sese *HθFrob.2*   suppliciis $PN^4H\theta$ *Edd.*: *om.* Π^2N 11 conquerendas $C^2M^2(M^7?)$ *Hθ*: conquirendas Π*N*   P. Π*N.ald.*: *om. HθFrob.2*
12 et quae π*NSp?HθFrob.2*: equi *A*: et qui A^x*ald.*   libidinem] lib- *CBDNSp ut uid. Hθ*: lub- *PRM*   atque (auar.) Π*NSp ut uid. θ* (et q̄ *K*): atque per *H*   ab ira $M^3(M^7?)A^7N^4$ *rescriptus Hθ*: ab iba π: abibat *C?*: ab illa *AN*: aiebat C^4 multiplicia edere (-ciae dere *R*: -ci ędere *D*) $\pi R^2A^7H\theta$: multiplici edere (cede A^x) *CAN*   esse $\Pi N^1H\theta$: esset A^xN
10 1 a $M^2(M^7?)N^2(N^3?)H\theta$ *ald.Frob.1.2*: *om.* Π*N* (P. Licinii consulis *Gron.*)   adflictari (*uel* aff-) A^xN^2(*uix* N^4)*Hθ Edd.*: adfectari (*uel* aff-) Π*N*   sisti Π*N.ald.*: subsisti $Sp?A^7N^4H\theta$*Frob.2*   eadem $A^7N^2H\theta$: adeam Π(*A?*)*N*   2 posset $\pi N^2H\theta$*ald.Frob.1.2*: potuisset *AN*   exercitum Q. (*uel* quinti) $Sp?A^7N^2$ *uel* $N^4H\theta$*Frob.2*: exercitumque π*N*: exercitum *A*: exercitumque Q. *ald.*
3 nam Π*Nθ*, *quod probat Johnson, Anacoluthon adesse ratus*: *ipse seclusi*   tanta (tamnta *P*) incesserit . . . uis $\Pi^1NH\theta$*ald.*: tantam incessisse . . . uim *Frob.2*, *Anacoluthon euitans*

castra uis morbi ut nisi mature dimittantur nemo omnium
superfuturus uideatur. Ea consuli a patribus facienda ut
e re publica fideque sua duceret permissa.

Ciuitatem eo tempore repens religio inuaserat inuento 4
carmine in libris Sibyllinis propter crebrius eo anno de
caelo lapidatum inspectis, quandoque hostis alienigena terrae 5
Italiae bellum intulisset eum pelli Italia uincique posse si
mater Idaea a Pessinunte Romam aduecta foret. Id carmen 6
ab decemuiris inuentum eo magis patres mouit quod et
legati qui donum Delphos portauerant referebant et sacrifi-
cantibus ipsis Pythio Apollini omnia laeta fuisse et respon-
sum oraculo editum maiorem multo uictoriam quam cuius ex
spoliis dona portarent adesse populo Romano. In eiusdem 7
spei summam conferebant P. Scipionis uelut praesagien-
tem animum de fine belli quod depoposcisset prouinciam
Africam. Itaque quo maturius fatis ominibus oraculisque 8

3 consuli (*uel* cōs) a Π*Nθ* : consilia A^{8}?N^{6}?*H* duceret A^{7} (A^{8}?)$N^{4}H^{1}$(dic- *H*)*θ Edd.* : deret *P*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* : daret $Π^{2}$*N* (suadaeret *pro* sua daret M^{3}) 4 tempore repens $A^{7}N^{2}$ *uel* N^{1}*Hθ Edd.* : temporegens π : tempore ingens M^{2}*AN* Sibyllinis] sybi- π*J* : sibi- *DANK* anno de *R*M^{2}*AN* : anno e *PCH*(*sed* anno lapidatum e *H*)A^{x} : annde P^{2} *uel* P^{3} : an de *MBD* 5 uincique Π *Nθ* : duci uincique N^{1} *uel* N^{2}*H* mater Idaea a *Sp?*A^{7}(*sed* ydea a)N^{4}(matris *in* mater *iam mutauerat* N^{1} *uel* N^{2})*H*(*sed uocibus perperam diuisis* . . . ida ea apes sin . . . N^{4}*H*)*θFrob.*2 : mater idaea π (*uocibus aliter aliis ab aliis diuisis*) : matris *AN* : matris idaeae *ald.* : *om. D* si mater . . . pessinunte (*spatio xxiii fere litt. relicto*) Pessinunte *AN*(-tes)*J.ald.Frob.*1.2 (*hi quinque* pesi-) *et* pess- *P in c.* 11. 7 : -pis sinunt e (et *CH*) *PCH* (-pes, *u. praec.*) : pissinum e *RMB* : pesimonte *K*. *Hunc locum frustra emendabat* P^{2}(?) *qui uoces* a pessinunt- *mutabat in* a scipione signum, *cetera integra relinquens et multum de conamine suo dubitans* Romam *Sp?θFrob.*2 : numen romam *A.ald.* : auri romam *N* : romanam π aduecta foret π : aduecta esset *Sp?θFrob.*2 : aduectasset N^{4} : aduectum foret *AN.ald.* (*cf. supra*) 6 decemuiris *C*$B^{2}A^{7}N^{4}$*Hθ* : ducemuiris π : ducentis uiris *AN* omnia laeta *Johnson* : omnia laeta exta A^{8}(*sed sine* omnia) N^{4}*Hθald.Frob.*1.2 : laeta Π*N* : litauisse *Gron.* (*pro* laeta fuisse) oraculo Π*Nθ* : oraculum N^{4} *ut s. l. H* editum $C^{4}A^{7}$ *uel* A^{8}*HK Edd.* : edictum Π*NJ* 8 fatis Π*NHJ.ald.* : factis *Sp*N^{4}*K* : faustis *Rhen.* ominibus *Rhen.* : omnibus Π*NSpHθald.*

portendentis sese uictoriae compotes fierent, id cogitare atque agitare quae ratio transportandae Romam deae esset.

11 Nullasdum in Asia socias ciuitates habebat populus Romanus; tamen memores Aesculapium quoque ex Graecia quondam hauddum ullo foedere sociata ualetudinis populi
2 causa arcessitum, tunc iam cum Attalo rege propter commune aduersus Philippum bellum coeptam amicitiam esse
3 —facturum eum quae posset populi Romani causa—, legatos ad eum decernunt M. Valerium Laeuinum qui bis consul fuerat ac res in Graecia gesserat, M. Caecilium Metellum praetorium, Ser. Sulpicium Galbam aedilicium, duos quaestorios Cn. Tremelium Flaccum et M. Valerium Faltonem.
4 Iis quinque naues quinqueremes ut ex dignitate populi Romani adirent eas terras ad quas concilianda maiestas
5 nomini Romano esset decernunt. Legati Asiam petentes protinus Delphos cum escendissent, oraculum adierunt

8 portendentis sese *ald.Frob.*1.2 : portendenti sese $\Pi NH\theta$: portensese *?*P^1 : *om. Sp*, *qui* oraculisque portande Romam *praebuit*, *fort. iii uel iv lineis post* port- *ob* *ὁμ. perditis*, *cf.* 28. 2. 16 *adn.* atque agitare $N^4H\theta$ (*cf.* agere atque cog. 2. 55. 2 *et* 24. 45. 5) *Edd. ante Ald.* : *om.* ΠN *Aldus Frob.*1.2

11 1 Nullasdum $SpA^7(A^8?)N^4(N^3?)H$: nulladum ΠN : nullas tum (tamen *J*) $C^4\theta$*ald.Frob.*1.2 populus Romanus] p̄ r̄ $\pi N\theta$ *Edd.* : populum romanum *SpH* : *om. M* Aesculapium *FW* : aescolapium (*uel* esc-) ΠNH (hosc-) foedere (*uel* fed-) $CB^2ANH\theta$: fudere π ualetudinis] -let- *PR* : -lit- $CR^2MBDANH\theta$ arcessitum] arcess- πN : accers- $C\theta$, *cf.* 26. 22. 2 *adn.* 2 cum $C^4ANH\theta$: *om.* π coeptam (*uel* cept-) $A^8N^4N\theta$: coeptum ΠN *ante* facturum ($\Pi N\theta$) *add.* sperantes *Leo, quod et ipse malim; quoniam uero Liuiana haec esse Johnsonio uideantur, nihil mutauimus, per puncta* (— —) *difficultatem tantum indicantes* posset ΠN *ald.* (*cf.* 27. 17. 14 *adn.*) : possit $H\theta$*Frob.*2 3 qui bis $C^4M^9B^2A\theta$: qui uis π : quibus *NH* M. (Caecilium) N^xH (*sed* ∞ *uel* co *pro* m), *cf.* 28. 10. 9 : *om.* ΠN Metellum . . . Sulpicium $N^4H\theta$, *et sic* (*sed om.* Ser.) *ald.Frob.*1.2 : *om.* ΠN, *fort. ii lineis ob ὁμ. perditis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* aedilicium $P^1CR^x\theta$: aedilicium galbam π : *om. DAN* quaestorios *HJFrob.*2 : quaestores ΠNK*.ald.* Tremelium ΠN *et sic P in* 30. 27. 8 *et C in* 30. 41. 2 (-ll- *P in* 30. 26. 11), *cf. e.g.* -l- *in C.I.L.* IX. *p.* 665 : tremellium $H\theta$ Faltonem *Sigonius, cf. e.g. C.I.L.* I². 1, *p.* 138 : falconem (flac- *C* : falci- N^2H) $\Pi NH\theta$ 4 Iis *PCRH* : his $C^4R^2MBDANK$: hiis *J* ut π^2 *et* $P^xM^3NH\theta$: et ut *P*, *cf.* 27. 4. 12 *adn.* : es ut *M* 5 escendissent] esc- πN, *cf.* 27. 5. 8 *adn.* : exc- *Frob.*2 : ad-(*uel* a-)sc- $MB^2D\theta$: desc- AN^2*ald.* : ess- *H*

consulentes ad quod negotium domo missi essent perficiendi eius quam sibi spem populoque Romano portenderet. Re- 6
sponsum esse ferunt per Attalum regem compotes eius fore quod peterent: cum Romam deam deuexissent, tum curarent ut eam qui uir optimus Romae esset hospitio exciperet. Pergamum ad regem uenerunt. Is legatos comiter acceptos 7
Pessinuntem in Phrygiam deduxit sacrumque iis lapidem quam matrem deum esse incolae dicebant tradidit ac deportare Romam iussit. Praemissus ab legatis M. Valerius 8
Falto nuntiauit deam apportari; quaerendum uirum optimum in ciuitate esse qui eam rite hospitio acciperet.

Q. Caecilius Metellus dictator ab consule in Bruttiis comi- 9
tiorum causa dictus exercitusque eius dimissus, magister equitum L. Veturius Philo. Comitia per dictatorem habita. 10
Consules facti M. Cornelius Cethegus P. Sempronius Tuditanus absens cum prouinciam Graeciam haberet. Praetores 11
inde creati Ti. Claudius Nero M. Marcius Ralla L. Scribonius Libo M. Pomponius Matho. Comitiis peractis dictator sese magistratu abdicauit.

Ludi Romani ter, plebeii septiens instaurati. Curules 12
erant aediles Cn. et L. Cornelii Lentuli. Lucius Hispaniam prouinciam habebat; absens creatus absens eum honorem gessit. Ti. Claudius Asellus et M. Iunius Pennus plebeii 13

5 consulentes *CM*^{3}(*M*^{7}*?*)*N*^{2} *uel N*^{4} *ut s. l. θ*: consulente (-leme *B*: -lunt *B*^{2}) π*N*: consulentibus *A*^{v}*W*   6 tum Π*N.ald.Frob.*1.2: tunc *Hθ*, *cf. c.* 1. 6 *adn.*   Romae (esset) *C*^{2}*M*^{2}*A*^{x}*N*^{2}: roma π: rama *N?*   exciperet π*N*: reciperet *B*: acciperet *θald.Frob.*1.2: *om. H*   7 Pessinuntem Π*NJ*, *cf. c.* 10. 5: pesimontem *K*: pessinionem *H*   quam π*N*^{4}*J*: quem *ANK.ald.Frob.*1.2
8 praemissus (-sis *CH*) π*C*^{4}*θald.*: remissus *Rhen. ex Sp? cf. c.* 14. 5   Falto] *cf.* § 3: falco Π*Nθ*: falcto *H*   uirum optimum Π*N.ald.Frob.*1.2: optimum uirum *Hθ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.*
10 habita] *hic Hθald.Frob.*1.2: *ante* per Π*N* (*cf.* 28. 2. 15 *adn.*) Tuditanus Π*Nθ* (rudi- *H*), *cf.* 27. 36. 6   11 Ti. *K*, *Sigonium confirmans*, *cf. e.g. c.* 13. 2 (*Put.*): t. (*uel* titus) *N*^{4}*Hθald.Frob.*1.2: *om.* Π*N*   Ralla *F*, *cf.* 30. 38. 4: rella π*N*: bella *C*: hala *A*^{x}: raia *N*^{4}*Hθ*   peractis Π*N.ald.* (*sc.* '*celeriter factis*'): perfectis *HθFrob.*2, *fort. recte* (*quod Gron. ex Epit.* 47 *citat Pighio non Liuio debetur*)
13 Ti. *Sigonius*, *cf.* 27. 41. 7 (*Put.*): t. Π*N*: l. *A*^{1}*Hθ*   Asellus *Vat*, *cf. ibid.*: assellius *Hθ* (-llus *K*): asilus π (ass- *C*) *N*   Pennus *JX Sigonius*, *cf.* 30. 40. 5: penus Π*NK*

aediles fuerunt. Aedem Virtutis eo anno ad portam Cape-
nam M. Marcellus dedicauit septimo decimo anno postquam
a patre eius primo consulatu uota in Gallia ad Clastidium
14 fuerat. Et flamen Martialis eo anno est mortuus M. Aemilius
Regillus.

12 Neglectae eo biennio res in Graecia erant. Itaque Phi-
lippus Aetolos desertos ab Romanis, cui uni fidebant auxilio,
quibus uoluit condicionibus ad petendam et paciscendam
2 subegit pacem. Quod nisi omni ui perficere maturasset,
bellantem eum cum Aetolis P. Sempronius proconsul,
successor imperii missus Sulpicio cum decem milibus pedi-
tum et mille equitibus et triginta quinque rostratis nauibus,
haud paruum momentum ad opem ferendam sociis, oppres-
3 sisset. Vixdum pace facta nuntius regi uenit Romanos
Dyrrachium uenisse Parthinosque et propinquas alias gentes
motas esse ad spem nouandi res Dimallumque oppugnari.
4 Eo se auerterant Romani ab Aetolorum quo missi erant
auxilio, irati quod sine auctoritate sua aduersus foedus cum
5 rege pacem fecissent. Ea cum audisset Philippus ne qui

13 M. Marcellus *θXF*: marcellus Π*N*: *om. W*: miles marcellus *H*   in Gallia A^7 *uel* $A^8N^4H\theta XW$: in calli π(*C*)*?N*: calli *M?*: Galli *M uel* M^1: in castris C^4

12 1 Romanis *Sp?*$A^7H\theta$*Frob.2*: romano Π*N.ald.*   uni πA^xN *Sp ut uid.*: unū *A?*: uno *Hθ*   subegit Π*N ald.Frob.*1.2: sub-iecit A^7(A^8?)*Hθ*   2 eum Π*N*: *om. Hθ*   decem milibus peditum et mille equitibus $A^8H\theta$, *et* N^4 *qui cum siglum suum inserendi non ut solet scripserit, has uoces ut s. l. tantum pro* xxxv rostratis *addidisse credi potest; quod tamen uix credo, nam siglum illud saepe omittit si litterae inserendae aequaliter supra uocum interuallum stant*: dem militibus *P*, *cf.* § 4 *adn.*: dem milibus P^2CR: decem milibus C^4MBAN: de militibus *D*   et (xxxv) Π*N.ald.*: *om. HθFrob.2*
3 Dyrrachium] dyrrach- A^8 (*ut Bamb. in* 31. 27. 1): dyrrhac- (-rrac- *P*)π: dirach- *θ*: dirrac- *N*   Parthinosque Π(-thyn- *B*)*NSp?HFrob.2*: parthenosque *ald.*: parchinosque *θ* (barch- *K*); *sed in* § 13 -thini Π*N J*, -thinum *K*   alias gentes *AN.ald.Frob.*1.2: gentis alias motis alias *P*, *cf. c.* 1. 23 *adn.*: gentis alias π^2R^2: gentes alias *Hθ*   oppugnari *Sp?*A^8N^2 *uel* N^4 *ut s. l. HFrob.2*: oppugnare Π*Nθ ald.*, *cf.* 27. 4. 13 *adn.*   4 eo se auerterant . . . missi erant A^8N^4 *Hθald.Frob.*1.2: eos uerterant Π*N*, *xxx litt. fort. ii lineis ob ὁμ. perditis* (*cf.* 26. 51. 8 *adn.*)

motus maior in finitimis gentibus populisque oreretur magnis
itineribus Apolloniam contendit, quo Sempronius se re-
ceperat misso Laetorio legato cum parte copiarum et quin-
decim nauibus in Aetoliam ad uisendas res pacemque si
posset turbandam. Philippus agros Apolloniatium uastauit 6
et ad urbem admotis copiis potestatem pugnae Romano
fecit; quem postquam quietum muros tantummodo tueri
uidit, nec satis fidens uiribus ut urbem oppugnaret et cum 7
Romanis quoque, sicut cum Aetolis, cupiens pacem si posset,
si minus, indutias facere, nihil ultra inritatis nouo certamine
odiis in regnum se recepit.

Per idem tempus taedio diutini belli Epirotae temptata 8
prius Romanorum uoluntate legatos de pace communi ad
Philippum misere, satis confidere conuenturam eam adfir- 9
mantes si ad conloquium cum P. Sempronio imperatore
Romano uenisset. Facile impetratum—neque enim ne 10
ipsius quidem regis abhorrebat animus—ut in Epirum tran-
siret. Phoenice urbs est Epiri; ibi prius conlocutus rex 11
cum Aeropo et Derda et Philippo, Epirotarum praetoribus,

5 populisque . . . itineribus $A^8N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* π *omnia, xxxii litt.* (*fort. ii lineis*) *ob* -ibus | -ibus *perditis, cf.* § 4 *et* 26. 51. 8 *adn.* : esset *AN* oreretur N^4H, *cf. c.* 6. 11 *et* 27. 22. 13 *adn.* : oriretur A^8J*.ald.Frob.*1.2 : fieret *K* quindecim Π*N Edd.* : xxv A^8N^4 *ut s. l.* $H\theta$ turbandam Π^2N*.ald.Frob.*1.2 : turbamdam *P* : seruandam A^8 *ut uid.* $N^4H\theta$. *Alia exempla glossematorum in codd. Spirensianis insertorum uel deprauationum de industria factarum inuenias ad cc.* 6. 2; 6. 5; 17. 17; 22. 8; 23. 4; 23. 10; 27. 9; 36. 6; 28. 9. 1; 28. 11. 6; 30. 12. 6; 30. 30. 27 *al.* 6 Apolloniatium (app- *DH*) $CRDH\theta$ (*sed in* 24. 40. 15 *Nom. Graecus* -atae) : apolliniatium (-natium M^3) π*N* (ur)bem . . . Romano *in Ta olim exstabant cf. Praef.* 95 7 et cum *Sp?*$A^7H\theta$*Frob.*2 : cum Π*N.ald.* si minus Π$N\theta$*ald.*, *cf. c.* 3. 3 : sin minus *SpFrob.*2 : in minus *H* 8 Epirotae CA^8N^4 *et in marg. et in contextu,* $H\theta$ (epyr- *J*) : epiroe *P* : epikoe *RMBDAN* 10 abhorrebat CB^2ANSp *ut uid. ald.* : adhorrebat PM^3 (*cf.* 27. 25. 12 *adn.*) *et* (*sed* -ant) *RMBD* : horrebat $H\theta$ 11 Phoenice (*uel* phen-) $N^4H\theta$*Frob.*1, *cf. Polyb.* 2. 6 : poen-(*uel* pen-)ice (*uel* -cę) Π*N.ald.* est $A^8N^4H\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N* Aeropo (*uel* er-) $A^8N^2H\theta$, *cf.* 27. 32. 9 : afropo π*N* (-ro. po *AN*) : apofro *B* : aofropo B^2 Derda *Sp*$A^8N^4H\theta$*Frob.*2 : darda Π*N.ald.* praetoribus A^8N^4 *ut s. l.* $H\theta$: praetore Π*N*

12 postea cum P. Sempronio congreditur. Adfuit conloquio
Amynander Athamanum rex, et magistratus alii Epirotarum
et Acarnanum. Primus Philippus praetor uerba fecit et
petit simul ab rege et ab imperatore Romano ut finem belli
13 facerent darentque eam Epirotis ueniam. P. Sempronius
condiciones pacis dixit ut Parthini et Dimallum et Bargul-
lum et Eugenium Romanorum essent, Atintania, si missis
Romam legatis ab senatu impetrasset, ut Macedoniae acce-
14 deret. In eas condiciones cum pax conueniret, ab rege
foederi adscripti Prusia Bithyniae rex, Achaei Boeoti Thessa-
li Acarnanes Epirotae : ab Romanis Ilienses, Attalus rex,
Pleuratus, Nabis Lacedaemoniorum tyrannus, Elei Messenii
15 Athenienses. Haec conscripta consignataque sunt, et in
duos menses indutiae factae donec Romam mitterentur legati
16 ut populus in has condiciones pacem iuberet ; iusseruntque

12 Adfuit $P^xC^4M^3B^2AN$: adfluit π : affuit *Hθ* *post* con-(*uel* col-)loquio (Π*NHθ*) *add.* et N^4*θald.Frob.*1.2 petit Π*NHθ*, *cf.* 27. 5. 9 *adn.* : petiit *ald.Frob.*1.2 13 Parthini] *u.* § 3 Bargullum] *sic* (*sed* balg- *B*) Π*N* : -gill- N^2 *uel* N^4 *ut s. l. Hθ* et (Eug.) Π*N Edd.* : *om. Hθ* (*sed* eugeniumque *K*) Atintania si π*N*, *sed* at (ad N^4) intani asimissis (-nias missis N^4 *et* N^x) *AN* : ad intantias *HVat* : atintanas *ald.Frob.*1.2 : adiuta si (sis *J*) *θ* : adiutari J^1 : *om.* atin– . . . missis *D* (*spat. xviii litt. relicto*) ab senatu impetrasset A^x*θ* : ab (ad B^2) senatum patrasset (pet- *P*)Π^2N : ab senatu impetrasse N^4*HFrob.*2 (ad senatum impetrasse *ald.*), *sed Inf. ob si perditum in contextum emersit* ut (Mac.) Π*Nθ Edd.* : *del. Gron.*, *sed cf. e.g.* 5. 21. 15 Macedoniae accederet *Alschefski* : macedoniae (*uel* -ie) cederet (cę- *M*) Π*N* : macedonia cederet (-tur *H*) A^7(A^8?)N^4 *ut s. l. Hθald.* (atintanas *uel* sim. *supra praebentes*) : macedoni accederent (-ret *Gron. fort. recte*) *Frob.*2 *Gron.*
14 eas Π*N Edd.* : has *Hθ* foederi (*uel* fed-) Π(-ris M^3)*N Edd.* : federe A^8N^4 *ut s. l. Hθ* Prusia P^4*ANHθ*(*J?*) : prusia a π : prusias C^4 Boeoti A^xN^4?(*sed* boet- N^2 *uel* N^5 *nec liquet utrum hoc uoluerit* N^4 *necne*)*Frob.*2 : baeo (*uel* beo) Π*N* : boeti (*uel* -tii) A^7*H θ* : boeotii *ald.* Thessali Acarnanes A^8N^4*Hθ* (*multa cum formae uarietate*) : *om.* Π*N*, *fort. linea xix litt.* (*cum* -ti *supra*) *perdita* (*cf.* 26. 51. 8 *adn.*) Nabis Π*N Edd.* : nauis *H* : *om.* A^8N^4*θ* Messenii A^8N^4?*Hθ* : messe π : esse *A?N* 15 Haec conscripta *Sp*N^2*HθFrob.*2 : hoc conscripta π : hoc conscripta modo *AN* (*cf.* 28. 12. 13 *adn.*) : haec conscripta modo *ald.* Romam A^7N^1 *uel* N^4 (*rescriptus*) *ut s. l. Hθ* : romae Π*N* iuberet A^x*θ Edd.* : *om.* Π*N* : iuberent *H* (*et* N^4 *ut s. l. pro* iusserunt- § 16)

omnes tribus, quia uerso in Africam bello omnibus aliis in
praesentia leuari bellis uolebant. P. Sempronius pace facta
ad consulatum Romam decessit.

M. Cornelio P. Sempronio consulibus—quintus decimus 13
is annus belli Punici erat—prouinciae Cornelio Etruria cum
uetere exercitu, Sempronio Bruttii ut nouas scriberet legiones
decretae: praetoribus M. Marcio urbana, L. Scribonio 2
Liboni peregrina et eidem Gallia, M. Pomponio Mathoni
Sicilia, Ti. Claudio Neroni Sardinia euenit. P. Scipioni 3
cum eo exercitu, cum ea classe quam habebat, prorogatum
in annum imperium est; item P. Licinio ut Bruttios duabus
legionibus obtineret quoad eum in prouincia cum imperio
morari consuli e re publica uisum esset. Et M. Liuio et Sp. 4
Lucretio cum binis legionibus quibus aduersus Magonem
Galliae praesidio fuissent prorogatum imperium est, et Cn. 5
Octauio ut cum Sardiniam legionemque Ti. Claudio tradi-
disset ipse nauibus longis quadraginta maritimam oram,
quibus finibus senatus censuisset, tutaretur. M. Pomponio 6
praetori in Sicilia Cannensis exercitus duae legiones de-
cretae; T. Quinctius Tarentum, C. Hostilius Tubulus
Capuam pro praetoribus, sicut priore anno, cum uetere
uterque praesidio obtinerent. De Hispaniae imperio, quos 7
in eam prouinciam duos pro consulibus mitti placeret latum

16 bellis (-lo *H*) uolebant *HθFrob.2*: uolebant bellis Π*N.ald.* (*cf. c.* 13. 1 *et* 28. 2. 15 *adn.*) P. π*Sp?*A^8*HθFrob.2*: *om. AN.ald.*
13 1 M. Cornelio] *hic HθFrob.2*: *post* p. sempronio Π*N.ald. sed ordinem consulum huius anni dat c.* 11. 10. *De ord. Put. corrupto, cf.* 28. 2. 15 *adn.* consulibus $A^7θ$: *om.* Π*N*: cō N^2(N^4?): consule *H* belli Punici πθ: punici belli *ANH.ald.Frob.*1.2 2 peregrina θ (-nae *uel* -ne Π*N*) Ti. Π*N* (*cf. c.* 11. 11 *adn.*): titi N^2 (*sed* ti *uoluit*): t. (*uel* tito) *Hθald.Frob.*1.2 3 P.(Scip.) ΠA^xN: proconsuli *SpHθ* imperium est Ta^2Π*Nθ*: *om. ut uid. Ta* 5 Cn. (*uel* c̄n.) Π*N* (*cf.* 28. 38. 13): c. (*uel* gaio) θ: consule *H* 6 decretae (*uel* -te); T. (*uel* titus)*P*(decreta|et)$A^8Hθ$ *Edd.*: decretae et $Π^2N$ Quinctius (*sed* -int-) Π*Hθ*: quintus *N* cum $A^8N^4Hθ$: tum Π*N* uterque $A^8N^4Hθ$: *om.* Π*N* 7 quos π *Sp?HFrob.2*: quod *ANθald.* pro consulibus mitti *W*: pro cō praemitti N^4: proconsules mitti *Sp ut uid.* $A^8θald.$: promitti Π: praemitti *N*: mitti C^x

ad populum est. Omnes tribus eosdem L. Cornelium
Lentulum et L. Manlium Acidinum pro consulibus, sicut
priore anno tenuissent, obtinere eas prouincias iusserunt.
8 Consules dilectum habere instituerunt et ad nouas scriben-
das in Bruttios legiones et in ceterorum—ita enim iussi ab
senatu erant—exercituum supplementum.

14 Quamquam nondum aperte Africa prouincia decreta erat
occultantibus id, credo, patribus ne praesciscerent Carthagi-
nienses, tamen in eam spem erecta ciuitas erat in Africa eo
2 anno bellatum iri finemque bello Punico adesse. Impleuerat
ea res superstitionum animos, pronique et ad nuntianda et
3 ad credenda prodigia erant; eo plura uolgabantur: duos
soles uisos, et nocte interluxisse, et facem Setiae ab ortu
solis ad occidentem porrigi uisam: Tarracinae portam,
Anagniae et portam et multis locis murum de caelo tactum:
in aede Iunonis Sospitae Lanuui cum horrendo fragore
4 strepitum editum. Eorum procurandorum causa diem
unum supplicatio fuit, et nouendiale sacrum quod de caelo
5 lapidatum esset factum. Eo accessit consultatio de matre

7 L. Cornelium Lentulum et L.] *om. C* pro consulibus (sicut)] pro cō N^4: pro cos πB^1: pro quos *BDN* (*cf.* 28. 9. 4): pro consules A^8HJ 8 instituerunt Π$NH\theta$, *cf.* 28. 46. 11: instituerunt *Cobet* et in Π*N.ald.*: et $N^4?H\theta$*Frob.*2 exercituum] -tuum $C^4M^2A^8\theta$: -tum Π*NH* supplementum (supplexm- π) P^1CM^1A $N\theta$ *Edd.*: suppleuerunt N^4H

14 1 praesciscerent $A^8N^4H\theta$ *Edd.*: praescriberent Π*N* iri A^8N^4 *ut s. l.* $H\theta$: ire π*N* (*cf.* 27. 4. 13 *adn.*): ora *C?*: irae C^4 2 superstitionum] -num πR^1N (*cf. e.g.* 26. 19. 2): -nem RN^5J: -ne A^8 *K.ald.Frob.*1.2 et ad credenda $A^8\theta$ (*sed om.* et *ante* ad nunt- θ): ad crescenda πB^1N (et ad cr. *BAN*): *om. HVat* 3 eo Π*N*: ea $A^8N^2H\theta$*ald.Frob.*1.2 nocte Π*N Edd.*: noctem $A^8\theta$ Setiae (*uel* -ie) $Sp?\theta$*Frob.*2: steliae π: stellie *BAN*: stelle (*uel* -lae) $CB^xA^8N^2$: septies *Vat*: stellae septies *ald.* ad (occid.) Π*N* *ald.*: in $SpH\theta$*Frob.*2 Anagniae N^4H, *cf. It. Dial.* 278 *A*: anac-(anec- *P*: anc- *RM*)niae π^2: anniae *B*: *om. D*: ananiae *AN*: et (*om.* et *J*) anagine θ et portam Π*N Edd.*: portam θ: *om.* C^4 N^4H Sospitae (*uel* -te: -ta N^2) Lanuui (*sed* -uii) cum Π*N* (*sed* t- *pro* l- *MBDAN*), *et sic uoluit* N^4 *qui* elanu *pro* tanu *add. post* sospita *ab* N^2 *profectum*: *alia alii* editum $C^xA^8N^4$ *ab* N^5 *rescriptus H K*: e-(et *BDAN*)dictum Π*NJ* 4 procurandorum] -cur- P^x $C^2M^7(M^3?)A^7N^2H\theta$: -curs- Π*N* quod $C^4A^7?N^2H\theta$: quos Π*N*

Idaea accipienda, quam, praeterquam quod M. Valerius unus ex legatis praegressus actutum in Italia fore nuntiauerat, recens nuntius aderat Tarracinae iam esse. Haud paruae 6
rei iudicium senatum tenebat qui uir optimus in ciuitate
esset; ueram certe uictoriam eius rei sibi quisque mallet 7
quam ulla imperia honoresue suffragio seu patrum seu plebis delatos. P. Scipionem Cn. filium eius qui in Hispania 8
ceciderat, adulescentem nondum quaestorium, iudicauerunt
in tota ciuitate uirum bonorum optimum esse.—Id quibus 9
uirtutibus inducti ita iudicarint, sicut traditum a proximis memoriae temporum illorum scriptoribus libens posteris traderem, ita meas opiniones coniectando rem uetustate
obrutam non interponam. P. Cornelius cum omnibus 10
matronis Ostiam obuiam ire deae iussus; isque eam de naue acciperet et in terram elatam traderet ferendam matronis. Postquam nauis ad ostium amnis Tiberini accessit, 11
sicut erat iussus, in salum naue euectus ab sacerdotibus

5 quam Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* $N^{4}H\theta$ praegressus Π*N.ald.* : regressus *Sp?*$H\theta$*Frob.*2, *cf. c.* 11. 8 recens $A^{8}N^{1}H\theta$: regens *N* : reges Π (-is M^{3} *uel* M^{7}) 7 quisque (-quam *J*) mallet quam Π*NH* θ*ald.Frob.*1.2 : quisque *Sp* (*unde frustra* cupias *pro* sibi quisque *Rhen.*) seu (patrum) $C^{x}M^{3}$*Sp ut uid.* $A^{8}N^{2}H\theta$: set π*N* : sed *C* 8 *ante* P. Scipionem *add.* patres conscripti *ald.* (*cf.* 28. 42. 22): *ignorant* Π*NSp*θ*Frob.*2 Cn. filium (*uel* f.) Π*Aldus* : filium *N*θ *Edd. ante Ald.* bonorum *Gron. ex C.I.L.* I^{1}. 32 : bonum (*uel* -nū) Π*N*, *fort. recte ut Gen. Plur.* : *del.* N^{2} *et* N^{4} *et om.* $H\theta$ *Edd. ante Gron.* 9 iudicarint π : iudicauerint *R*(-runt)*ANH*θ*ald.Frob.*1.2 traditum a proximis (primis $A^{8}H\theta$) memoriae Π*NH*θ*ald.* : proditum memoriae a primis *Sp ut uid. Frob.*2 (*cf. c.* 12. 5 *adn.*) traderem (-ditorem *B*) πB^{2}*N.ald.* : tradiderim *Sp*$A^{8}N^{5}H\theta$*Frob.*2, *sed* traditum *hic est i. q.* '*si traditum esset*' ita meas Π*NSp*θ*Frob.*2 : ita eas *ald.* : iam eas $N^{5}H$ 10 Ostiam *ald.Frob.*1.2, *cf.* 26. 19. 11 *adn.* : hostiam Π*NJ* : *om. HK* obuiam ire deae iussus *H*θ*Frob.*2 : ire iussus obuiam deae (*sed* de eisque *D*) Π*N.ald.* : *del.* deae N^{4}, *uix recte* (*nisi fort.* deam *pro* eam *legendum est; cf. de ordine uariato gloss. indicante* 27. 34. 3 *adn.*) acciperet N^{5}*?HFrob.*2 : accipere Π*N*θ*ald.* traderet *VatFrob.*2 : tradere Π*NH*θ*ald.* ferendam $C^{4}M^{7}$ *uel* M^{3} (*qui casu del. etiam* m- *in uoce* matronis) *Frob.*2 : referendam $A^{8}N^{5}H\theta$*ald.* : ferenda (-dam *MA et* $A^{v}N$) cum π*N* 11 accessit Π*N.ald.* : accessisset $A^{8}H\theta$*Frob.*2

12 deam accepit extulitque in terram. Matronae primores ciuitatis, inter quas unius Claudiae Quintae insigne est nomen, accepere; cui dubia, ut traditur, antea fama clariorem ad posteros tam religioso ministerio pudicitiam fecit.
13 Eae per manus, succedentes deinde aliae aliis, omni obuiam effusa ciuitate, turibulis ante ianuas positis qua praeferebatur atque accenso ture precantibus ut uolens propitiaque
14 urbem Romanam iniret, in aedem Victoriae quae est in Palatio pertulere deam pridie idus Apriles; isque dies festus fuit. Populus frequens dona deae in Palatium tulit, lectisterniumque et ludi fuere, Megalesia appellata.

15 Cum de supplemento legionum quae in prouinciis erant ageretur, tempus esse a quibusdam senatoribus subiectum est quae dubiis in rebus utcumque tolerata essent, ea dempto
2 iam tandem deum benignitate metu non ultra pati. Erectis exspectatione patribus subiecerunt colonias Latinas duodecim quae Q. Fabio et Q. Fuluio consulibus abnuissent milites dare, eas annum iam ferme sextum uacationem mili-
3 tiae quasi honoris et beneficii causa habere cum interim

12 antea Π*N.ald.* : ante *Hθ Frob.*2 clariorem A^8N^2HK : clamorem Π*N* : clarior est *J* 13 deinde Π*N.ald.* : *om. Hθ* : deinceps *Frob.*1.2, *sed* per manus *participii munere fungitur, sc.* '*postquam primae quaeque acceperunt*' obuiam effusa ciuitate π*Hθ* : effusa ciuitate obuiam *AN.ald.*, *cf. c.* 3. 10 *adn.* ianuas Π*N.ald. Frob.*1.2 : ianuam $N^4H\theta$ precantibus Π*NHθ* : precantes *Ussing, pessime, nam precabantur ture accenso non matronae in pompa sed spectantes e domibus* 14 idus Π*NHθ ald. Frob.*1.2 : nonas *Pighius, respiciens tempus posterius* (*cf. e.g. Ouid. Fast.* 4. 179) *quod Liuius de industria per* fuit . . . fuere *excludit* in Palatium $A^8N^4H\theta$ *Frob.*2 : in palatio *ald.* : *om.* Π*N* Megalesia (*sed* -siia) *P* : megalensia $A^8H\theta$: megalesi CN^4 : megalesiiam (*an* -suam *N?*) *RMBDA* (appellati *A*) *N*

15 1–2 pati. Erectis $C^4N^4H\theta$: patiere ut is (his *N*) Π*N* : pati. exceptis A^8 : pati ereptis A^v? 2 quae Q. $B^2AN\theta$ *Edd.* : quae que (*uel* quęq;) π : quęquę *B* : quae ea Q. N^4 (*non* qua *ut ait Luchs*) : qua ea *H* Fabio . . . annum] *om. C* : *add.* annum C^4 uacationem CMN^2 (uoc- *N*) *Hθ* : uacatione $PRDA^8$ (uoc- *BA*) quasi P^4 *uel* $P^5M^xA^8N^4$ *uel* $N^2H\theta$: quas Π*N* : *del.* C^2 causa habere (-rent C^2) $CA^8N^2H\theta$: causamabere (-m habere *MBDAN*) π*N*

 3

boni obedientesque socii pro fide atque obsequio in popu-
lum Romanum continuis omnium annorum dilectibus ex-
hausti essent. Sub hanc uocem non memoria magis patribus 4
renouata rei prope iam oblitteratae quam ira inritata est.
Itaque nihil prius referre consules passi, decreuerunt ut con- 5
sules magistratus denosque principes Nepete Sutrio Ardea
Calibus Alba Carseolis Sora Suessa Setia Circeiis Narnia
Interamna—hae namque coloniae in ea causa erant—Ro-
mam excirent; iis imperarent, quantum quaeque earum 6
coloniarum militum plurimum dedisset populo Romano ex
quo hostes in Italia essent, duplicatum eius summae nume-
rum peditum daret et equites centenos uicenos; si qua eum 7
numerum equitum explere non posset pro equite uno tres
pedites liceret dare; pedites equitesque quam locupletissimi
legerentur mitterenturque ubicumque extra Italiam supple-
mento opus esset. si qui ex iis recusarent, retineri eius 8
coloniae magistratus legatosque placere neque si postularent
senatum dari priusquam imperata fecissent. stipendium 9
praeterea iis coloniis in milia aeris asses singulos imperari
exigique quotannis, censumque in iis coloniis agi ex formula
ab Romanis censoribus data; dari autem placere eandem 10
quam populo Romano; deferrique Romam ab iuratis cen-
soribus coloniarum priusquam magistratu abirent.

3 fide $M^{3}(M^{7}?)ANH\theta$: fid *C*: fite π   in populum Romanum (*sed* p̄. r̄.) π : in ppl'o r. *D* : impr̄ *BAN* : imperii (impr̄ N^{4}) romani $A^{8}N^{4}\theta$*ald.Frob.*1.2   4 oblitteratae (*uel* -ite-) $M^{3}A^{8}N^{4}H\theta$ (iam *om.* $H\theta$) : oblit-(*uel* -itt-)erata Π*N*   quam ira inri-(*uel* irri-)tata est $A^{8}N^{4}H\theta$*Frob.*2 *et* (*sed* est *ante* quam) *ald.* : est Π*N* (*linea ut uid. ob* -ata|-ata *omissa, cf.* 26. 51. 8 *adn.*) : *del.* est M^{3} 5 Sutrio π*N*, *cf.* 27. 9. 7 : sutro $N^{2}H\theta$: -sultro *D*   Sora $A^{8}N^{4}H\theta$*ald.Frob.*1.2, *cf. ibid.* : *om.* Π*N*   Suessa $A^{8}N^{4}H\theta$ (-sae *uel* -se Π*N*) Circeiis (*sed* -caeis) *ald.Frob.*1.2, *cf. ibid.* : circis $A^{8}N^{4}$: cereis θ : cerei π*N* (*sed* -cere in arma *D*: -cere in arnia *N*: -cere narnia N^{2})   6 ex Π$N\theta$ *Edd.* : et ex N^{4} : ec ex *H*   daret Π*N*: dare $A^{8}N^{4}H\theta$ 8 retineri $A^{8}H\theta$: retinerent (-re ut *A*) Π*N*: retinere $C^{2}M^{2}$ 9 asses N^{4} *Edd.* : asse *PN*   imperari Π$N\theta$ *Edd.* : imperare N^{2} *uel* N^{4} *ut s. l. H*   in iis *PCR* : in his $R^{2}MBDAN$ *H* : *om.* θ (*qui* in . . . formula *om. omnia* : *praebent* Π*NH.ald. Frob.*1.2)

11 Ex hoc senatus consulto accitis Romam magistratibus primoribusque earum coloniarum consules cum milites stipendiumque imperassent, alii aliis magis recusare ac recla-
12 mare: negare tantum militum effici posse: uix si simplum
13 ex formula imperetur enisuros: orare atque obsecrare ut sibi senatum adire ac deprecari liceret: nihil se quare perire merito deberent admisisse; sed si pereundum etiam foret, neque suum delictum neque iram populi Romani ut plus
14 militum darent quam haberent posse efficere. Consules obstinati legatos manere Romae iubent, magistratus ire domum ad dilectus habendos: nisi summa militum quae imperata esset Romam adducta neminem iis senatum da-
15 turum. Ita praecisa spe senatum adeundi deprecandique dilectus in iis duodecim coloniis per longam uacationem numero iuniorum aucto haud difficulter est perfectus.

16 Altera item res prope aeque longo neglecta silentio relata a M. Valerio Laeuino est qui priuatis conlatas pecunias se ac M. Claudio consulibus reddi tandem aequum esse dixit;
2 nec mirari quemquam debere in publica obligata fide suam praecipuam curam esse; nam praeterquam quod aliquid

11 senatus consulto (*sed* s̄. c̄.) Π*N*θ (*plene K*): sociis N^4 *ut s. l. H, cf. c.* 36. 11 *et* 30. 26. 12 cum $M^3A^xN^4$*? ut s. l.*: tum π*N*: tam *C* (*add.* cum *ante* impetr. C^4) milites *ANH*θ *Edd.*: militem π *N, uix recte in tali formula* (*cf. potius* 27. 40. 7 *adn.*) imperassent] -per- $M^3A^8N^1$ *ut s. l.* H^1θ: -petr- π (-set *D*)*N* reclamare Π*N Edd.*: clamare *H*θ 12 enisuros] enis- Π*N*: enix- *H*θ 13 deprecari (*uel* -praec-) $M^2B^2N^1$ *ut s. l. H*θ: depraecare (*uel* -prec-) Π*N* (*cf.* 27. 4. 13 *adn.*) delictum Π*NSp?KFrob.2*: delectum (dil- N^2*HJ.ald.*) 14 Consules ob-(op- *P*)stinati (-sten- *D*) Π*N Edd.*: obstinati consules θ, *cf.* 27. 37. 5 *adn.*: obstinati *H* domum Π*N*: domos A^8Hθ*ald.Frob.*1.2 dilectus π: delectus (*hic et in* § 15) *ANH*θ 15 uacationem Π*N*(uoc-)θ: uagationem N^2H aucto πC^2Nθ *Edd.*: aucte *C*: acto *D*: auctorum N^5 *uel* N^6H

16 1 aeque longo A^8Hθ*ald.Frob.*1.2: aequo (equo *N*) longe Π*N* se ac M. πC^xN: se ac me *C?*: se a. m̄. *D*: se a A^8: se auctore A^v: a m. θ: a milite *H* consulibus (*sed* cōs *uel* coñs) Π*N*: consule A^8Hθ aequum (*uel* eq-) CN^4(*sed supra* -q- *add.* o N^6)θ: aemo (emo *AN*) equum (aequm M^2 *et MBD*) π*N; fort. ex* (tand-)em *repetito et dittographia formarum* aequum *et* aequom (*cf.* 27. 34. 5 *adn.*) *corruptela orta est*

proprie ad consulem eius anni quo conlatae pecuniae
essent pertineret, etiam se auctorem ita conferendi fuisse
inopi aerario nec plebe ad tributum sufficiente. Grata ea 3
patribus admonitio fuit; iussisque referre consulibus decre-
uerunt ut tribus pensionibus ea pecunia solueretur; primam
praesentem ii qui tum essent, duas tertii et quinti consules
numerarent.

Omnes deinde alias curas una occupauit postquam Lo- 4
crensium clades, quae ignoratae ad eam diem fuerant, lega-
torum aduentu uolgatae sunt; nec tam Plemini scelus quam 5
Scipionis in eo aut ambitio aut neglegentia iras hominum
inritauit. Decem legati Locrensium obsiti squalore et sordi- 6
bus in comitio sedentibus consulibus uelamenta supplicum,
ramos oleae, ut Graecis mos est, porgentes ante tribunal
cum flebili uociferatione humi procubuerunt. Quaerentibus 7
consulibus Locrenses se dixerunt esse, ea passos a Q. Plemi-
nio legato Romanisque militibus quae pati ne Carthaginien-
ses quidem uelit populus Romanus; orare uti sibi patres
adeundi deplorandique aerumnas suas potestatem facerent.

Senatu dato, maximus natu ex iis: 'Scio, quanti aesti- **17**
mentur nostrae apud uos querellae, patres conscripti, pluri-
mum in eo momenti esse si probe sciatis et quomodo proditi
Locri Hannibali sint et quomodo pulso Hannibalis praesidio

2 ita Π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. H*θ inopi aerario θ*Frob.*2 : inopiae (-ia *P* : -ie *MDAN*) aer-(er- *AN*)ariae (-ie *D* : -ii *AN*) π*N* : in inopia aerarii A^{v}(*sed sine* in)*ald.*: inopie ratio *H* 4 ignoratae (*uel* -te) π : ig-(ing- *J*)note *ANH*θ*ald.Frob.*1.2 (-tae) ad eam diem Π*N*θ (*cf.* 27. 16. 16 *adn.*) : in eadem die *H* 5 inritauit (*uel* irr-) $A^{8}H$ θ *Edd.* : inuitauit π : mutauit *A et sic uoluit N* 6 supplicum M^{1} *uel* $M^{3}B^{2}A^{1}?N^{1}HK$: supplicium Π*NJ* porgentes π, *cf. e.g. Verg. Aen.* 8. 274 (*forma antiqua formulae apta : contra in c.* 14. 3 (*extra formulam*) porrig- *cum P legimus*) : porrigentes *BD*(pori-)*AN* θ (*cf.* 30. 21. 7) 7 orare $N^{2}H$θ*Frob.*2 : rogare (-ate *R*) π$R^{1}N$ *ald.*, *cf. e.g. c.* 17. 6 *adn.* uti Π*N.ald.Frob.*1.2 : ut *H*θ

17 1 natu ex iis (his $C^{2}R^{2}MBDAN$) Π*N* : naturis *H* aestimentur Π*N.ald.Frob.*1.2 : existimentur *B*θ (*sed* exst- *J* : ext- *K*) : extimantur *H* (*et in* § 7 aest- Π*N* : ext- *H*θ) proditi . . . quomodo] *om. D* Hannibali CM^{1} *uel* $M^{3}BAN$θ : hannibalis *PRM* : *om.* Hannibali sint et quomodo pulso *HVat* (*praebent* Π*N*θ *Edd.*)

2 restituti in dicionem uestram ; quippe si et culpa defectionis procul a publico consilio absit, et reditum in uestram dicionem appareat non uoluntate solum sed ope etiam ac uirtute nostra, magis indignemini bonis ac fidelibus sociis tam indignas tam atroces iniurias ab legato uestro militibusque
3 fieri. Sed ego causam utriusque defectionis nostrae in aliud tempus differendam arbitror esse duarum rerum gratia ;
4 unius ut coram P. Scipione, qui Locros recepit ⟨et⟩ omnium nobis recte perperamque factorum est testis, agatur ; alterius quod qualescumque sumus tamen haec quae passi sumus
5 pati non debuimus. Non possumus dissimulare, patres conscripti, nos cum praesidium Punicum in arce nostra haberemus, multa foeda et indigna et a praefecto praesidii Hamilcare et ab Numidis Afrisque passos esse ; sed quid
6 illa sunt, conlata cum iis quae hodie patimur ? Cum bona uenia, quaeso, audiatis, patres conscripti, id quod inuitus eloquar. In discrimine est nunc humanum omne genus, utrum uos an Carthaginienses principes orbis terrarum

1 restituti π*NK* : restitut *D* : et restituti *HJ*   2 quippe si et $A^{8}N^{4}H\theta$*ald.Frob.*1.2 : quippets *P* : quippe si π*N* : quippe *M* (*cum* si *post* culpa)   ope etiam ac *HFrob.*2 : etiam ope ac *NK.ald.* : etiam ope et Π : opere etiam ac *JX* ; *fort.* etiam *delendum* (*cf.* 27. 34. 3 *adn.*)   tam indignas tam atroces *Johnson* (*cf. c.* 7. 7 *adn.*) : tam indignas Π*N* : tam atroces *Sp ut uid.* A^{8} *ut s. l.* N^{4} *ut s. l.* $H\theta$: tam atroces atque indignas *ald.Frob.*1.2   3 esse duarum $N^{4}H\theta$ *Edd.* : sed aurum π : sed (set *N*) harum $C^{2}AN$: sed duarum A^{8} gratia $CA^{8}N^{2}H\theta$: gratiam π*N*, *cf.* 26. 40. 11 *adn.*   4 ut (coram) $A^{8}N^{4}H\theta$*ald.Frob.*1.2 : et $\pi B^{1}N$: *om. B*   et *Alschefski* : *om.* Π*NSpH* : quique $A^{8}\theta$*ald.Frob.*1.2   est testis, agatur $A^{8}N^{4}$ *fort. ut s. l.* $H\theta$*ald.Frob.*1.2 : est testigatur Π*N* : teste, agatur *Rhen.* : testis, agatur *Drak.*, *non male* (*hi ambo sine* et *supra*)   tamen haec quae passi sumus $A^{8}N^{4}$ *uel* N^{3} *in marg.* $H\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *haud amplius xxiii litteris ob* ὁμ. *perditis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   5 et indigna et Π*N* : indigna et $SpH\theta$*Frob.*2 : et indigna *Med.* 3 *ald.*   esse ; sed *AN*(set)$H\theta$*ald.Frob.*1.2 : essed *PR* (*cf. c.* 19. 1) : esset *MBD* : esse $CM^{2}B^{2}$ 6 patres conscripti (*sed* p. c.) $\pi N^{4}H\theta$ (*plene J*) *Edd.* : *om. AN*   eloquar $N^{4}H\theta$*ald.Frob.*1.2 : dicam Π*N*, *cf. e.g. c.* 16. 7 *adn.*   discrimine est nunc (nunc est *K* : non est *J*) Π$N\theta$*Edd.* : crimine nunc (*om.* nunc *H*) est $N^{4}H$ omne $\pi Sp?N^{4}HJ$*Frob.*2 : *om. ANK.ald.* (utrumque *N* : ut utrum N^{4})   orbis $A^{8}N^{4}H\theta$: *om.* Π*N*

uideat. Si ex iis quae Locrenses aut ab illis passi sumus 7
aut a uestro praesidio nunc cum maxime patimur aesti
mandum Romanum ac Punicum imperium sit, nemo non
illos sibi quam uos dominos praeoptet. Et tamen uidete 8
quemadmodum in uos Locrenses animati sint. Cum a
Carthaginiensibus iniurias tanto minores acciperemus, ad
uestrum imperatorem confugimus: cum a uestro praesidio
plus quam hostilia patiamur, nusquam alio quam ad uos
querellas detulimus. Aut uos respicietis perditas res nostras, 9
patres conscripti, aut ne ab dis quidem immortalibus quod
precemur quicquam superest.

'Q. Pleminius legatus missus est cum praesidio ad reci- 10
piendos a Carthaginiensibus Locros et cum eodem ibi relic-
tus est praesidio. In hoc legato uestro—dant enim animum 11
ad loquendum libere ultimae miseriae—nec hominis quic-
quam est, patres conscripti, praeter figuram et speciem
neque Romani ciuis praeter habitum uestitumque et sonum
Latinae linguae; pestis ac belua immanis, quales fretum 12
quondam quo ab Sicilia diuidimur ad perniciem nauigantium
circumsedisse fabulae ferunt. Ac si scelus libidinemque 13
et auaritiam solus ipse exercere in socios uestros satis habe-

6 uideat Π$B^{2}N\theta$ *Edd.*: uideant *BH*: uideantur N^{4} *ut uid.* 8 Et Π*N* *Edd.*: *om.* $H\theta$ sint Π*NJ*: sunt *HK* tanto $B^{2}A^{8}H\theta$: manto Π(*C?*)*N*: multo $C^{4}M^{7}N^{2}$ *Edd. ante Gron.*: tam multo A^{v} patiamur Π$N\theta$ *Edd.*: patimur N^{5}?(*uix* N^{4})*H* 9 respicietis A^{8}*K.ald.Frob.*1.2: respecietis *PC*: recipietis *RMBDAN*: respicitis A^{8}(*a se ipse correctus*)$N^{4}HJ$ dis] *cf.* 28. 28. 11: diis Π$NH\theta$ precemur $A^{8}N^{4}H\theta$: praemur *P*: prae-(*uel* pre-)mimur $\Pi^{2}N$ 10 Q. $M^{7}AN\theta$ (*plene J*): quae π: quae *MB*: quartus *H* recipiendos Π*N.ald.*, *cf. e.g.* 6. 29. 7: recuperandos $SpA^{8}N^{4}$, *qui* -cup- *pro* -cip- *ut s. l. tantum offert sed puncta add. subter* -ie- (*in uoce* recipiendos)*H*(-das)θ*Frob.*2 ibi $M^{7}A^{8}N^{4}H\theta$: ire Π*N*: *om.* C^{1} *uel* C^{2} relictus] -us $M^{7}A^{8}N^{4}\theta$: -um Π*N*, *cf.* 27. 40. 7 *adn.* 11 nec Π*NK*: ne $N^{2}HJ$ praeter (figuram) $C^{4}M^{7}A^{8}N^{4}H\theta$: prae Π*N*, *sed post* ciuis *scripsit P iterum* praeter figuram et speciem neque Romani ciuis (*cf. c.* 1. 23 *adn.*) *et del.* P^{2} *uoces* neque . . . speciem uestitumque Π(*sed* uestitum habitumq. *D*)*N.ald.*: *om.* $SpH\theta$*Frob.*2 13 libidinemque Π*N.ald.*: *om.* que *Sp?*$H\theta$ *Frob.*2 exercere] -re Π*N*: -ret N^{2} *uel* $N^{5}\theta$: -retur *H*

ret, unam profundam quidem uoraginem tamen patientia
14 nostra expleremus: nunc omnes centuriones militesque
uestros—adeo in promiscuo licentiam atque improbitatem
15 esse uoluit—Pleminios fecit; omnes rapiunt, spoliant, uer-
berant, uolnerant, occidunt; constuprant matronas, uirgines,
16 ingenuos raptos ex complexu parentium. Cottidie capitur
urbs nostra, cottidie diripitur; dies noctesque omnia passim
mulierum puerorumque qui rapiuntur atque asportantur
17 ploratibus sonant. Miretur qui sciat, quomodo aut nos ad
patiendum sufficiamus aut illos qui faciunt nondum tanta-
rum iniuriarum satietas ceperit. Neque ego exsequi possum
nec uobis operae est audire singula quae passi sumus: com-
18 muniter omnia amplectar. Nego domum ullam Locris,
nego quemquam hominem expertem iniuriae esse; nego
ullum genus sceleris, libidinis, auaritiae superesse quod in
19 ullo qui pati potuerit praetermissum sit. Vix ratio iniri
potest uter casus ciuitati sit detestabilior, cum hostes bello
urbem cepere an cum exitiabilis tyrannus ui atque armis
20 oppressit. Omnia quae captae urbes patiuntur passi sumus
et cum maxime patimur, patres conscripti; omnia quae
crudelissimi atque importunissimi tyranni scelera in op-
pressos ciues edunt Pleminius in nos liberosque nostros et
coniuges edidit.

18 'Vnum est de quo nominatim et nos queri religio infixa

13 expleremus (-plor- *B*) Π*NH*: expleret (-retur *K*) N^4 *ut s. l. θ* 15 uirgines, ingenuos *SpA*^{8}*N*^{4}*θFrob.*2: fuit (fiunt *AN*) uirgines incensuos (incestant C^4) Π(*C?*)*N*: fiunt in uirgines ingenuas *ald.* (*cum* raptus) parentium] -ium *πJ*: -um *MBNSp ut uid.* A^8*H*: -um pueros *K* 17 sciat Π*N.ald.Frob.*1.2: nesciat $A^x N^5$ *uel* N^4 *rescriptus Hθ* (*non male*) operae *PCFrob.*2: opera *RM BDANθ*: opus *ald.* singula *CA*^{8}*N*^{4}*θ Edd.*: singuli Π*N* 18 expertem (-temm P^2) Π^2*NHθ*: expem *P*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* 19 ciuitati *Forchhammer*: ciuitatis Π*NHθ* (*sc.* s- *duplicato*) armis $C^4 M^7 A^8 N^4$*Hθ*: amissis (*C?*)Π*N* (oppressit a. *M*: a. oppressit M^1 *uel* M^3): animis B^2 20 scelera M^1 *uel* M^3*BN*^{4}*Hθ*: scelerat (-ate *C*: -ataq. *AN*: -ata A^8) *πN* (tyrannit celerat *D*) ciues (*uel* -is) edunt $A^8 N^4$*Hθ*: ui (uuis *P*) edunt (edidit *C*) P^2*C*: uidunt (-ent *B*: -erunt *D*: -entur *AN*) *RMBDAN*

animis cogat et uos audire et exsoluere rem publicam uestram religione, si ita uobis uidebitur, uelimus, patres conscripti; uidimus enim cum quanta caerimonia non uestros 2
solum colatis deos sed etiam externos accipiatis. Fanum 3
est apud nos Proserpinae, de cuius sanctitate templi credo aliquam famam ad uos peruenisse Pyrrhi bello, qui cum ex 4
Sicilia rediens Locros classe praeterueheretur, inter alia foeda quae propter fidem erga uos in ciuitatem nostram facinora edidit, thesauros quoque Proserpinae intactos ad eam diem spoliauit atque ita pecunia in naues imposita ipse terra est profectus. Quid ergo euenit, patres conscripti? 5
Classis postero die foedissima tempestate lacerata omnesque naues quae sacram pecuniam habuerunt in litora nostra eiectae sunt; qua tanta clade edoctus tandem deos esse, 6
superbissimus rex pecuniam omnem conquisitam in thesauros Proserpinae referri iussit. Nec tamen illi unquam postea prosperi quicquam euenit, pulsusque Italia ignobili atque inhonesta morte temere nocte ingressus Argos occubuit. Haec cum audisset legatus uester tribunique militum et 7
mille alia quae non augendae religionis causa sed praesenti deae numine saepe comperta nobis maioribusque nostris referebantur, ausi sunt nihilominus sacrilegas admouere 8

18 1 animis $M^{2}(M^{7}?)A^{8}N^{1}$ *ut s. l.* $H\theta$: animos Π*N* exsoluere πC^{4}(exol- *C*)*N.ald.Frob.*1.2 : soluere $SpH\theta$ 2 uidimus Π $NH\theta$: uidemus *Madv. Em. p.* 419, *frustra* 4 classe $\pi^{2}N\theta$ *Edd.* : clas *P* : classem *C* : classes N^{1} *ut s. l. H* (praeterueherent *H*) thesauros] thes- *C*(tes-)$RMBDANH\theta$ *et sic in* §§ 6, 8, 15, 17 : thens- *P et sic in* §§ 8, 17 (tens- P^{2}) *et* (*e.g.*) *in c.* 8. 9 *et* 19. 7 (*contra* thes- *P in* §§ 6, 15 *infra*) ad eam diem $\Pi N\theta$ *Edd.* (*u.* 27. 16. 16 *adn.*) : eadem die $N^{4}H$ (*cf. c.* 16. 4) 6 qua $\Pi NSp\theta$*ald.Frob.*1.2 : qui N^{1}(*uix* N^{4})*H* conquisitam $\Pi N\theta$*ald.* (*cf. cc.* 19. 7 *et* 21. 4) : inquisitam $SpH\theta$*Frob.*2 Argos $C^{2}B^{2}ANH^{2}K$: argus π (*cf.* 30. 36. 8 *adn.*) : argios M^{1} : agros *HJ* 7 praesenti Π*N* : prae-(*uel* pre-)sentis N^{4} *ut s. l.* $H\theta$*ald.Frob.*1.2 numine $C^{x}A^{8}N^{4}$ *ut s. l.* $H\theta$ *Edd.* : numini π(*C?*)*N* : numidis *D* saepe comperta (compata *primo* A^{8}) $A^{8}N^{4}H\theta$*ald.Frob.*1.2 : sae (se $C?B^{2}AN$: hae *D*) conferta Π*N* : saepe comperto a *Koch* (*sed uoces* non . . . causa *pendent non ex* comperta *sed ex* referebantur *et per uocem* sed *cum* comperta *iunguntur*) maioribusque $A^{8}N^{4}H\theta$ *Edd.* : que Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) referebantur (-rab- *RMD*) $\Pi N\theta$ *Edd.* : referebant $N^{4}H$

manus intactis illis thesauris et nefanda praeda se ipsos ac
9 domos contaminare suas et milites uestros. Quibus per uos
fidemque uestram, patres conscripti, priusquam eorum
scelus expietis neque in Italia neque in Africa quicquam rei
gesseritis, ne quod piaculi commiserunt non suo solum
sanguine sed etiam publica clade luant.

10 'Quamquam ne nunc quidem, patres conscripti, aut in
ducibus aut in militibus uestris cessat ira deae. Aliquotiens
iam inter se signis conlatis concurrerunt. Dux alterius
partis Pleminius, alterius duo tribuni militum erant. Non
acrius cum Carthaginiensibus quam inter se ipsi ferro dimi-
11 cauerunt, praebuissentque occasionem furore suo Locros
recipiendi Hannibali nisi accitus ab nobis Scipio inter-
12 uenisset. At hercule milites contactos sacrilegio furor
agitat, in ducibus ipsis puniendis nullum deae numen ap-
paruit. Immo ibi praesens maxime fuit. Virgis caesi
13 tribuni ab legato sunt: legatus deinde insidiis tribunorum
interceptus, praeterquam quod toto corpore laceratus, naso
14 quoque auribusque decisis exsanguis est relictus; recreatus
dein legatus ex uolneribus tribunos militum in uincla coniec-
tos, dein uerberatos seruilibus omnibus suppliciis cruciando
occidit, mortuos deinde prohibuit sepeliri.

9 fidemque Π*NH*θ: fidem *Gron.*, *optime* (*cf. e.g.* per te deos oro), *sed cf.* 40. 9. 7 (*et fort. Sall. Iug.* 14. 25); *si hic et in loc. cit. sana lectio est, locutio antiqua Liui saltem aetate iam male comprehensa fuisse uideatur*   eorum . . . quicquam rei $A^8N^3H\theta$ *Edd.*: eo Π*N*, *litteris non amplius liv perditis* (*fort. iii lineis*), *cf.* 26. 51. 8 *adn.*
10 in ducibus M^7(aut aut in d.)$A^v\theta$ *Edd.*: audacibus π: in audacibus (-tib- *N*) *AN*: *om. H* (*alt.* aut *omittens*)   cessat $A^vH\theta$ *Edd.*: cesserat Π*N*: cessit N^2: cesset ?A^8 concurrerunt] -curr- *MBDANH*θ: -cucurr- *PCR*, *sed cf.* 8. 7. 9 *adn. et Neue-Wagener III p.* 353   cum C^4 *uel* C^5M^1(*non* M^7)$N^2H\theta$: *om.* π: a *AN*
12 contactos $C^xM^1BN^1?H\theta$ *et sic uoluit* A^8 (-tactactos *praebens*): contractos π: contratactos (-ctact- *A*) *AN*   furor π$A^8N^1H\theta$: furoris *AN*   14 dein . . . dein π: deinde . . . deinde (dein *M*) *MAN*; *cf. c.* 3. 9 *adn.*   uincla π*N*, *cf. c.* 9. 8 *adn.*: uincula *AH*θ   seruilibus *Rhen. dubitanter sed recte* (*u. adn. sq.*): seruilibusque Π*N*θ *ald.Frob.*1.2, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*a*)   cruciando *SpFrob.*2: cruciandos *HVat* (-atos θ): trucidatos cruciando Π*N.ald.* (*sc. corruptela post* -que *additum orta*): cruciatos trucidando *Gron.*, *bene si repetitio* (tru)cid-: (oc)cid- *toleratur*

'Has dea poenas a templi sui spoliatoribus habet, nec ante 15
desinet omnibus eos agitare furiis quam reposita sacra
pecunia in thesauris fuerit. Maiores quondam nostri graui 16
Crotoniensium bello, quia extra urbem templum est, trans-
ferre in urbem eam pecuniam uoluerunt; noctu audita ex
delubro uox est: abstinerent manus, deam sua defensuram.
Quia mouendi inde thesauros religio incussa erat, muro 17
circumdari templum uoluerunt; ad aliquantum iam altitu-
dinis excitata erant moenia cum subito conlapsa ruina sunt.
Sed et nunc et tunc et saepe alias dea suam sedem suumque 18
templum aut tutata est aut a uiolatoribus grauia piacula
exegit: nostras iniurias nec potest nec possit alius ulcisci
quam uos, patres conscripti. Ad uos uestramque fidem 19
supplices confugimus. Nihil nostra interest utrum sub illo
legato sub illo praesidio Locros esse sinatis an irato Hanni-
bali et Poenis ad supplicium dedatis. Non postulamus ut
extemplo nobis, ut de absente, ut indicta causa credatis:
ueniat, coram ipse audiat, ipse diluat. Si quicquam sceleris 20
quod homo in homines edere potest in nos praetermisit, non
recusamus quin et nos omnia eadem iterum si pati possumus
patiamur et ille omni diuino humanoque liberetur scelere.'

Haec cum ab legatis dicta essent quaesissetque ab iis **19**

15 nec ante $A^8N^4H\theta$ *Edd.* : *om.* ΠN : non C^4 eos $C^4ANH\theta$: eo π (*cf.* 27. 17. 12 *adn.*) : eas M^7? pecunia in $A^8N^4H\theta$: in (*om.* in C^2N^2?) pecunia si (sit *D*) ΠN thesauris] *u.* § 4 *adn.*
16 Crotoniensium] -niens- B^1*Frob.*2, *cf. c.* 36. 4 *et Plin. N. H.* 3. 72 (*It. Dial. p.* 6) : -nens- ΠN^4(cort- *N* : cot- N^1)$H\theta$ noctu π : nocte BAN^4(-ta *N*)$H\theta$*ald.Frob.*1.2 uox est $A^8N^4H\theta$ *Edd.* : uox ΠN *post* sua *add.* templa πB^1(-lum *B*)$NH\theta$: *seclusit Madv. rectissime* (*et praecipue offendit Pluralis*) 17 circumdari ΠN : circum-(*uel* -un-)dare $A^8H\theta$*ald.Frob.*1.2 ad A^8N^4 *rescriptus* $H\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* ΠN : in *Madv. olim* 18 et (etiam *H*) nunc et tunc $N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 : et (etiam *N*) nunc ΠN *et* A^x : nunc et tunc θ : tunc et nunc A^8 19 nostra $\Pi A^8N^4H\theta$: nunc *AN* interest ΠN *Edd.* : interest p. c. *H*θ, *fort. recte* Non postulamus . . . scelere (*ad fin. capitis*)] *om. C* ut indicta *Sp?HFrob.*2 : indicta θ*ald.* : uindicta (-tae B^2 : -te *AN*) πN : ut indicata N^4 *ut s. l.* 20 homines (-em A^v) edere π*NH*(*sed* -ne sed- *RMBDA?NH*) *ald.Frob.*1.2 : hominem (-ne N^4) seuire $A^8N^4\theta$

Q. Fabius detulissentne eas querellas ad P. Scipionem, re-
sponderunt missos legatos esse sed eum belli apparatu
occupatum esse et in Africam aut iam traiecisse aut intra
2 paucos dies traiecturum; et legati gratia quanta esset apud
imperatorem expertos esse cum inter eum et tribunos cog-
nita causa tribunos in uincla coniecerit, legatum aeque
sontem aut magis etiam in ea potestate reliquerit.
3 Iussis excedere templo legatis, non Pleminius modo sed
etiam Scipio principum orationibus lacerari. Ante omnes
4 Q. Fabius natum eum ad corrumpendam disciplinam mili-
tarem arguere: sic et in Hispania plus prope per sedi-
tionem militum quam bello amissum; externo et regio more
et indulgere licentiae militum et saeuire in eos. Sen-
5 tentiam deinde aeque trucem orationi adiecit: Pleminium
legatum uinctum Romam deportari placere et ex uinculis
causam dicere ac, si uera forent quae Locrenses quererentur,
6 in carcere necari bonaque eius publicari: P. Scipionem
quod de prouincia decessisset iniussu senatus reuocari,
agique cum tribunis plebis ut de imperio eius abrogando
ferrent ad populum: Locrensibus coram senatum respondere

19 1 Q. (*uel* quintus) $C^1AN\theta$: *om.* *C* : que π (*sed* absque *pro* ab iis Q. *D*), *cf. c.* 15. 2 : quę *M* : quam *H*   esse et in *Hθald.Frob.*1.2 : esset in π : esse in P^1 *uel* $P^2CM^1B^2AN$: et in *Med.* 2, *fort. recte*   2 gratia quanta (-tā *C* : -tum *B*) π$B^1N\theta$ *Aldus* : quanta gratia *H* : gratiam quanta *Edd. ante Ald.*   cognita causa tribunos $A^8N^4H\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N*, *linea xx litt. ob ὁμ. perdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   uincla] *u. c.* 9. 8 *adn.*   reliquerit $CM^1B^2A^8N^2\theta$: relinquerit π*N* : liquerit *H*   3 templo π (*sc.* '*e curia*') : e templo *Sp?HFrob.*2 (*cum forma praepositionis praua ante* t-) : extemplo *B?AK* : ex templo A^8NJ*.ald.*   lacerari Π*NH* : lacerati θ   eum Π*N.ald.* : *om.* *Sp?HθFrob.*2 (*cf. c.* 20. 3)   4 prope per $Sp?N^4H$ *Frob.*2 : proter *PCR* : propter *MBDAN* : prope *θald.* (*sed cum* seditione *K.ald.*)   quam bello . . . militum] *om.* *B* : *supplet* B^2 indulgere] -re *Hθald.Frob.*1.2 : -ri πB^2N, *cf.* 27. 4. 13 *adn.*   aeque π*N*(eque)*ald.* : aquae *C* (aeq- C^4) : *om.* *Sp?Hθ* *Frob.* 2   5 quererentur $C^4BAN\theta$ *et* (*sed* quaer-) π : fererent *SpH* (-ntur), *unde* assererent *Rhen.*   publicari] -ri B^xN^1 *ut s. l.* *Hθ* : -rei π : -re P^1 *uel* P^2CM^2DAN (*cf.* § 4 *et* 27. 4. 13 *adn.*)   6 decessisset (-iset *N*) Π*Nθald.*, *recte* : decessit *SpHVat* : decesserit *Frob.* 2   iniussu $C^xM^3B^2$(-usu *B*)$AN^2\theta$: iniussus π*NH*

quas iniurias sibi factas quererentur eas neque senatum neque populum Romanum factas uelle; uiros bonos soci- 7
osque et amicos eos appellari; liberos coniuges quaeque alia erepta essent restitui: pecuniam quanta ex thesauris Proserpinae sublata esset conquiri duplamque pecuniam in thesauros reponi, et sacrum piaculare fieri ita ut prius ad 8
collegium pontificum referretur, quod sacri thesauri moti aperti uiolati essent, quae piacula, quibus dis, quibus hostiis fieri placeret: milites qui Locris essent omnes in Siciliam 9
transportari: quattuor cohortes sociorum Latini nominis in praesidium Locros adduci.

Perrogari eo die sententiae accensis studiis pro Scipione 10
et aduersus Scipionem non potuere. Praeter Plemini faci- 11
nus Locrensiumque cladem ipsius etiam imperatoris non Romanus modo sed ne militaris quidem cultus iactabatur: cum pallio crepidisque inambulare in gymnasio; libellis 12
eum palaestraeque operam dare; aeque [segniter] molliter cohortem totam Syracusarum amoenitate frui; Carthaginem 13
atque Hannibalem excidisse de memoria; exercitum omnem licentia corruptum, qualis Sucrone in Hispania fuerit, qualis nunc Locris, sociis magis quam hosti metuendum.

6 quas (quam πC^{1}: quas $CM^{2}B^{x}$) iniurias sibi *πHFrob.*2: quas sibi iniurias *ANθald.* (*cf.* 26. 5. 17 *adn.*) eas Π*Nθald.*: *om. Sp? HFrob.*2 Romanum (*uel* r.) B^{1}*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*NHθ*, *sed in sen. consulto necesse est* factas uelle *πθFrob.*2: uelle factas *AN ald.* (*cf. c.* 3. 10 *adn.*) 7 liberos $A^{8}N^{4}H\theta$: *om.* Π*N* pecuniam $\pi N^{2}\theta$: pecunia *MHN* thesauris] *u. c.* 18. 4 *adn.* Proserpinae] -pinae $C^{2}M^{2}B^{2}DAN$(-ne)*Hθ*: -uinae *π*: -pina *C* 8 et sacrum . . . ita Π*Nθald.Frob.*1.2: *om. SpHVat*, *xxv uel xxiv litt. perditis*, *cf.* 28. 2. 16 *adn.* ut prius $C^{4}M^{2}A^{8}H\theta$: utrius πB^{x}: utriusque *BA*: ut utriusque *N* moti aperti *Sp ut uid.* $A^{8}N^{4}H\theta$ *ald.Frob.*1.2 (*cf. c.* 20. 10): moti Π*N* uiolati Π*NSp?Hθ* (*et sic melius in sen. consulto*): uiolatique $C^{4}N^{4}$*ald.Frob.*1.2 9 qui $\Pi^{2}NH\theta$: quiqui *P*, *quod probat Gron.* 10 et aduersus Scipionem Π*N.ald.Frob.*1.2: *om. SpHθ*, *xix litt. ob ὁμ. perditis*, *cf.* § 8 *et* 28. 2. 16 *adn.* 12 eum Π*NHθ*: etiam *Sp?Frob.*2: etiam eum *ald.* segniter molliter Π*NH*, *fort recte* (*cf.* 27. 16. 6 *adn.*): segniter molliterque $A^{v}\theta$*ald.Frob.*1.2, *fort. recte* (*cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*)): *maluimus* segniter *secludere* (*cf.* 27. 34. 5 *adn.*) 13 metuendum $PCRB?A^{8}H\theta$: metuendus $\pi^{2}R^{1}N$.*ald.Frob.*1.2

20 Haec quamquam partim uera partim mixta eoque similia
ueris iactabantur, tamen uicit Q. Metelli sententia qui de
2 ceteris Maximo adsensus de Scipionis causa dissensit: qui
enim conuenire quem modo ciuitas iuuenem admodum unum
reciperandae Hispaniae delegerit ducem, quem recepta ab
hostibus Hispania ad imponendum Punico bello finem
creauerit consulem, spe destinauerit Hannibalem ex Italia
3 retracturum, Africam subacturum, eum repente, tamquam
Q. Pleminium, indicta causa prope damnatum ex prouincia
reuocari, cum ea quae in se nefarie facta Locrenses quere-
rentur ne praesente quidem Scipione facta dicerent, neque
aliud quam patientia aut pudor quod legato pepercisset in-
4 simulari posset? Sibi placere M. Pomponium praetorem,
cui Sicilia prouincia sorti euenisset, triduo proximo in pro-
uinciam proficisci: consules decem legatos quos iis uideretur
ex senatu legere quos cum praetore mitterent, et duos tri-
5 bunos plebei atque aedilem; cum eo consilio praetorem
cognoscere; si ea quae Locrenses facta quererentur iussu
aut uoluntate P. Scipionis facta essent, ut eum de prouincia
6 decedere iuberent; si P. Scipio iam in Africam traiecisset,
tribuni plebis atque aedilis cum duobus legatis quos maxime

20 1 tamen (tum *J*) uicit π$B^1H\theta$: uicit tamen *AN.ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 3. 10 *adn.* 2 unum *Sp ut uid.* $A^8N^4H\theta$: *om.* Π*N* delegerit *Sp ut uid.* $A^8H\theta$: delegarit Π*N* bello M^2 *uel* M^7*Sp ut uid.* $A^8N^4H\theta$: *om.* Π*N* Hannibalem ex Italia retracturum Africam subacturum *Sp?*$H\theta$*Frob.*2 (af. sub. h. ex italia ('-la *P*' *Luchs, falso*) detracturum Π*N*): *siglum pro* -rum *clarius facere uoluit* N^4; *de ordine in P confuso cf.* 28. 2. 15 *adn.* (*et* 27. 2. 6 *adn.*) 3 eum *Sp ut uid.* $A^8N^4H\theta$*ald.*: *om.* Π*N* (*cf. c.* 19. 3) damnatum (dampn- *J*: dampr- *H*) *Sp ut uid.* A^8?N^4 *rescriptus* $H\theta$: damnaturum (-torum *P*) Π^1*N* posset Π*N.ald.*: possit M^2(M^7?)$H\theta$*Frob.*2, *uix recte post* quererentur *et* dicerent, *nisi fort. in O. R. fuisse statuis* 'quere-bantur . . . dicerent . . . pepercit . . . possit' (*quod uix probandum est*), *cf.* 27. 17. 14 *adn.* 4 M. *P*: *om. N*: *add. in marg.* libūtū N^4, *sed utrum hoc loco praenomen aliquod in exemplari suo corruptum inserere an* liberum tum *ante* aliud (§ 3 *supra*) *addere uoluerit non liquet* euenisset $H\theta$ *Edd.*: uenisset Π*N* consules Π*N et* N^4 -es *restituens* θ: consul HN^2 et (duos) Π*N Edd.*: *om.* $H\theta$ plebei (ble- *N*) Π*N*, *cf. Prisc.* 7. 19. 93: pľ *K*: plebis A^8J: bleb' N^3 6 aedilis $B^2A^v\theta$: ediles A^8?*H*: aedilem Π*N* (ed-), *cf.* 27. 40. 7 *adn.*

idoneos praetor censuisset in Africam proficiscerentur, tri- 7
buni atque aedilis qui reducerent inde Scipionem, legati qui exercitui praeessent donec nouus imperator ad eum exercitum uenisset: si M. Pomponius et decem legati com- 8
perissent neque iussu neque uoluntate P. Scipionis ea facta esse, ut ad exercitum Scipio maneret bellumque ut propo-
suisset gereret. Hoc facto senatus consulto, cum tribunis 9
plebis actum est aut compararent inter se aut sorte legerent qui duo cum praetore ac legatis irent: ad collegium ponti- 10
ficum relatum de expiandis quae Locris in templo Proserpinae tacta ac uiolata elataque inde essent.

Tribuni plebis cum praetore et decem legatis profecti 11
M. Claudius Marcellus et M. Cincius Alimentus; aedilis plebis datus est quem, si aut in Sicilia praetori dicto audiens non esset Scipio aut iam in Africam traiecisset, prendere tribuni iuberent, ac iure sacrosanctae potestatis reducerent. Prius Locros ire quam Messanam consilium erat.

Ceterum duplex fama est quod ad Pleminium attinet. **21**
Alii auditis quae Romae acta essent in exsilium Neapolim euntem forte in Q. Metellum unum ex legatis incidisse et

7 aedilis ΠC^4(-lem C)$N\theta$: ediles $M^2B^2N^4$ *ut s. l. H* legati qui ΠN: legatique $N^4H\theta$ 8 si M. $\pi B^2A^8N^1\theta$: si B : sin AN: sin M. *ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 3. 3 ad exercitum $M^1(M^2?)A^8H\theta$: de exercitum π : exercitum C : de exercitu B^xAN : in exercitu N^4 *ald.Frob.*1.2 : cum exercitu C^4 : omni exercitu A^v 9 actum est A^8 $H\theta$*ald.Frob.*1.2 : factum esset (est N^4) ΠN aut (comp.) $\pi Sp?N^4H$ *Frob.*2 : ut M^2 ($M^7?$) *ut s. l.* $AN\theta$*ald.* inter se aut sorte legerent $A^8N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* ΠN, *xxiii litt. ob* -rent|-rent *perditis, cf.* 26. 51. 8 *adn.* 10 collegium A^8N^4 *ut s. l.* $H\theta$: concilium ΠN *post* relatum *add.* et πN: *recte om.* $CN^4H\theta$*ald.Frob.*1.2: *scripsit* est *pro* et *Alschefski* (*et sic* M^2 *uel* M^7 *Lov.* 5), *sed de* et *insiticio cf.* 27. 4. 12 *adn.* ac uiolata elataque $A^8N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 (*sed sine* ac A^8 *Edd.*) : uiolataque ΠN, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) inde essent $\Pi N\theta$: indecenter H, *more suo* 11 datus est quem $A^8N^4H\theta$ *Edd.* : datusque (-quae C) ΠN traiecisset ΠN.*ald.* *Frob.*1.2 : transisset $H\theta$ Locros $C^4M^3\theta$: locrens πN: locrenses B : locris N^1H (*cf. c.* 21. 4)

21 1 attinet A^8N^1H(act-)θ : attinent ΠN Romae $CB^1A^8N^2$ *ut s. l.* $H\theta$: roma πN Q. $C^1M^3B^2A^8N^4H\theta$: quem π : que P^x : quae C : q̄ m̄ $A?$: *om.* N

2 ab eo Regium ui retractum tradunt: alii ab ipso Scipione
legatum cum triginta nobilissimis equitum missum qui Q.
Pleminium in catenas et cum eo seditionis principes coni-
3 cerent. Ii omnes seu ante Scipionis seu tum praetoris
iussu traditi in custodiam Reginis sunt.

4 Praetor legatique Locros profecti primam, sicuti manda-
tum erat, religionis curam habuere; omnem enim sacram
pecuniam quaeque apud Pleminium quaeque apud milites
erat conquisitam, cum ea quam ipsi secum attulerant, in
5 thesauris reposuerunt ac piaculare sacrum fecerunt. Tum
uocatos ad contionem milites praetor signa extra urbem
efferre iubet castraque in campo locat cum graui edicto si
quis miles aut in urbe restitisset aut secum extulisset quod
suum non esset: Locrensibus se permittere ut quod sui
quisque cognosset prenderet, si quid non compareret re-
6 peteret; ante omnia libera corpora placere sine mora
Locrensibus restitui; non leui defuncturum poena qui non
7 restituisset. Locrensium deinde contionem habuit atque

1 ui retractum *PRM*$A^8\theta$: iure *C* : iure tractum C^2*BDANH* 2 qui Q. N^3 *uel* N^6 *ut uid. ald.Frob.*1.2 : qui Π : q. $A^8NH\theta$: Q. N^2 conicerent Π*N* : coniectos $A^8\theta$: coirent *H* 3 traditi π $A^8\theta$: *om. AN* : tradit N^2 (*non* N^4) : tradit. i *H* sunt $A^8H\theta$ *ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* 4 Praetor Π*N Edd.* : pretores $A^8N^4H\theta$ (*cf. c.* 20. 4 *adn.*) Locros $C^2M^2B^2A^8N^1\theta$ (-is Π*N*) primam M^1 *ald.Frob.*1.2 : p. r. primam Π*N* : primum $A^8H\theta$ Pleminium quaeque (-quae N^4) apud $A^8N^4\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N*, *haud amplius xx litt. ob* ὁμ. *perditis, cf.* 26. 51. 8 *adn.* cum ea quam A^8N^3(N^4?) $H\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N* 5 ad (contionem) Π*N.ald.* (*cf. e.g.* 28. 26. 12) : in *Sp*$H\theta$*Frob.*2 (*cf. e.g.* 24. 28. 1) in campo . . . quisque] *om. D* secum π$R^2N\theta$: *om. RH* quod suum non esset $A^8N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N*, *xvi litt. ob* -sset|-sset *deperditis, cf.* 26. 51. 8 *adn.* sui (-is *C?*) quisque πC^1N : suum quisque $A^8?\theta$*ald. Frob.*1.2 : quisque suum *H* cognosset πB^1N : cognoscet *BDA N* : cognosceret A^8N^3 *uel* $N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2, *pari iure* prenderet Π$N\theta$: prehenderet *H*, *cf.* 26. 27. 7 *adn.* si quid non . . . repeter[et] Ta^2 *in marg.* (*u. sqq.*) : *om. ut uid. Ta* compareret $C^4B^2N^4$ *ut s. l.* $H\theta$ *Edd.* : compararet (-rararet *P*) Π*N* : comprae-henderet Ta^2 repeteret $Ta^2A^8N^3$ *uel* $N^4H\theta$ *Edd.* : unde Π*N* (*del.* N^1), *unde* repetundum *Gron.* 6 corpora $A^8N^4H\theta$: *om.* Π *N* placere sine mora *Sp?*$A^8H\theta$*Frob.*2 : placeres in eo mora π : pace res sine omni mora *AN* : placere sine omni mora N^1*ald.*
restitui [non] leui defun[ctu]rum poen[a qui] non resti[tuiss]et lucren[sium] *scripsit* Ta^2 *in marg. partim desecto* (*cum nota omissionis praefixa*)

iis libertatem legesque suas populum Romanum senatumque
restituere dixit; si qui Pleminium aliumue quem accusare
uellet, Regium se sequeretur: si de P. Scipione publice 8
queri uellent ea quae Locris nefarie in deos hominesque
facta essent iussu aut uoluntate P. Scipionis facta esse,
legatos mitterent Messanam; ibi se cum consilio cogniturum.
Locrenses praetori legatisque, senatui ac populo Romano 9
gratias egerunt: se ad Pleminium accusandum ituros:
Scipionem, quamquam parum iniuriis ciuitatis suae doluerit, 10
eum esse uirum quem amicum sibi quam inimicum malint
esse; pro certo se habere neque iussu neque uoluntate
P. Scipionis tot tam nefanda commissa, sed aut Pleminio
nimium [aut] sibi parum creditum, aut natura insitum qui- 11
busdam esse ut magis peccari nolint quam satis animi ad
uindicanda peccata habeant. Et praetori et consilio haud
mediocre onus demptum erat de Scipione cognoscendi.
Pleminium et ad duo et triginta homines cum eo damna- 12
uerunt atque in catenis Romam miserunt. Ipsi ad Scipio- 13
nem profecti sunt ut ea quoque quae uolgata sermonibus
erant de cultu ac desidia imperatoris solutaque disciplina
militiae comperta oculis referrent Romam.

7 si qui *πSp?HFrob.2* : si quid *D* : si quis $C^4AN\theta$*ald.* *De* qui *et* quis *post* si *ut pronominibus adhibitis cf. Neue-Wagener II, p.* 439 aliumue quem $Sp?A^8H\theta$*Frob.2* : aliumque aliumue *ΠN* : aliumue $C^2 N^2$*ald.* se *ΠN.ald.* : *om.* $H\theta$*Frob.2* 8 esse (legatos) $N^1?H\theta$ *Edd.* : essent *ΠN* 9 legatisque $P^xM^2ANH\theta$: legatusque *π* *ante* senatui *add.* et $H\theta$*ald.Frob.*1.2 : *recte ignorant ΠN, cf.* 28. 40. 2 (ceteri) *adn.* 10 malint $Sp?N^2$ *uel* N^4 *ut s. l.* (*sed* mall-) $H\theta$: mallent *ΠN.ald.* sed aut CM^2 : sed haud Π^1N : sed commissa sed haud *P, cf. c.* 1. 23 *adn.* : sed $N^1?$: sed quia $N^4H\theta$ sibi *Forchhammer* : aut sibi $\Pi NH\theta$, *uix recte* 11 aut (natura) $\Pi NH\theta$*ald.* : aut ut N^2 : ut ut N^x : *om. Frob.2* (*nouam sent. ab* nat. *incipiens*) habeant P^4 *uel* $P^5CM^5B^2DA^8H\theta$: li abeant *PRM* : libeant *BAN* 12 duo $\pi H\theta$, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* : duos *Sp?* ANH^x (*pro* ad duo et *praeb.* alios *ald.*) 13 sunt ut $N^4H\theta$: sunt A^8 : *om.* *ΠN et* $A^v?$: ut C^4 solutaque $CMB^xA^v?H$(-lit-)θ : soluta quae *π* : soluta *AN* disciplina (-am *π* : -aq. *AN*) militiae $\pi C^xM^xBA^xN^x$: militie disciplina $H\theta$*ald.Frob.*1.2, *fort. recte, nisi uox* militiae *uoci* imperatoris *opposita stat, sicut illa, in fine clausulae* (*cf. etiam* 27. 37. 5 *adn.*) referrent (-erent *RMBAN*)PCM^2($M^7?$) B^2D*.ald.* : perferrent $Sp?H\theta$ (praef- *J*), *fort. recte*

22 Venientibus iis Syracusas Scipio res, non uerba ad purgandum sese parauit. Exercitum omnem eo conuenire, classem expediri iussit, tamquam dimicandum eo die terra
2 marique cum Carthaginiensibus esset. Quo die uenerunt hospitio comiter acceptis, postero die terrestrem naualemque exercitum, non instructos modo sed hos decurrentes, classem in portu simulacrum et ipsam edentem naualis pugnae os-
3 tendit; tum circa armamentaria et horrea bellique alium
4 apparatum uisendum praetor legatique ducti. Tantaque admiratio singularum uniuersarumque rerum incussa ut satis crederent aut illo duce atque exercitu uinci Carthaginiensem
5 populum aut alio nullo posse, iuberentque quod di bene uerterent traicere et spei conceptae quo die illum omnes centuriae priorem consulem dixissent primo quoque tempore
6 compotem populum Romanum facere; adeoque laetis inde animis profecti sunt, tamquam uictoriam non belli magnificum apparatum nuntiaturi Romam essent.

22 I iis $P^4CM^xB^2H$: is *AN*: hiis C^4J: his N^2K: siis π: *om. D* purgandum Π*Nθ*, *sed inter* -d- *et* -u- *nescioquid litterae* -s- *antiquae formae* (ſ) *simile scripsit* P^1 *uel* P^2: oppugnandum *H* sese parauit (repar- *MBD*) $π^1$ *uel* $π^2$*Sp?HFrob.*2: sese paruit *P*: se prae-(*uel* pre-)parauit *ANθald.* 2 uenerunt $C^xM^3ANHθ$: euenerunt π comiter acceptis Ta^2 *ut uid.* (*sed* -ceptis *oblitterato*) Π*N*: comiter accepti N^2*?Hθald.Frob.*1.2 exercitum Π*NHK*: exercitus A^v*ald.*(*sed hic cum M* naualesq.)*Frob.*1.2, *fort. recte*: excitum *J* modo $M^3A^8N^2$*?Hθ*: domo (-os *D*) Π*N* 3 armamentaria C^4A *N*: armenta aria π: armamenta N^4HK: armentaria CMB^x: ornamenta *J* horrea bellique alium (aliumque belli *ald.Frob.*1.2) apparatum $C^2A^8N^4HJ$ *Edd.uet.*: alia horrea bellique apparatum *K*: horratum (del. h- M^1) Π(*A?*), *linea fort. xx litt. perdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*: hostea *N*: horrea ad belli apparatum *Madv.* (*olim*) *Em. p.* 420: horrea ad * * * aliumque belli apparatum *Weissenb.*, *non male: nos, si quid mutandum*, ad *ante* arm. *addere malimus*, *ut aduerbio* circa *secunda pars operae legatorum primae illi parti opponatur qua spectando tantum ex uno loco defuncti erant* 4 uniuersarumque $A^8N^4Hθ$ *Edd.*: que π, *cf.* 26. 11. 12 *adn.*(*b*): *om.* M^1AN alio nullo Π*N.ald.*: nullo alio *HθFrob.*2 (*ordo usitatior ideoque minus habet ponderis*), *cf.* 27. 37. 5 *adn.* 5 traicere . . . facere *MK*, *Gronouium confirmantes*: traicere (-rent *N*: -ret *Rhen. Frob.*2) . . . faceret (-rent A^8N^2*?HJ*) π*NHJ.ald.Frob.*1.2 (*cf. c.* 2. 2 *adn.*) 6 nuntiaturi $Π^1$*Nθ*: nuntiari *P* (*cf.* 27. 1. 11 *adn.*) Romam P^4*?DANHθ*: roma *PRM*: romae CM^1B

Pleminius quique in eadem causa erant postquam Romam est uentum extemplo in carcerem conditi. Ac primo producti ad populum ab tribunis apud praeoccupatos Locrensium clade animos nullum misericordiae locum habuerunt: 7
postea cum saepius producerentur, iam senescente inuidia molliebantur irae; et ipsa deformitas Plemini memoriaque 8
absentis Scipionis fauorem ad uolgum conciliabat. Mortuus tamen prius in uinclis est quam iudicium de eo populi perficeretur. 9

Hunc Pleminium Clodius Licinus in libro tertio rerum Romanarum refert ludis uotiuis quos Romae Africanus iterum consul faciebat conatum per quosdam quos pretio corruperat aliquot locis urbem incendere ut effringendi carceris fugiendique haberet occasionem; patefacto dein scelere delegatum in Tullianum ex senatus consulto. 10

De Scipione nusquam nisi in senatu actum, ubi omnes 11

8 molliebantur irae Π*N.ald.*: molliebatur (moli- *HJ*) ira *Sp?Hθ Frob.*2 fauorem *Sp*(fab-)A^8N^4*HθFrob.*2: fatiorem *P*: faciliiorem P^2*C* (-lior-): facillionis *RMBDAN*: fac N^2: facilius eos A^v*ald.* 9 populi Π*Nald.*: *om. Sp?HθFrob.*2 10 Hunc ... senatus consulto] *totum om. VatH*: *praebent* Π*Nθ*. *Haec omnia minimis sane de causis impugnauerunt Luchs* 1879 *et alii. Prorsus eadem loco suo aliis uerbis in* 34. 44. 6 *narrat Liuius sine Licini mentione; nec credere possumus quemquam alium stilum Liuianum tam accurate imitari potuisse* (*de uoce* delegatum *cf. inf.*); *ne longi simus, sat erit affirmare unam quamque uocem huius narrationis in eo ordine positam esse quem Liuius se amasse sescenties demonstrat* (*fort. scriba archetypi codd. VatH sigla in exemplari suo aliqua interpretatus est uelut notam delendi*) Licinus *A. Augustinus*: licinius Π*Nθ*; -nus *recte si idem fuit quem commemorat Suet. de Gram.* 20 *et C.I.L.* I^2. 1. 473; *etiam si idem fuit, nihil obstat quin credamus* (*cf. adn. praec.*) *eum res Rom. scripsisse prius quam Liuius hanc adnotationem—praecipue si eam noster* (*ut* 4. 20. 5–11 *al.*, *cf. John Rylands Lib. Bulletin, vol. x, p.* 328) *contextui posterius ipse adsuit* quos $A^8θ$: quod Π*N* effringendi *Weissenb.*: fringendi *P* (*u.* effecerunt § 11 *inf.*): frangendi $Π^2$*Nθ*: refringendi *Luchs* (*ex* 34. 44. 7) delegatum Π*Nθ* (-lig-)*ald.Frob.*1. 2: deiectum *Madv.*, *cf.* 30. 5. 4 (colleg- *pro* conic- *P*) *sed uocem* delegatum *fort.* (*quod iam suspicatus erat Duker*) *defendas ut ex Licino citatam coniciendoque eum ex usu aliquo serm. fam.* (*cf. Tac. Dial.* 29) *sic pro 'translatum' scripsisse; in tali re solet locutio uolgaris per euphemismum tolerari* (*e.g. anglice* '*to execute*' *pro* '*to execute death upon*'); *cf. etiam Tert. anim.* 35. *Fort.* relegatum *malis conicere*

legatique et tribuni classem exercitum ducemque uerbis extollentes effecerunt ut senatus censeret primo quoque tempore in Africam traiciendum Scipionique permitteretur
12 ut ex iis exercitibus qui in Sicilia essent ipse eligeret quos in Africam secum traiceret, quos prouinciae relinqueret praesidio.

23 Dum haec apud Romanos geruntur, Carthaginienses quoque cum speculis per omnia promunturia positis percontantes pauentesque ad singulos nuntios sollicitam hiemem egissent,
2 haud paruum et ipsi tuendae Africae momentum adiecerunt societatem Syphacis regis, cuius maxime fiducia traiecturum
3 in Africam Romanum crediderant. Erat Hasdrubali Gisgonis filio non hospitium modo cum rege, de quo ante dictum est cum ex Hispania forte in idem tempus Scipio atque Hasdrubal conuenerunt, sed mentio quoque incohata
4 adfinitatis ut rex duceret filiam Hasdrubalis. Ad eam rem consummandam tempusque nuptiis statuendum—iam enim et nubilis erat uirgo—profectus Hasdrubal ut accensum cupiditate—et sunt ante omnes barbaros Numidae effusi in uenerem—sensit, uirginem a Carthagine arcessit maturatque
5 nuptias; et inter aliam gratulationem ut publicum quoque

11 *post* classem *add.* eam $\Pi^{2}N$(meam *P*)*ald.* : *om.* *Sp?*$N^{2}H\theta$*Frob.*2 effecerunt $A^{8}H\theta$ *Edd.* : fecerunt ΠN 12 eligeret P^{4} *uel* P^{3}*Sp?Frob.*2 : liceret $\Pi NH\theta$ (*cum* ipsi M^{1} *uel* $M^{2}AN\theta$) : legeret *ald.* praesidio $A^{8}N^{4}$ *punctis rescriptis* $H\theta$: quos praesidio ΠN (*cf.* 27. 44. 1 *adn.*)

23 1 geruntur *Sp?*$B^{2}A^{8}H\theta$*Frob.*2 : gerentur π : gererentur CM^{3}?*A* *N.ald.* promunturia] -tur- π (*et in cc.* 27. 8 *et* 12; 35. 13; 30. 24. 8) : -tor- $ANH\theta$ percontantes] -cunct- $\Pi NH\theta$, *cf.* 27. 43. 5 *adn.* 2 crediderant] -rant Ta^{2}(*om.* Romanum crediderant *Ta ut uid.* : *add.* Ta^{2})$H\theta$: -runt $\Pi N\theta$*ald.Frob.*1.2 3 Hasdrubali Π *NJ Edd.* (cisg- π : gisg- CM^{1}?$B^{2}DAN\theta$) : hasdrubalis $A^{8}N^{4}$ *ut s. l.* *HK* incohata] -ta ΠN : -te N^{4} *ut s. l.* $H\theta$; *u. etiam* 28. 35. 1 *adn.* 4 consummandam (-uma- *CN*) Π*N.ald.* (*cf. e.g.* 28. 17. 3) : confirmandam *Sp?*$H\theta$*Frob.*2 enim et Π*N.ald.* : enim *Sp?*$H\theta$ *Frob.*2, *fort. recte* (*de* et *in P addito cf.* 27. 4. 12 *adn.*) barbaros Numidae $A^{8}H\theta$ *Edd.* (numidae barb. ΠN, *cf.* 28. 2. 15 *adn.*) uenerem $CM^{1}B^{2}A^{8}N^{1}H\theta$: ueterem πN arcessit, *cf.* 26. 22. 2 *adn.* : accessit (-ensit *RMD*) πN : accersit $C^{2}M^{7}A^{v}$?$H\theta$

foedus priuato adiceretur societas inter populum Carthagini-
ensem regemque, data ultro citroque fide eosdem amicos
inimicosque habituros, iure iurando adfirmatur.

Ceterum Hasdrubal, memor et cum Scipione initae regi 6
societatis et quam uana et mutabilia barbarorum ingenia
essent, ueritus ne, si traiecisset in Africam Scipio, paruum 7
uinculum eae nuptiae essent, dum accensum recenti amore
Numidam habet perpellit blanditiis quoque puellae adhibitis
ut legatos in Siciliam ad Scipionem mittat per quos moneat
eum ne prioribus suis promissis fretus in Africam traiciat;
se et nuptiis ciuis Carthaginiensis, filiae Hasdrubalis quem 8
uiderit apud se in hospitio, et publico etiam foedere cum
populo Carthaginiensi iunctum optare primum ut procul ab 9
Africa, sicut adhuc fecerint, bellum Romani cum Cartha-
giniensibus gerant, ne sibi interesse certaminibus eorum
armaque aut haec aut illa abnuentem alteram societatem
sequi necesse sit: si non abstineat Africa Scipio et Cartha- 10
gini exercitum admoueat, sibi necessarium fore et pro terra
Africa in qua et ipse sit genitus et pro patria coniugis suae
proque parente ac penatibus dimicare.

Cum his mandatis ab rege legati ad Scipionem missi **24**
Syracusis eum conuenerunt. Scipio quamquam magno mo- 2
mento rerum in Africa gerendarum magnaque spe destitutus
erat, legatis propere priusquam res uolgaretur remissis in
Africam litteras dat ad regem quibus etiam atque etiam 3

5 Carthaginiensem] -sem $C^1H\theta$: -sum *C* : -sium Π*N* ultro *C*(-o *pleniore cal., cf.* 27. 2. 10 *adn.*)$B^2AN\theta$: ultra π 6 initae regi $CM^1B^2ANSp?\theta Frob.2$: inita (-ta *in ras. in P*) regi (-is *D*) π : initae regiae *Vat.ald.* si $P^xCM^3BAN\theta$: sit π 7 paruum Π*N.ald.Frob.*1.2 : paruulum $SpH\theta$, *cf. c.* 29. 5 recenti . . . adhibitis P^xCM^1 *et* M^2(*uel* M^7)$ANH\theta$: regenti . . . adhanbitis π
9 optare Π*N* : ortari (*uel* hor-) A^8H(-re)θ 10 pro terra Africa Π(*A?*)*N* : propter africam $A^8?N^4H\theta$ patria $P^xCM^2(M^7?)AN\theta$ (-iam π) patria coniugis . . . Cum his (*c.* 24. 1) *om. H*
24 1 his $CR^3MBDANK$ *Edd.* : iis *PR* : hiis *J* 2 Scipio quamquam $A^8N^2H\theta$ *Edd.* : scipionis am (tam- P^2) quam *P* : scipioni (scipio *AN*) tamquam *CRMBDAN* propere $A^8N^2H\theta$ *Edd.* : prope π*N* : quoque *D* 3 atque etiam Π*N* *Edd.* : *om.* $H\theta$

monet eum ne iura hospitii secum neu cum populo Romano
initae societatis neu fas fidem dexteras deos testes atque
4 arbitros conuentorum fallat. Ceterum quando neque
celari aduentus Numidarum poterat—uagati enim in urbe
obuersatique praetorio erant—et, si sileretur quid petentes
uenissent, periculum erat ne uera eo ipso quod celarentur
sua sponte magis emanarent, timorque in exercitum ince-
deret ne simul cum rege et Carthaginiensibus foret bellan-
dum, auertit a uero falsis praeoccupando mentes hominum,
5 et uocatis ad contionem militibus non ultra esse cunctandum
ait; instare ut in Africam quam primum traiciat socios
reges. Masinissam prius ipsum ad C. Laelium uenisse
6 querentem quod cunctando tempus tereretur: nunc Sypha-
cem mittere legatos idem admirantem quae tam diuturnae
morae sit causa postulantemque ut aut traiciatur tandem in
Africam exercitus aut, si mutata consilia sint, certior fiat ut
7 et ipse sibi ac regno suo possit consulere. itaque satis iam
omnibus instructis apparatisque et re iam non ultra recipi-
ente cunctationem, in animo sibi esse Lilybaeum classe

3 initae (-te *NK*) $C^4AN\theta$: inita π, *cf. c.* 23. 6 *adn.* neu fas PA^8*Edd.*: ne fas Π^2 *uel* Π^1N: neu $N^4H\theta$ dexteras Π*N*: dextras *H*θ (*pari iure cf. e.g.* 21. 43. 4; 22. 29. 11) 4 uagati $P^4M^7A^8H\theta$: uacati (uoc- B^2D) Π*N* praetorio $A^8N^4H\theta$: pretio Π*N*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* sileretur $M^7ANH\theta$: siletur π ipso quod *ald.Frob.*1.2: ipso quo Π*NH*θ in exercitum incederet *Gron.*, *cf. c.* 10. 3 *et* 28. 46. 15: in exercitu incederet (incid- P^4 *uel* P^3M^7): in (*om.* in *H*θ) exercitum incideret *H*θ*ald.Frob.*1.2 (*sed fortuiti casus notio hic aliena est*), *cf.* 27. 15. 16 *adn.*: in exercitu insideret *Madv. Em. p.* 421, *fort. recte* (*u. e.g.* 28. 26. 7): *fort.* in *delendum* (*cf.* 28. 3. 10) 5 ait P^3 *uel* $P^4CM^4A^8N^4H\theta$: apt *P*: at *RM*: ad *BDAN*: *del.* B^2 prius ipsum $N^4H\theta$*Frob.*2: ipsum (ipsius *N?* *uel* N^2: ipsium *N?*) prius Π*N.ald.* (*cf.* 28. 2. 15 *adn.*) ad C. *K*: ad Π*N ald.Frob.*1.2: ad consulem *HJ* 6 quae tam . . . postulantemque $A^8N^4H\theta$ *Edd.*: que Π*N*, *ii lineis ut uid. ob* ὁμ. *perditis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* ut aut Π*N*: ut *H*θ ipse $A^8N^4H\theta$: *om.* Π*N* suo possit P^4, *cf.* 27. 17. 14 *adn.*: suo posset Π*N.ald.*: possit *Sp?H*θ *Frob.*2 7 instructis apparatisque $N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 *et* (*sed* paratisque) *Weissenb.*: instructisque Π*N*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*): instructis *Gron.*: comparatis instructisque A^v? (ita paratis iam omnibus instructisque *Iac. Gron.*, *codicem D paene secutus qui* ratis *pro* satis *praebet*)

traducta eodemque omnibus peditum equitumque copiis contractis quae prima dies cursum nauibus daret dis bene iuuantibus in Africam traicere. Litteras ad M. Pomponium 8
mittit ut, si ei uideretur, Lilybaeum ueniret ut communiter consulerent quas potissimum legiones et quantum militum numerum in Africam traiceret. Item circum oram omnem 9
maritimam misit ut naues onerariae comprensae Lilybaeum omnes contraherentur.

Quicquid militum nauiumque in Sicilia erat cum Lily- 10
baeum conuenisset et nec urbs multitudinem hominum neque portus naues caperet, tantus omnibus ardor erat in Africam 11
traiciendi ut non ad bellum duci uiderentur sed ad certa uictoriae praemia. Praecipue qui superabant ex Cannensi exercitu milites illo non alio duce credebant nauata rei publicae opera finire se militiam ignominiosam posse. Et 12
Scipio minime id genus militum aspernabatur, ut qui neque ad Cannas ignauia eorum cladem acceptam sciret neque ullos aeque ueteres milites in exercitu Romano esse expertosque non uariis proeliis modo sed urbibus etiam oppugnandis. Quinta et sexta Cannenses erant legiones. Eas se 13
traiecturum in Africam cum dixisset, singulos milites inspexit, relictisque quos non idoneos credebat in locum eorum subiecit quos secum ex Italia adduxerat, suppleuitque ita eas 14

7 dis, *cf.* 28. 28. 11 *adn.* : deis πN: diis $H\theta$: de his *CD* 8 mittit . . . Lilybaeum] *has vi uoces bis scripsit P* (*cf. c.* 1. 23) *sed* et *pro* ei *praebet in primo temptamine : quod in altero scripsit P del.* P^1 potissimum legiones et ΠN^2 *uel* N^4(potess- *N*)*ald.*(leg. pot. et) : legiones potissimum *Sp?Hθ Frob.2* (*sine* et *nimis rhetorice*), *cf.* 27. 37. 5 *adn.* 9 omnem $SpA^8H\theta$(marit. omn. *HK*)*Frob.2* : *om.* ΠN *ald.* comprensae C^4M^2(M^7?) : comprehense $A^8N^4H\theta$: compressae (*uel* -se) ΠN 10 nauiumque A^8N^4HK *Edd.* : nauium *J* : quae *P*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) : *om.* ΠN conuenisset $\Pi N\theta$ *ald.* (-ent *HFrob.2*) 12 ignauia M^xN^2 *uel* $N^4\theta$: ignauiae ΠN ullos $\Pi NH\theta$: ullo *Duker, bene, sed longius distat* exercitu aeque ueteres milites $\Pi\theta$*Aldus* : milites aeque (*uel* eq-) ueteres *AN Edd. ante Ald.* : equites ueteres militesque N^4 (-q- *deleuerat* N^2 *in uoce* eque) expertosque $A^8N^4H\theta$: inexpertosque ΠN (-tesq M^7) sed $SpH\theta$*Frob.2* : et π, *cf.* 26. 29. 3 *adn.* : sed (set *N* : et *A*) in *AN.ald.* 14 eas ΠN *Edd.* : has $H\theta$

legiones ut singulae sena milia et ducenos pedites, trecenos haberent equites. Sociorum item Latini nominis pedites equitesque de exercitu Cannensi legit.

25 Quantum militum in Africam transportatum sit non paruo
2 numero inter auctores discrepat. Alibi decem milia peditum
duo milia et ducentos equites, alibi sedecim milia peditum
mille et sescentos equites, alibi parte plus dimidia rem auc-
tam, quinque et triginta milia peditum equitumque in naues
3 imposita ⟨inuenio⟩. Quidam non adiecere numerum, inter
quos me ipse in re dubia poni malim. Coelius ut abstinet
4 numero, ita ad immensum multitudinis speciem auget: uolu-
cres ad terram delapsas clamore militum ait tantamque multi-
tudinem conscendisse naues ut nemo mortalium aut in Italia
aut in Sicilia relinqui uideretur.
5 Milites ut naues ordine ac sine tumultu conscenderent
ipse eam sibi curam sumpsit: nauticos C. Laelius, qui classis
praefectus erat, in nauibus ante conscendere coactos conti-
6 nuit: commeatus imponendi M. Pomponio praetori cura
data: quinque et quadraginta dierum cibaria, e quibus quin-
7 decim dierum cocta, imposita. Vt omnes iam in nauibus
erant, scaphas circummisit ut ex omnibus nauibus guber-
natoresque et magistri nauium et bini milites in forum con-
8 uenirent ad imperia accipienda. Postquam conuenerunt,

14 ducenos π*NJ* (-ntos *D*): cc^{tes} *H*: cc^{tos} *K* trecenos *Glareanus*: tricenos Π*N*: trecentos P^5: ccc *Hθ*

25 1 paruo Π*NHθ*: par *Sp* (pari *Rhen.*) 2 Alibi Π*Nθ*: alii N^1(*non* N^4)*H*(*et* alii parte *inf. H*) sedecim . . . alibi] *om. D* sescentos] DC π*N Edd.*: quingenti (*uel* -tos) $A^8H\theta$ inuenio *ed. Mog.* 1518 (*quod fort. post* auctam *malis*): *nesciunt* Π*Nθ* 3 malim (-li *RMBD*) πM^7*Sp?HθFrob.2*: malui *N.ald.* Coelius *P*, *cf.* 27. 27. 13 *adn.* ad (imm.) Π*NHθ*: in *Madv. olim Em. p.* 421 4 ait tantamque $A^8H\theta$: aitque (atque *CAN*: ait atque N^4) tantam Π*N* 5 naues Π*N*: in naues *Hθald.Frob.*1.2 conscenderent] -rent π*NK*: -re *D*: -runt *Hθ* in nauibus Π*N*: nauibus *Sp?Frob.2*: et nauibus N^4H: in naues A^4 *ut uid. θald.* 6 cura data *PSp?HθFrob.2*: cura dat π^2: curam dat M^7*BAN.ald.* v et XL Π*N* (*sed plene hi in* § 9) *ald.*: XXXV *Sp*A^8 *ut s. l. Hθ Frob.2.* (*sed in* § 9 XLV *Sp*(*plene?*)(*Hθ*) omnibus $A^8N^4H\theta$ *Edd.*: *om.* Π*N* conuenirent $M^7A^8N^4H\theta$: conuenerunt Π*N*

primum ab iis quaesiuit si aquam hominibus iumentisque in
totidem dies quot frumentum imposuissent. Vbi responde- 9
runt aquam dierum quinque et quadraginta in nauibus esse,
tum edixit militibus ut silentium quieti nautis sine certami-
ne ad ministeria exsequenda bene oboedientes praestarent.
cum uiginti rostratis se ac L. Scipionem ab dextro cornu, ab 10
laeuo totidem rostratas et C. Laelium praefectum classis cum
M. Porcio Catone—quaestor is tum erat—onerariis futurum
praesidio. luminain nauibus singula rostratae, bina onerariae 11
haberent: in praetoria naue insigne nocturnum trium lumi-
num fore. Emporia ut peterent gubernatoribus edixit.— 12
Fertilissimus ager eoque abundans omnium copia rerum
est regio, et imbelles—quod plerumque in uberi agro euenit
—barbari sunt priusque quam ab Carthagine subuenire-
tur opprimi uidebantur posse.—Iis editis imperiis redire ad 13
naues iussi et postero die dis bene iuuantibus signo dato
soluere naues.

Multae classes Romanae e Sicilia atque ipso illo portu **26**
profectae erant; ceterum non eo bello solum—nec id
mirum; praedatum enim tantummodo pleraeque classes

8 aquam $C^{x}M^{2}ANSp\theta$: aliquam π in $\pi SpHFrob.2$: necessariam in *ANθald.*, *cf.* 28. 12. 13 *adn.* quot θ *Edd.* : quod $\Pi N H$: quo C^{4} (*post* imposuissent *add.* haberent A^{v}?) 9 responderunt $\pi H\theta$: responsum est *AN.ald.Frob.*1.2 (*stilo certe Liuiano*) v et xl] *u.* § 6 10 rostratis se $\Pi N\theta$: rostris se *HVat* ac L. $A^{8}N^{4}H\theta$: ab l. ΠN (ab *praesumpto, cf. c.* 5. 6 *adn.*) ab laeuo (*uel* leuo) $A^{v}?N^{4}H\theta$: aeuum π : laeuum $P^{2}CM^{2}B^{2}AN$ praesidio ΠN *Edd.* : praesidium $A^{8}N^{1}H\theta$ 11 onerariae $C^{4}M^{7}A^{8}H$(hon-)θ *Edd.* : oneratae (*uel* -te) Π(hon- *D*)*N* haberent $M^{7}A^{8}N$ *uel* $N^{1}\theta$: habent ΠN? in (praet.) $\Pi N\theta$: et $N^{4}H$ praetoria] -ria $\pi A^{8}N^{4}$ *ut s. l.* $H\theta$: -riae P^{1} *uel* $P^{2}AN$ naue $C^{x}M^{2}A^{8}N^{1}H\theta$: naues ΠN (insigne *ante* nau. *AN* : *corr.* $A^{8}N^{4}$) 12 Emporia ut $\Pi N\theta$: tempori aut $N^{1}H$ omnium *Sp?*$H\theta$*Frob.*2 : omnia π : omni $C^{x}B^{2}A^{5}?N$*.ald.* priusque $\Pi NSp?$*Frob.* 2 : prius $N^{2}HK$: prius quoque A^{x}*ald.* : prius quod *J?* ab (Cart.) *R?H* : *om.* $\pi R^{x}N$: a $A^{8}N^{4}\theta$ (Carthaginem M^{7}) subueniretur | subu- $A^{8}N^{4}H\theta$: cur u- π : conu- *CAN* : u- M^{7} uidebantur $A^{8}N^{4}H\theta$: uideantur (-entur C^{1}?) ΠN 13 Iis *PR* : his *CMDHK* : hiis *BANJ* editis $CB^{1}?A^{8}N^{4}J$: ediis (edictis *AN*) editis (ęd- ęd- *D*) πN (*cf.* 27. 34. 5 *adn*) : edictis $B^{2}K$ dis] *cf.* 28. 28. 11 *adn.*

ierant—sed ne priore quidem ulla profectio tanti spectaculi
2 fuit; quamquam, si magnitudine classis aestimares, et bini consules cum binis exercitibus ante traiecerant et prope totidem rostratae in illis classibus fuerant quot onerariis
3 Scipio tum traiciebat; nam praeter quadraginta longas naues
4 quadringentis ferme onerariis exercitum trauexit. Sed et bellum bello secundum priore ut atrocius Romanis uideretur, cum quod in Italia bellabatur tum ingentes strages tot exer-
5 cituum simul caesis ducibus effecerant, et Scipio dux partim factis fortibus partim suapte fortuna quadam †ingenti† ad in-
6 crementa gloriae celebratus conuerterat animos, simul et mens ipsa traiciendi, nulli ante eo bello duci temptata, quod ad Hannibalem detrahendum ex Italia transferendumque et finiendum in Africa bellum se transire uolgauerat.
7 Concurrerat ad spectaculum in portum omnis turba non habitantium modo Lilybaei sed legationum omnium ex Sicilia quae et ad prosequendum Scipionem officii causa conuene-

26 1 priore ΠN *Edd.* : prior $C^xA^8N^2H\theta$ 2 classis ΠN.*ald.* (*sc. gen. sing.*) : classes *Sp?*$A^8H\theta$*Frob.*2 (*nescientes* profectionem *subaudiri*) aestimares, et *Sp ut uid.* A^8(si *inseq. non delens*)$N^4H\theta$ (*sed* extim- $H\theta$) : es-(*uel* aes-)timaret (-es C) sed si πC^4 3 trauexit πN: transuexit $CM^2BD\theta$*ald.Frob.*1.2 4 priore $A^8H\theta$: priori ΠN, *pari iure* (*cf.* 27. 18. 14 *adn.*) *sed post* priore (§ 1) *fort. minus probabile* cum quod A^5H *Edd.* : tum quod θ : cum quo ΠN tum ΠN: cum N^1 *ut s. l.* : tum quod $A^v\theta$ 5 partim (suapte) ΠN*Sp ut uid. ald.*: *om.* $H\theta$ ingenti ad ΠN*Sp?*$H\theta$*Frob.*2 : ingentis ad *ald.* (*Gron.*) : indulgenti ad *Heerwagen* : ingens iam ad *Weissenb.* : in ingentia *Madv.* : ingenita ad *Giers* : *post* gloriae *add.* re *Harant*, momento *M. Mueller* (*bene, si causa erroris pateret*), *unde* libratu (*uocab. rarissimum*) *ante* celebratus *excidisse conicit Thoresby Jones* : *nos si quid excidit coniciebamus post* quadam *tale fuisse quale* ⟨ingens, fauore uolgi quoque⟩ ingenti (*certe* suā fortunā ingens *Liuianum nobis uidetur esse*) 6 temptata, quod ad Hannibalem A^8N^4 *in marg.* $H\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* ΠN, *sc. xxiv uel* (*cum sq.*) *xxvi litteras, cf.* 26. 51. 8 *adn.* *Nobis tamen* 'temptare mentem faciendi' *uix Latinum uidebatur; fort. in ii lineis a P omissis stetisse conicias* temptatae rei et quod ad H. de- *et in exemplari Spirensiano* -tae rei et *in* -ta *corruptum esse* detrahendum $N^4H\theta$ *Edd.* : trahendum ΠN Italia $M^2A^8N^2H\theta$ *Edd.* : sicilia ΠN uolgauerat (*sed* uul-) $H\theta$ (garat K) *Edd.* : uulgatera P: uulgata (-tum N) erat Π^2A^x 7 legationum $A^8H\theta$: lat- (nat- CM^3)ionum π, *cf. c.* 2. 3 *et* 27. 1. 11 *adnn.* : latinorum AN et ad (pros.) *Sp?*$H\theta$*Frob.*2 : ad πC^4N.*ald.* : *om.* C

rant et praetorem prouinciae M. Pomponium secutae
fuerant; ad hoc legiones quae in Sicilia relinquebantur ad 8
prosequendos commilitones processerant; nec classis modo
prospectantibus e terra, sed terra etiam omnis circa referta
turba spectaculo nauigantibus erat.

Vbi inluxit, Scipio e praetoria naue silentio per praeconem **27**
facto 'Diui diuaeque' inquit 'qui maria terrasque colitis, 2
uos precor quaesoque uti quae in meo imperio gesta sunt
geruntur postque gerentur, ea mihi populo plebique Ro-
manae sociis nominique Latino qui populi Romani quique
meam sectam imperium auspiciumque terra mari amnibus-
que sequuntur bene uerruncent, eaque uos omnia bene 3
iuuetis, bonis auctibus auxitis; saluos incolumesque uictis
perduellibus uictores spoliis decoratos praeda onustos
triumphantesque mecum domos reduces sistatis; inimicorum
hostiumque ulciscendorum copiam faxitis; quaeque populus 4
Carthaginiensis in ciuitatem nostram facere molitus est, ea ut

8 quae $P^4A^8N^4$(N^2?)$H\theta$: quae(*uel* -que)in hoc legationes quae Π*N*, *cf. c.* 1. 23 *adn.* sed terra $\Pi^1N\theta$ (*om.* e terra θ) : sed tamen terra *P*: sed ora *Madv.Em.p.* 422 nauigantibus . . . silentio (*c.* 27. 1)$A^8N^4H\theta$: *om.* Π*N*, *fort. iii lineis ob ὁμ. deperditis, cf.* 26. 51. 8 *adn.*

27 2 diui diuaeque *SpA*^{8}*θFrob.2* : dii deeque (dęq. *C*) C^2M^4AN *ald.* (*uel* deaeq.) : diuidaeque π, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* qui] *hic SpHθFrob.2* : *ante* colitis M^3(-que *M*)*AN.ald.* : *om.* π uti Π*N.ald.* : *om. SpHθFrob.2, non male* gesta Π*N.ald.Frob.*1.2 : acta *SpHθ* *ante* geruntur *add.* et *AN.ald.* : *nesciunt* π*HθFrob.2* postque gerentur A^4H(-unt-)θ *Edd.* : *om.* Π*N*, *clausulam heroicam destruentes* (*et plures in* §§ 2 *et* 3 *latent uersus*) qui (pop.) Π*NHθ* : *malit* quique *Johnson* mari amnibusque π*NHθ* : *om. D* (*cum* terra) : marique *Held. Madv. Luchs alii, qui uel* omnibusque *uel* omnibus *post* Latino *uel post* sequuntur *inserebant, colorem antiquum neglegentes* : *pro* amnibus *recte citat Weissenb. formulam sim. ap. Polyb.* 7. 9. 2 (*cf. etiam Verg. Aen.* 12. 181) sequuntur *DHK* (sec- π*NJ*) uerruncent, eaque *PSp*(*sed bis* bene uerruncent *scripsit Sp*)*HFrob.2* : uerrun- (-rim- *D*)que π^2 : ueretant. rantque *A* : uertant quę (que *N*) *CN* : uertant eaq. N^4*ald.* : uertunto (-do *K*) eaque *A*^{8}θ 3 auctibus *Frob.2* : auctoribus Π*NHθ Edd. ante Mog.* (*cf.* 27. 20. 8 *adn.*) : auibus *ed. Mog.* 1518 auxitis Π*NHA*^{v}*Frob.2* (*cf.* fax- *in sq. et de forma antiqua in formulis seruata* 26. 33. 14) : adsitis (*uel* ass-) *A*^{8}*θald.* praeda onustos (hon- *AN*) Π*N Edd.* : *om. SpHθ* 4 ea ut $A^8N^4H\theta$: aut π : ut C^xBAN

mihi populoque Romano in ciuitatem Carthaginiensium
exempla edendi facultatem detis.'
5 Secundum has preces cruda exta caesa uictima, uti mos
est, in mare proiecit tubaque signum dedit proficiscendi.
6 Vento secundo uehementi satis prouecti celeriter e conspectu
terrae ablati sunt; et a meridie nebula occepit ita uix ut
concursus nauium inter se uitarent; lenior uentus in alto
7 factus. Noctem insequentem eadem caligo obtinuit: sole
orto est discussa, et addita uis uento. Iam terram cernebant.
8 Haud ita multo post gubernator Scipioni ait non plus quin-
que milia passuum Africam abesse; Mercuri promunturium
se cernere; si iubeat eo dirigi, iam in portu fore omnem
9 classem. Scipio, ut in conspectu terra fuit, precatus deos uti
bono rei publicae suoque Africam uiderit, dare uela et alium
10 infra nauibus accessum petere iubet. Vento eodem fere-
bantur; ceterum nebula sub idem ferme tempus quo pridie
exorta conspectum terrae ademit et uentus premente nebula
11 cecidit. Nox deinde incertiora omnia fecit; itaque ancoras
ne aut inter se concurrerent naues aut terrae inferrentur
12 iecere. Vbi inluxit, uentus idem coortus nebula disiecta
aperuit omnia Africae litora. Scipio quod esset proximum

5 exta (esta *J*) caesa uictima *θald.Frob.*1.2: exta cesam uictimam A^8N^4H: extam (-tram *P*: -ta CB^2A) uictimam (-ma *A*) πR^2(*R?*)*N* (*sed* crudaxtam *M*) est Π*Nθald.*: *om. SpHFrob.*2 proiecit Π*NSpHθFrob.*2: porricit *ald.* 6 prouecti *recte Weissenb.*: profecti Π*NHθ* e Π*Nθald.* (*cf. de forma* 28. 2. 5): *om. Sp?H Frob.*2 occepit (ecc- P^1?) *PRSpθ* (*cf. e.g. Tac. Ann.* 12. 12. 5): accepit *C*: cepit *MAN* (nebulae *MAN*: -la $M^2A^5N^1$): excepit *B*: ecce pio *D*: occeperat *ald.*: exstitit (*om.* ita) *Gron.* uix ut Π *N*: ut uix *HK.ald.Frob.*1.2: uix N^2J 7 discussa CA^8N^4 *ut uid. Hθ*: diseussa *P*: dies fussa P^2: dies ussa *RMDAN*: dies ipsa (-se B^2)*B* 8 post PCM^1 *uel* M^2*SpHθFrob.*2: titu (-us *AN*) post *RMBDAN*: post titus N^4: post T. Posthumius *ald.* (titu *ex* ita *repetito ortum est*) 9 deos $A^8N^4Hθ$: *om.* Π*N* uiderit Π*N Edd.*: uideret $A^8Hθ$ (*perperam, nam iam uiderat*) alium Π*Nθ*: altum N^2H 10 ademit $P^4CM^2(M^7?)Hθ$: aduenit (-emit *A*) π *N*: adiuit $?M^2$ 11 inter se . . . aut terrae $A^8N^4Hθ$ (*sed om. hoc* aut A^8): interrae π, *sc. xxv litt. ob* -ter|ter- *perditis, cf.* 26. 51. 8 *adn.*: in terra P^4CM^1: in terra hec *AN* (hec *fort. ex* '*hic defit*' *siglo ortum est*)

promuntorium percontatus cum Pulchri promunturium id
uocari audisset, 'Placet omen;' inquit 'huc dirigite naues.'
Eo classis decurrit, copiaeque omnes in terram expositae 13
sunt.

Prosperam nauigationem sine terrore ac tumultu fuisse
permultis Graecis Latinisque auctoribus credidi. Coelius 14
unus praeterquam quod non mersas fluctibus naues ceteros
omnes caelestes maritimosque terrores, postremo abreptam
tempestate ab Africa classem ad insulam Aegimurum, inde
aegre correctum cursum exponit, et prope obrutis nauibus 15
iniussu imperatoris scaphis, haud secus quam naufragos,
milites sine armis cum ingenti tumultu in terram euasisse.

Expositis copiis Romani castra in proximis tumulis **28**
metantur. Iam non in maritimos modo agros conspectu 2
primum classis dein tumultu egredientium in terram pauor
terrorque peruenerat, sed in ipsas urbes; neque enim homi- 3
num modo turba mulierum puerorumque agminibus immixta
omnes passim compleuerat uias, sed pecora quoque prae se
agrestes agebant, ut relinqui subito Africam diceres. Vrbibus 4
uero ipsis maiorem quam quem secum attulerant terrorem
inferebant; praecipue Carthagini prope ut captae tumultus
fuit. Nam post M. Atilium Regulum et L. Manlium con- 5
sules, annis prope quinquaginta, nullum Romanum exercitum

12 id $M^1N^2H\theta$: ad πN (*om.* id uocari *D*)   huc M^1K : hoc Π*NHJ*   dirigite Π$N\theta$ *Edd.* : *malim* der- (*cf.* 27. 48. 4 *adn.*), *sed nihil mutamus*   13 copiaeque ΠN^4(-ieq. *N*)*ald.* : copiae $H\theta$ *Frob.*2   14 Coelius (*uel* cael-, *sed cf.* 27. 27. 13 *adn.*) unus M^3A^8 $H\theta$: caecilius (*uel* cec-) Π*N*, *et add.* unus N^1 (*non* N^4)   non N^4 $H\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N*, *cf.* 27. 28. 6 *adn.*   naues Π*N* *Edd.* : *om.* $H\theta$ correctum *SpFrob.*2 : correptum Π$N\theta$*ald.*

28 1 metantur. Iam M^2 *uel* M^7A^8(*hic* uiam *non del.*)$N^4\theta$: metant etiam *C* : metant (-unt *DA*) uiam π : metuntur (-antur N^1). Viam *N*   2 peruenerat Π*N.ald.Frob.*1.2 : euenerat $H\theta$ 3 modo] *hic* Π*N* *Edd.* : *post* enim $H\theta$ (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*)   quoque Π$NH\theta$: quoque quae *Weissenb.*, *non necess.*   relinqui A^8N *ipse* $H\theta$: reliqui Π   diceres $C^4A^8N^4H\theta$: dicere π : discedere (-res *N*) *AN* (*bis hic de N errauit Luchs*)   4 Carthagini M^1 *uel* $M^2A^8N^1H\theta$ *ald.Frob.*1.2 (*cf. de forma* 28. 26. 1 *adn.*) : carthaginis ΠM^xN
5 Regulum et L. Manlium A^8N^4(lelium *pro* l. *hic*) $H\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N* *litt. haud minus xvi ob ὁμ. perditis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   consules] -les $CRMBDH\theta$: -lēs *P* : -lē $P^2C^2M^2AN$

uiderant praeter praedatorias classes quibus escensiones in
6 agros maritimos factae erant, raptisque quae obuia fors fe-
cerat prius recursum semper ad naues quam clamor agrestes
7 conciret fuerat. Eo maior tum fuga pauorque in urbe fuit.
Et hercule neque exercitus domi ualidus neque dux quem
opponerent erat. Hasdrubal Gisgonis filius genere, fama,
diuitiis, regia tum etiam adfinitate, longe primus ciuitatis erat;
8 sed eum ab ipso illo Scipione aliquot proeliis fusum pulsum-
que in Hispania meminerant nec magis ducem duci parem
quam tumultuarium exercitum suum Romano exercitui esse.
9 Itaque uelut si urbem extemplo adgressurus Scipio foret, ita
conclamatum ad arma est portaeque raptim clausae et
armati in muris uigiliaeque et stationes dispositae ac nocte
10 insequenti uigilatum est. Postero die quingenti equites,
speculatum ad mare turbandosque egredientes ex nauibus
11 missi, in stationes Romanorum inciderunt. Iam enim Scipio,
classe Vticam missa, ipse haud ita multum progressus a mari
tumulos proximos ceperat; equites et in stationibus locis
idoneis posuerat et per agros miserat praedatum.

29 Hi cum Carthaginiensi equitatu proelium cum commisis-
sent, paucos in ipso certamine, plerosque fugientes persecuti,
in quibus praefectum quoque Hannonem, nobilem iuuenem,

5 escensiones] escens- πN^4*Sp*, *cf.* 27. 5. 8 *adn.*: excurs- $A^8\theta$: descens- *AN.ald.* maritimos $N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* 6 fors πB^2N: sors *BH*: *om.* θ: cas' A^8 7 Et Π*N.ald.Frob.* 1.2: *om.* *HJ*: quod *K* filius Π*N*: *om.* *H*θ 8 eum Π*N*θ: tum N^4 *rescriptus H* ipso illo N^4 *rescr.* *H*θ*ald.Frob.*1.2: illo ipso A^8: illo Π*N* duci $A^8N^4H\theta$: *om.* Π*N*: duci credebant *olim Madv. Em. p.* 422 parem $C^2A^8N^4H\theta$: pari Π*N*
9 raptim $A^8N^2H\theta$: partim (-tem *A*) πN^1 (-ti *N*), *cf.* 27. 31. 2 *adn.* 10 quingenti] d $A^8N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* (*sc.* d *post* die *omisso*) Π*N*. *De numerorum siglis omissis cf. e.g. in lib.* 26 *cc.* 38. 11; 42 7; 45. 7; 51. 2; *in* 27 *cc.* 14. 14; 15. 4; *in* 28 *cc.* 13. 5; 46. 13; *in* 29 *cc.* 7. 2; 32. 4; *in* 30 *cc.* 6. 7; 36. 8. (*Cf. etiam de numeris corruptis* 26. 51. 2 *adn.*) 11 Iam enim $A^8H\theta$ *Edd.*: tamenim *P* (*cf.* 26. 6. 4): tamen Π^2N a mari $P^4M^7A^8N^4H\theta$ *Edd.*: ari π: ac *C*: agri B^2: a ripa *AN*
29 1 Hi Π*NK*: hii *J*: ii *H* ipso Π*N* *Edd.*: *om.* *H*θ plerosque $PCM^7A^8N^4\theta$: plenosque *RMD*: penosque *B*(poen-)*AN*

occiderunt. Scipio non agros modo circa uastauit sed 2
urbem etiam proximam Afrorum satis opulentam cepit; ubi 3
praeter cetera, quae extemplo in naues onerarias imposita missaque in Siciliam erant, octo milia liberorum seruorumque capitum sunt capta.

Laetissimus tamen Romanis in principio rerum geren- 4
darum aduentus fuit Masinissae; quem quidam cum ducentis haud amplius equitibus, plerique cum duum milium equitatu tradunt uenisse. Ceterum cum longe maximus omnium 5
aetatis suae regum hic fuerit plurimumque rem Romanam iuuerit, operae pretium uidetur excedere paulum ad enarrandum quam uaria fortuna usus sit in amittendo reciperandoque paterno regno.—Militanti pro Carthaginiensibus 6
in Hispania pater ei moritur; Galae nomen erat. Regnum ad fratrem regis Oezalcem pergrandem natu—ita mos apud Numidas est—peruenit. Haud multo post Oezalce quoque 7
mortuo maior ex duobus filiis eius Capussa, puero admodum altero, paternum imperium accepit. Ceterum cum magis 8
iure gentis quam auctoritate inter suos aut uiribus obtineret regnum, exstitit quidam Mazaetullus nomine, non alienus

2 Afrorum $\Pi NH\theta$: afrorum Salaecam *Alan* (*num c.* 34. 6 *quid uelit intellexit?*) 3 Siciliam $N^2H\theta$: sicilia ΠN, *cf.* 26. 41. 12 *adn.* capitum ΠN *Edd.* (*sed ante* seruorumque *ald.Frob.*1.2) : *om. Sp* $H\theta$ 4 tamen ΠNH *Edd.* : tum A^5 *uel* $A^v\theta$ Romanis A^5 *uel* $A^vN^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 : omnis (-nium C^4) $\Pi(C?)N$: omnibus *Gron.* (*qui et* laetissimi tamen ominis *dubitanter coniecit*) gerendarum B^2AN^1(rer- N)$H\theta$: gerendum π fuit] *hic* ΠN.*ald.* : *post* Masinissae $H\theta$*Frob.*2 (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) 5 paulum ΠN : paululum $H\theta$*ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 23. 7, *fort. recte* 6 Militanti $P^5C^4M^7A^8N^4$ θ : militandi (-iq. H)ΠNH^x, *cf.* 28. 39. 22 *adn.* Oezalcem (*sed* oes-) H : oesalcen π (*sed in* § 7 dezalce π (oez- M), *in* § 12 oezacri *uel* ez-, *in c.* 30. 11 oezacles, *in c.* 31. 2 oezaclem) : dezalcem (*et sic* dezalc- *infra*) AN.*ald.* : desalcen P^4 (*hic tantum*) : cesalcem $A^8\theta$ (*et sic sim. infra*) 7 Oezalce] *u. adn. praec.* 8 cum (magis) SpM^4 *ut uid.* $AN\theta$*ald.* : eum PCM^3 : meum $RMBD$ quam auctoritate (-tis ΠN : -te N^4 *Edd.*) inter suos aut ΠN *et* N^4*ald. et sic* (*sine* aut) *Frob.*2 : auctoritate inter suos quam (*sed* et auct- $A^8\theta$) $SpA^8H\theta$ (*om.* iure gentis H) Mazaetullus (*uel* -zet-) Π^1 *uel* Π^2(-ullius P)M^6 (-uleus M)N *et sic* ΠN (-ulus N : -ulis N^x) *in c.* 30. 8, *sed* -uli *in* § 10 *inf.* (-ulli D), -ullis *in c.* 30. 9 (-ullo A : -ulo N) *et c.* 30. 12 (-ulo N) : mezetullius (*uel* -uli-) A^8N^4 *et* $N^2\theta$ *et sic* θ *in c.* 30. 8, *in* § 10 *inf.* -uli J, -ulli K, *in c.* 30. 9 *et* 12 -ulo J, -ullo K : me ietulius H *et in* § 10 me (*spat. relicto*) *sed infra praebet i. q.* θ

sanguine regibus, familiae semper inimicae ac de imperio
9 uaria fortuna cum iis qui tum obtinebant certantis. Is con-
citatis popularibus, apud quos inuidia regum magnae auc-
toritatis erat, castris palam positis descendere regem in
10 aciem ac dimicare de regno coegit. In eo proelio Capussa
cum multis principum cecidit. Gens Maesuliorum omnis
11 in dicionem imperiumque Mazaetulli concessit; regio tamen
nomine abstinuit contentusque nomine modico tutoris
puerum Lacumazen, qui stirpis regiae supererat, regem
12 appellat. Carthaginiensem nobilem feminam, sororis
filiam Hannibalis, quae proxime Oezalci regi nupta fuerat,
13 matrimonio sibi iungit spe Carthaginiensium societatis, et
cum Syphace hospitium uetustum legatis missis renouat,
omnia ea auxilia praeparans aduersus Masinissam.

30 Et Masinissa audita morte patrui, dein nece fratris patrue-
lis, ex Hispania in Mauretaniam—Baga ea tempestate rex
2 Maurorum erat—traiecit. Ab eo supplex infimis precibus
auxilium itineri, quoniam bello non poterat, quattuor milia
3 Maurorum impetrauit. Cum iis praemisso nuntio ad pater-
nos suosque amicos cum ad fines regni peruenisset, quin-

8 sanguine Π*N.ald.Frob.*1.2 : a sanguine N^4 *uel* $N^2H\theta$ ac (de) πC^x*N Edd.* : ad- *C* : *om.* N^4 *uel* $N^2H\theta$ 9 coegit $A^8N^2H\theta$: cegit *N* : cepit Π, *cf.* 26. 6. 1 *adn.* 10 Capussa Π*NK* (-usa *H* : -ulsa *J*), *sed in c.* 30. 8 -usam π$N\theta$: -ussam *D* Maesuliorum MA^8 (mes-) (*et sic in c.* 31. 1 *et* 4 *et* 6 *et c.* 32. 4 maesuli- Π*N sed in c.* 31. 7 maessuli-) : maesultorum π*N* : messuliorum (-llorum N^1)$N^1\theta$ in dicionem $C^4M^7A^8$*? Edd.* : indicio π : in dicione *AN* : in dictionem (-diti- *J*) $H\theta$ Mazaetulli] *u.* § 8 11 abstinuit $CA^8N^4H^1$ (obt- *H*)θ : apsuntit (*sic*) *P et* (*sed sine linea super* -t-) *RM* : absumpto M^7(ass-)*AN* : ab sūptu *D* : apsunta *B* Lacumazen A^8J *et* -zae, -zes, -zen *in c.* 30. 5 *et* 8 *et c.* 31. 1, *et sic* (*sed* -c- *pro* -z-) *K* : itadetm- (-dem- *AN*)azen (-zaen *R* : -zem *D*) Π*N sed in c.* 30. 5 laucumaze (leuc- *AN*) Π*N*, *in c.* 30. 8 leuchumazes Π*N*, *in c.* 31. 1 tauchymazenan π*N* (lauchi- *M* : leuchy- M^5) : lacumacen (*cum K*)*ald.Frob.* 1.2 (*sed* -ci *in c.* 30. 5) 12 Oezalci] *u.* § 6 regi nupta Π *N Edd.* : nupta regi $H\theta$ (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*)

30 1 fratris Π$NH\theta$ *Edd.* : tris (*ut uid.*) P^4 Baga Π*N* (*cf. fort. Sil.*2.111) : bocar (*uel* bocc- *uel* bocch-) $A^8\theta$*ald.Frob.*1.2 : uaca *H* traiecit Π*N.ald.* : traicit (-iic- *K*) $H\theta$*Frob.*2, *pari iure* (*cf.* § 6 *et* 27. 5. 9 *adn.*) 3 iis *PRM.ald.Frob.*1.2 : his $CR^2BDANHK$: hiis *J*

genti ferme Numidae ad eum conuenerunt. Igitur Mauris 4
inde sicut conuenerat retro ad regem remissis, quamquam
aliquanto minor spe multitudo † conueniret †, nec cum qua
tantam rem adgredi satis auderet, ratus agendo ac moliendo 5
uires quoque ad agendum aliquid conlecturum, proficiscenti
ad Syphacem Lacumazae regulo ad Thapsum occurrit.
Trepidum agmen cum in urbem refugisset, urbem Masinissa 6
primo impetu capit et ex regiis alios tradentes se recipit,
alios uim parantes occidit; pars maxima cum ipso puero
inter tumultum ad Syphacem quo primum intenderant iter
peruenerunt. Fama huius modicae rei in principio rerum 7
prospere actae conuertit ad Masinissam Numidas, adfluebantque undique ex agris uicisque ueteres milites Galae et incitabant iuuenem ad reciperandum paternum regnum.

Numero militum aliquantum Mazaetullus superabat; nam 8
et ipse eum exercitum quo Capussam uicerat et ex receptis
post caedem regis aliquot habebat, et puer Lacumazes ab
Syphace auxilia ingentia adduxerat. Quindecim milia 9
peditum Mazaetullo decem milia equitum erant, quibus cum

4 conueniret $A^8\theta$ *et* (*sed post* auderet) *ald.Frob.*1.2 : conuenere (-era *P*) Π^2 (-nire *AN*) *sed post* auderet *omnes*: *del.* N^4 *et om. H*; *uidetur supplementum ex marg. introductum esse quo uerbi* (*uelut* erat) *post* multitudo *omissio compensaretur. De uerbis* conuenerunt (§ 3) *et* conuenerat *alio sensu alio scripto cf. e.g. c.* 27. 14 exponit (*longius tamen distant* expositae, expositis) *et* 6. 3. 7; 30. 12. 3 *adnn.* 5 conl-(*uel* coll-)ecturum A^8 *uel* $A^5N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 : coniecturum Π*N* proficiscenti] -ti Πθ : -di *N*: -do *H* Thapsum Π*N*: thasum $H\theta$: Thalam *uel* Capsam *Drak.* 6 urbem (Mas.) Π*N.ald.* : et urbem *Sp?Frob.*2 : e turba *H* : *om.* θ et ex *Sp?*$H\theta$*Frob.*2 : ex Π*N.ald.* ¦ *ante* ad S. (*an post* ipso?) *credit Johnson excidisse* elapsi recipit Π*N*, *cf.* § 1 *et* 27. 5. 9 *adn.* : recepit *Sp ut uid.* $H\theta$*ald.* (*malit* sese *Johnson*) intenderant *Sp?*$H\theta$*Frob.*2 : intenderat Π*N.ald.*
7 prospere actae $A^8H\theta$ *et fort.* P^4 (acmtae ?) : prospere acmae (acmen P^2?) *P*: prospere agmen CB^2AN: prosper eae (prospere he *D*) acmen *RM*(*sed* prospera)*BD* et incitabant *Sp?*$N^4H\theta$*Frob.*2 : incitabantque A^8*ald.* : et inuitabant π : inuitabantque *AN* reciperandum] -cip- *P* (*ut in* 30. 30. 13) : -cup- Π$^2NH\theta$ *et in* § 10 Π (*et sic in* 26. 39. 10; 28. 31. 3); *cf.* 1. 12. 1 *adn.* 8 Numero $CM^7ANH\theta$: ero π Mazaetullus] *u. c.* 29. 8 Lacumazes] *u. c.* 29. 11

Masinissa nequaquam tantum peditum equitumue habente acie conflixit. Vicit tamen et ueterum militum uirtus et prudentia inter Romana et Punica arma exercitati ducis;
10 regulus cum tutore et exigua Masaesuliorum manu in Carthaginiensem agrum perfugit. Ita reciperato regno paterno Masinissa, quia sibi aduersus Syphacem haud paulo maiorem restare dimicationem cernebat, optimum ratus cum fratre
11 patruele gratiam reconciliare, missis qui et puero spem facerent si in fidem Masinissae sese permisisset futurum eum in eodem honore quo apud Galam Oezalces quondam fuisset,
12 et qui Mazaetullo praeter impunitatem sua omnia cum fide restitui sponderent, ambo praeoptantes exsilio modicam
13 domi fortunam, omnia ne id fieret Carthaginiensibus de industria agentibus, ad sese perduxit.

31 Hasdrubal tum forte cum haec gerebantur apud Syphacem erat; qui Numidae, haud sane multum ad se pertinere credenti utrum penes Lacumazen an Masinissam regnum
2 Maesuliorum esset, falli eum magno opere ait si Masinissam eisdem contentum fore quibus patrem Galam aut patruum eius Oezalcem credat: multo maiorem indolem in eo animi ingeniique esse quam in ullo gentis eius unquam fuisset;

9 equitumue Π*N.ald.*: equitumque *Sp?HθFrob.2* habente Π *N*: habens *Sp ut uid.* N^{2} *uel* N^{4}*Hθald.* militum $A^{8}N^{2}$ *uel* N^{4} *rescriptus Hθ Edd.*: *om.* Π*N* 10 et exigua Π*N.ald.Frob.*1.2: assidua *Hθ* Masaesuliorum] *sic P in c.* 32. 14 (*cf.* 28. 17. 5 *de gente*): mezaes- (*uel* -zes-) Π*N*: mazess- *K*: mzes- *J* (-lorum *θ*). *Masaesulos ab Maesulis non distinguunt ald.Frob.*1.2 perfugit Π *N.ald.Frob.*1.2: refugit *Hθ* recip-] *u.* § 7 aduersus (aduersiaduersus *P*) Syphacem (simph- *D*) $Π^{2}$*N.ald.*: cum Syphace *Sp? HθFrob.2* patruele (-roel- *PRMD*) Π*N*, *cf. Neue-Wagener* II, *p.* 55 *sq. et* 35. 10. 8 (*Bamb.*): patroeli P^{4}*?*: patrueli *Hθ* 11 sese Π*NHθ Edd.*: si M^{1} (*qui ante* in fidem *scripserat* se *pro* si) eum Π*N.ald.*: *om. Sp?HθFrob.2*, *non male*, *sed ne* se (*post* spem) *requiras*, *statuendum est uocibus* futurum eum *uerba Mas.* 'ille erit' *repraesentari* Oezalces] *u. c.* 29. 6 12 qui Π*NHθ*: *del. Gron.*, *fort. recte*, *sed cf. fort.* 21. 39. 8 (*cum adn.*) sponderent A^{8}*N uel* N^{1}*Hθ Edd.*: sponderet Π*N?*

31 1 Lacumazen] *u. c.* 29. 11 Maesuliorum] *u. c.* 29. 10 magno opere C^{4}, *cf.* 9. 33. 8 *adn.*: magnopere π*NH* 2 eisdem Π*N*: isdem *H*: hisdem *θ* unquam N^{4}*Hθ* (umq- N^{4}*J*): usquam Π*N*

saepe eum ın Hispania rarae inter homines uirtutis speci- 3
men dedisse sociis pariter hostibusque; et Syphacem et
Carthaginienses nisi orientem illum ignem oppressissent
ingenti mox incendio cum iam nullam opem ferre possent
arsuros; adhuc teneras et fragiles uires eius esse uixdum 4
coalescens fouentis regnum. Instando stimulandoque per-
uincit ut exercitum ad fines Maesuliorum admoueat atque 5
in agro de quo saepe cum Gala non uerbis modo discepta-
tum sed etiam armis certatum fuerat, tamquam haud dubie
iuris sui, castra locet. si quis arceat, id quod maxime opus
sit, acie dimicaturum: sin per metum agro cedatur, in 6
medium regni eundum. aut sine certamine concessuros
in dicionem eius Maesulios aut nequaquam pares futuros
armis.

His uocibus incitatus Syphax Masinissae bellum infert. 7
Et primo certamine Maesulios fundit fugatque; Masinissa
cum paucis equitibus ex acie in montem—Bellum incolae
uocant—perfugit. Familiae aliquot cum mapalibus pecori- 8
busque suis—ea pecunia illis est—persecuti sunt regem:
cetera Maesuliorum multitudo in dicionem Syphacis con-
cessit. Quem ceperant exsules montem herbidus aquosus- 9

3 et (Syphacem) Π*Nθald.Frob.*1 2: in N^4: et in *H* incendio P^4?$CM^x A^8 N^2 H\theta$: ingenio (ince- *R*)*PRM*: in senio *BDAN* nullam opem $PCA^8 N^4 H\theta$: nulla morem *RD*: nullam obem (olem M^4) *M*: nullam moram (-em *B*) B^2AN 4 teneras CM^1 *et* M^4A $NH\theta$: generas (-ass *BD*) π coalescens $PCA^8N^2H\theta$: coalescent (-erent M^7) *RMBDAN* fouentis Π*N*: fouenti $N^2\theta$: fouent *H* peruincit Π*NH* (*cf.* 27. 5. 9 *adn.*): peruicit *θald. Frob.*1.2 5 non $C^4ANH\theta$: num π uerbis modo Π*N Edd.*: modo uerbis *Hθ* (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) haud dubie $M^9A^8H\theta$: hau dubii (-bi *P*) *PRM*: haud ubi *CBDAN* id quod *Haverkampianus*: ut quod Π*N*: quod N^4 *uel* N^2*Hθald.Frob.*1.2, *fort. recte* 6 sin per $C^4A^8H\theta$ *Edd.*: sin par (parem *ut uid. M*) π: si impar *AN* (*sed* metu *AN*) regni eundum SpN^4 *rescriptus θ*(*cf. e.g.* 1. 57. 9) *Frob.*2: regnum eundum Π*N.ald.* sine Π*Nθ*: in *HVat* Maesulios] *u. c.* 29. 10 7 Bellum Π*N*: balbum *Hθald.Frob.*1.2 8 mapalibus *HJ*, *cf. Verg. G.* 3. 340: mappalibus (pam pa- *B*) πB^2NK suis—ea $A^8N^4\theta$: uisa π: uisarum *BDAN*: illa ?M^9 persecuti (-te *K*) π*SpHθFrob.*2, *cf.* 5. 40. 4: prosecuti *AN.ald.* (*non male, sed cf. de errore* 27. 15. 1 *adn., ubi alius uerbi utriusque sensus*)

que est; et quia pecori bonus alendo erat, hominum quoque
carne ac lacte uescentium abunde sufficiebat alimentis.
10 Inde nocturnis primo ac furtiuis incursionibus, deinde
aperto latrocinio infesta omnia circa esse; maxime uri
Carthaginiensis ager, quia et plus praedae quam inter Nu-
11 midas et latrocinium tutius erat. Iamque adeo licenter
eludebant ut ad mare deuectam praedam uenderent merca-
toribus adpellentibus naues ad id ipsum, pluresque quam
iusto saepe in bello Carthaginienses caderent caperenturque.
12 Deplorabant ea apud Syphacem Carthaginienses infen-
sumque et ipsum ad reliquias belli persequendas instigabant;
sed uix regium uidebatur latronem uagum in montibus con-
32 sectari; Bucar ex praefectis regis, uir acer et impiger, ad id
delectus. Ei data quattuor milia peditum duo equitum,
praemiorumque ingentium spe oneratus si caput Masinissae
rettulisset aut uiuum—id uero inaestimabile gaudium fore—
2 cepisset. Palatos incurioseque agentes improuiso adortus,
pecorum hominumque ingenti multitudine a praesidio arma-

9 pecori (pecc- *C*) Π*N Edd.* : pecudi *θ* quoque *CM*^{2}*BDAN Hθ*: quoquo *PRM* 10 uri Π*Nθald.Frob.*1.2 : ut *H* : uero *A*^{v} *uel A*^{5} *ut s. l.* praedae (*uel* prede) quam *A*^{8}*θald.Frob.*1.2 : de qua Π*N* : preda quam *N*^{4}*H* : inde quam *A*^{5}*?* tutius *M*^{1}*BANH θ* : ti-(to- *C*^{1})tius π 11 mare *P et P*^{x}*ANHθ* : male π^{2} deuectam *A*^{8}*N*^{4}*Hθ* : delectam π*N* : delatam *C* adpellentibus] -lent- *P*^{4}*C*^{4}*B*^{2}*A*^{8}*N*^{4}*θ* : -lant- Π*N* naues π*A*^{8}*N*^{4}*Hθ* : nauibus *A N* in bello π*Sp?N*^{4}*HθFrob.*2 : bello *AN* (*sed* inusto *supra N* : iusto *N*^{4}) : in proelio *ald.* Carthaginienses] -ses Π*N.ald.* : -sium *Sp?A*^{8}*HθFrob.*2, *pari iure* caderent Π*N* : cederentur *A*^{8} *Hθ et* (*sed* caed-) *ald.Frob.*1.2 (*cf.* 28. 15. 9 *adn.*) 12 infensumque *P*^{4}*N*^{4}*Hθ* : int-(inc- *CA*^{8}*?*)ensumque (-ent- *M*^{1} *uel M*^{4}) Π*N* uix *C*^{2}*MANHθ* : uir π

32 1 Bucar (busar *P*) π^{1}*NH* : bocar *M*^{9}*?B*^{2}*K* : boccar *A*^{8}*J* (*et sic in* § 6, *ubi* bucar π*N* : bocar *B*^{2}*K* : bugar (*uel* bag-) *BD*) regis Π*NH* : regiis *θald.Frob.*1.2, *sed cf. Sall. Iug.* 46. 5 *et Nep. Alc.* 5. 2 (*alius est color in* 36. 11. 3) ad id Π*N* : *om. Hθ* Ei *A*^{8} *uel A*^{5}*Hθ* : et Π*N* quattuor milia *PCA*^{8}*Hθ*(*siglis usi*)*ald.Frob.*1.2 : $\overline{\text{XL}}$ (*uel* $\overline{\text{XXXX}}$) *RMBA* : XL^{ta} mī *N* : XL *D* ingentium *Sp?A*^{8}*HθFrob.*2 : ingenti' *PR*^{2} *uel R*^{1} (-tisum *R*) : ingenti *CMBDAN.ald.* inaestimabile] -aest- *CB* : -est- *P*^{4}*MANJ* : -st- *PRD* : -ext- *HK* 2 incurioseque] -seque *Sp ut uid. C*^{x}*Hθald.* : -se si π : -se se *AN* : -seque se *CN*^{x} a (praesidio) *P*^{4}*?A*^{8}*N*^{4} *uel N*^{1}*Hθ* : ea Π*N*

torum exclusa Masinissam ipsum cum paucis in uerticem
montis compellit. Inde prope iam ut debellato nec praeda 3
modo pecorum hominumque captorum missa ad regem sed
copiis etiam, ut aliquanto maioribus quam pro reliquiis belli,
remissis, cum quingentis haud amplius peditibus ducentis- 4
que equitibus degressum iugis Masinissam persecutus in
ualle arta faucibus utrimque obsessis inclusit. Ibi ingens
caedes Maesuliorum facta: Masinissa cum quinquaginta 5
haud amplius equitibus per anfractus montis ignotos sequen-
tibus se eripuit. Tenuit tamen uestigia Bucar, adeptusque 6
eum patentibus prope Clupeam urbem campis ita circum-
uenit ut praeter quattuor equites omnes ad unum interfecerit.
Cum iis ipsum quoque Masinissam saucium prope e mani-
bus inter tumultum amisit. In conspectu erant fugientes; 7
ala equitum dispersa lato campo quibusdam ut occurrerent
per obliqua tendentibus quinque hostes sequebatur. Amnis 8
ingens fugientes accepit—neque enim cunctanter, ut quos
maior metus urgeret, immiserant equos—raptique gur-
gite in obliquum praelati. Duobus in conspectu hostium 9

3 iam ut Π*N*: ut iam *Hθald.Frob.*1.2, *fort. recte* etiam, ut *Sp? HθFrob.*2: ut π: etiam *ald.*: *om. AN* pro reliquiis $B^2A^8\theta$*ald. Frob.*1.2: pro reliquis Π*N*: prope liberis *H* 4 quingentis A^8N^4(d.)*H*(-tibus)*θEdd.*: *om.* Π*N*, *cf. c.* 28. 10 *adn.*: *add.* mille *post* peditibus *A*, *et* .T. *post* amplius M^9 degressum Π*NH.ald.Frob.* 1.2 (dig- M^1 *ut s. l.* $A^8\theta$) obsessis *Hθ Edd.*: oppositos (-tus *P*) π*N*: oppositis $P^4CM^xA^8$ inclusit Π^2 *uel* $\Pi^1H\theta$: inlusi *P* Ibi $A^8H\theta$*ald.Frob.*1.2: ubi Π*N* (*cf.* 27. 5. 2 *adn.*) 5 se *Sp?Hθ*: sese *AN.ald.* (abripuit *ald.*): *om.* π (*sed* sequentib. *mutauit in* se querentib. M^3) 6 Clupeam] -up- π$A^8\theta$: -yp- P^2*?BA*: -ipp- *D*: -ip- *NH*; *cf.* 27. 29. 7 *adn.* circumuenit Π*N.ald.*: circumdedit (-sedit *K*) *Sp?*$A^8H\theta$*Frob.*2 interfecerit *Sp?Hθ Frob.*2: interficeret Π*N.ald.* prope e manibus $C^4A^8N^4H\theta$: prope manibus π: *om. AN* amisit $C^4M^7ANH\theta$: isit *PRM*: misit *CBD* 7 fugientes Π*Nθald.*: fugientis N^4 *ut s l. HFrob.* 1.2 ala πB^2N^1? *ut s. l.*: alae *CD*(*sed* alęquitum)*N.ald.Frob.* 1.2: ale *Aθ*: *om. B* dispersa Π*NH*: disperse $A^8\theta$*ald.Frob.*1.2 lato $A^8H\theta$: lata N^2: -to Π*N*: toto M^7 quinque Π*Nθ*: *om.* A^8H: quacunque *ald.Frob.*1.2 hostes Π*Nθald.*: hostis A^8 *HFrob.*2 sequebatur Π: sequebantur C^2N *ipse* (*pace Luchsii*) *θ ald.*: flectebat *Frob.*2: frequentabaıur A^8H 8 gurgite π: gurgite et *AN.ald.Frob.*1.2: gurgite atque (et atque *H*) $H^1\theta$ praelati ΠA^xN: relati A^8*HJ.ald.Frob.*1.2: delati *K*

in praerapidum gurgitem haustis, ipse perisse creditus ac duo reliqui equites cum eo inter uirgulta ulterioris ripae emerserunt. Is finis Bucari sequendi fuit, nec ingredi flumen auso nec habere credenti se iam quem sequeretur.
10 Inde uanus auctor absumpti Masinissae ad regem rediit, missique qui Carthaginem gaudium ingens nuntiarent; totaque Africa fama mortis Masinissae repleta uarie animos adfecit.

11 Masinissa in spelunca occulta cum herbis curaret uolnus
12 duorum equitum latrocinio per dies aliquot uixit. Vbi primum ducta cicatrix patique posse uisus iactationem, audacia ingenti pergit ire ad regnum repetendum ; atque in ipso itinere haud plus quadraginta equitibus conlectis cum in
13 Maesulios palam iam quis esset ferens uenisset, tantum motum cum fauore pristino tum gaudio insperato quod quem perisse crediderant incolumem cernebant fecit ut intra paucos dies sex milia peditum armatorum quattuor equi-
14 tum ad eum confluerent, iamque non in possessione modo paterni regni esset sed etiam socios Carthaginiensium populos Masaesuliorumque fines—id Syphacis regnum erat—

9 praerapidum Π*N*H*θ* : praeruptum *ald.Frob.*1.2 creditus Π *N θ Edd.* : creditur $N^1 H$ ac duo Π*NHθald.* : duo *Frob.*2 inter uirgulta ulterioris ripae emerserunt Π*N Aldus* : uirgulta interioris ripae tenuerunt *Sp?Hθ*(*sed* ulterioris *θ*)*Frob.*2 : *silet* A^8, *sed praebet* tenuerunt *pro* emerserunt N^4. *Ipse uereor ne* inter uirgulta ult. . . . tenuerunt *rectum sit* (*et sic Edd. ante Ald.*), *cf.* 1. 1. 4 Bucari *H* (*cf.* § 1) : bucaris π*N* : bacharis (boch- B^2) *B* : bocari (-cc- $A^8 J$) $M^5 A^8 θ$ 10 rediit Π*N.ald.* : redit *Sp?HθFrob.*2, *fort. recte, cf.* 27. 5. 9 *adn.* repleta Π*NHθ* : perlata *Alan, optime, cf.* 30. 7. 6 *adn.* : uolgata *Luchs, audacter* : *del. Crevier, Madv.* : *post* uarie *add.* ea res *Shenkl* (*retento* repleta), *uix bene* : *si ut credimus* perlata *legendum est, cum Ablatiuo* tota Africa *cf. e.g.* 30. 5. 7 12 patique posse uisus *Sp* $A^8 Hθ$ *Frob.*2 : patique (-quo *RMBD*) posse uisa πM^3 *et* $M^4 N^4$ *et* (*sed* est uisa) *ald.* : pati quo posset uisa *AN* quadraginta] xxxx (*uel* xl) Π*N.ald.Frob.*1.2 : xxx *SpHθ* conlectis (*uel* coll-) Π*NSpθ ald.* : coniectis *H* 13 insperato $M^4 A^8 N^4 Hθ$: imperato Π*N* quattuor π*N* : $\overline{\text{iiii}}$ *D* : quattuor milia *Hθ* confluerent *H θ, cf. e.g.* 24. 24. 1 ; 28. 46. 11 (*et* adflu- *in c.* 30. 7 *sup.*) : conuenirent Π*N.ald.Frob.*1.2, *fort. recte* 14 iamque Π*N.ald.* : atque *SpHθ Frob.*2 Masaesuliorumque] *u. c.* 30. 10 *adn.*

uastaret. Inde inritato ad bellum Syphace, inter Cirtam Hipponemque in iugis opportunorum ad omnia montium consedit.

Maiorem igitur iam rem Syphax ratus quam ut per prae- 33
fectos ageret, cum filio iuuene—nomen Vermina erat—parte
exercitus missa imperat ut circumducto agmine in se
intentum hostem ab tergo inuadat. Nocte profectus Ver- 2
mina qui ex occulto adgressurus erat; Syphax autem in-
terdiu aperto itinere ut qui signis conlatis acie dimicaturus
esset mouit castra. Vbi tempus uisum est quo peruenisse 3
iam circummissi uideri poterant, et ipse leni cliuo ferente
ad hostem cum multitudine fretus tum praeparatis ab tergo
insidiis per aduersum montem erectam aciem ducit. Masi- 4
nissa fiducia maxime loci, quo multo aequiore pugnaturus
erat, et ipse dirigit suos. Atrox proelium et diu anceps fuit,
loco et uirtute militum Masinissam, multitudine quae nimio
maior erat Syphacem iuuante. Ea multitudo diuisa cum 5
pars a fronte urgeret pars ab tergo se circumfudisset, uicto-
riam haud dubiam Syphaci dedit, et ne effugium quidem
patebat hinc a fronte hinc ab tergo inclusis. Itaque ceteri 6
pedites equitesque caesi aut capti: ducentos ferme equites
Masinissa circa se conglobatos diuisosque turmatim in tres

14 Inde Π*Nθald.*: *om. Sp et* (*sed* uasta peti *pro* uastaret) *H* opportunorum (opor- *BANJ*) Π*Nθald.Frob.*1.2: opportuniorum *Sp?H*
33 1 iam rem *Lov.* 1. 2: iam rex Π*N*: eam rem *Sp?*$A^{8}N^{2}$ *uel* N^{4} *rescriptus HθFrob.*2: eam rem iam *ald.* (*ubi* rex *post* Syphax *additur*: *om.* rex *Frob.*2) praefectos *Sp?H*(-fat-) *θFrob.*2: praefecto π (*cf.* 27. 17. 12 *adn.*): praefectum (*uel* pre-) $M^{2}B^{2}$*AN.ald.* Vermina M^{2} *uel* $M^{7}B^{2}A^{8}\theta$: uerminae (-ne *AN*) *AN.ald.*: uermin π: uermeona N^{4} (*sed* -eo- *ut s. l. pro* -i-) imperat ut . . . inuadat (-dit *M*) Π*N ald.*: illum . . . inuadere iubet *Sp?HθFrob.*2 (*audacter*, *cf. c.* 12. 5 *adn.*) 2 erat π*Sp?Hθ* (*sed* eratis phax *R*: erat. is phax *B*: *del.* is B^{2})*Frob.*2: eum erat *AN.ald.* autem Π*NHθald.Frob.*1.2: tum *Sp* 3 uideri (-ēri *P*) ?$\Pi^{1}N\theta$ leni Π*NSp?HKFrob.*2: leui *J.ald.* 4 fiducia $A^{8}N^{4}$*Hθald.Frob.*1.2: *om.* Π*N* dirigit *C MBDAN*, *cf. c.* 27. 12 *et* 27. 48. 4 *adn.*: derigit *PR* 5 et ne π A^{1} *uel* A^{8}*θald.Frob.*1.2: et nec *AN*: acre *H* 6 pedites equitesque Π*N.ald.*: equites peditesque *SpHθFrob.*2, *cf.* 27. 13. 9 *adn.* aut capti Π*Nθald.*: *om. SpHVatFrob.*2 tres *CMBD*N^{2} *Hθ*: tris *PRAN*

partes erumpere iubet, loco praedicto in quem ex dissipata
7 conuenirent fuga. Ipse qua intenderat inter media tela
hostium euasit: duae turmae haesere; altera metu dedita
hosti, pertinacior altera in repugnando telis obruta et con-
8 fixa est. Verminam prope uestigiis instantem in alia atque
alia flectendo itinera eludens, taedio et desperatione tandem
fessum absistere sequendo coegit; ipse cum sexaginta
9 equitibus ad minorem Syrtim peruenit. Ibi cum conscientia
egregia saepe repetiti regni paterni inter Punica Emporia
gentemque Garamantum omne tempus usque ad C. Laeli
classisque Romanae aduentum in Africam consumpsit.
10 Haec animum inclinant ut cum modico potius quam cum
magno praesidio equitum ad Scipionem quoque postea
uenisse Masinissam credam; quippe illa regnanti multitudo,
haec paucitas exsulis fortunae conueniens est.

34 Carthaginienses ala equitum cum praefecto amissa, alio
equitatu per nouum dilectum comparato Hannonem Hamil-
2 caris filium praeficiunt. Hasdrubalem subinde ac Syphacem
per litteras nuntiosque, postremo etiam per legatos arces-
sunt; Hasdrubalem opem ferre prope circumsessae patriae
iubent; Syphacem orant ut Carthagini, ut uniuersae Africae

7 pertinacior altera in *scripsimus, codicis K et editionum uet. uestigiis insistentes*: pertinacior in Π*NSp ut uid.*: pertinacior θ (*sed add.* altera *post* repugnando *K*): altera pertinacior in *ald.Frob.*1.2, *sed et ordinem nostrum Liuianum esse credimus et uocem* altera *sic eundem locum in duobus lineis una alia linea archetypi separatis occupasse*   telis Π*NHθald.Frob.*1.2: ceteris *Sp*   8 in alia *M*^{2} *uel M*^{7}*N*^{4}(*an N*^{2}*?*)*H*(-am)θ *Edd.*: in aliena Π*N*   itinera eludens *P*^{4}*M*^{2} *uel M*^{7} *Sp?A*^{8}*HθFrob.*2: itinere ludens Π*N*: itinera ludens *N*^{4} *uel N*^{2}*ald.*   sexaginta Π*N*: decem *SpA*^{8} *ut s. l. Hθ*: LXX *ald.Frob.*1.2   9 egregia Π*Nθald.*: grecia *H*: egregie *Frob.*2   regni paterni (pater *R*) π*R*^{2}*N Edd.*: paterni regni *Hθ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.*   Emporia Π*N Edd.*: imperia *N*^{2}*Hθ*   Garamantum (-ium *H*) omne tempus usque *A*^{8}*N*^{4}*Hθ Edd.*: *om.* Π*N*, *haud minus xxiii litteris ob* -mq.|-sq. *deperditis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*   10 regnanti πθ *ald. Frob.*1.2: regnantis *AN Gron.*: rgͣnti *H*   conueniens est Π*N ald.Frob.*1.2: cum uenisset *H*: conuenit θ

34 1 amissa Π*N Edd.*: missa *Hθ*   alio Π*N*: alioque *Hθald. Frob.*1.2   2 arcessunt π*N*, *cf.* 26. 22. 2 *adn.*: accersunt *CHθ*   patriae iubent Π*Nθ*: patrie ei iubent *N*^{4}: patria ei iuuent *H*   ut (uniuersae) Π*N*: et *N*^{2}*Hθald.Frob.*1.2

subueniat. Ad Vticam tum castra Scipio ferme mille passus 3
ab urbe habebat translata a mari, ubi paucos dies statiua
coniuncta classi fuerant. Hanno nequaquam satis ualido 4
non modo ad lacessendum hostem sed ne ad tuendos
quidem a populationibus agros equitatu accepto id omnium
primum egit ut per conquisitionem numerum equitum
augeret; nec aliarum gentium aspernatus, maxime tamen 5
Numidas—id longe primum equitum in Africa est genus
—conducit. Iam ad quattuor milia equitum habebat, cum 6
Salaecam nomine urbem occupauit quindecim ferme milia
ab Romanis castris. Quod ubi Scipioni relatum est, 'Aesti- 7
ua sub tectis equitatus!' inquit 'Sint uel plures, dum talem
ducem habeant.' Eo minus sibi cessandum ratus quo illi 8
segnius rem agerent, Masinissam cum equitatu praemissum
portis obequitare atque hostem ad pugnam elicere iubet:
ubi omnis multitudo se effudisset grauiorque iam in certamine esset quam ut facile sustineri posset, cederet paulatim; se in tempore pugnae obuenturum. Tantum 9
moratus quantum satis temporis praegresso uisum ad eliciendos hostes, cum Romano equitatu secutus tegentibus tumulis, qui peropportune circa uiae flexus oppositi erant, occultus processit.

3 ferme mille Π*N Edd.*: mille ferme *Hθ* habebat] *hic* πB^2 (abebat *ex* -rat *B*): *ante* ab *Hθ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* mari CM^2A^8 N^4 *ut s. l. Hθ*: mare π*N* 4 egit ut per conquisitionem numerum $A^8N^4H\theta$ *Edd.*: erum *P*, *xxvi litteris ob ὁμ. perditis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.*: numerum $Π^1$ *uel* $Π^2N$ 5 *post* aspernatus *add.* auxilia *V*: *ignorant* Π*NHθ* (*sc.* equites *subaudito*) 6 Salaecam *M Lov.* 1. 2 (-lec-): salaeca (-leca *C*) πM^1N: salegam (-laeg- A^8)$A^8\theta$: saleram *ald.Frob.*1.2 (*in c.* 35. 4 salac- Π*N*, salaci- $A^8\theta$) 7 ubi Π*Nθ*: *om. HV* tectis Π*N* (*sc.* agit *familiariter omisso*): tectis agere $A^8N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2, *sane melius si Nom.* equitatus *in Acc. mutari potest*, *sed* agere *fort. ex* 27. 21. 3 8 quo π*N*: quod *M* cederet Π*N.ald.*: cedere *Sp?*$N^1H\theta$*Frob* 2 obuenturum Π*N*: uenturum *Hθald.Frob.*1.2: subuenturum *Boot* 9 satis temporis] *hic* Π*N.ald.Frob.*1.2: *post* praegresso *Hθ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* eliciendos M^2(M^7?)*ANHθ*: cliendos π: ciendos P^xC peropportune (*uel* -opo-) Π(-optune *M*)*N.ald.*: opportune *Sp?HFrob.*2: peroptime *θ* flexus oppositi *Sp?HθFrob* 2: flexu (-ū P^4?CB^2) suppositi (subp- *M*: supp- M^2) π: flexus suppositi *AN.ald.*

10 Masinissa ex composito nunc terrentis, nunc timentis
modo aut ipsis obequitabat portis aut cedendo, cum timoris
simulatio audaciam hosti faceret, ad insequendum temere
11 eliciebat. Nondum omnes egressi erant uarieque dux fati-
gabatur, alios uino et somno graues arma capere et frenare
equos cogendo, aliis ne sparsi et inconditi sine ordine sine
12 signis omnibus portis excurrerent obsistendo. Primo in-
caute se inuehentes Masinissa excipiebat; mox plures simul
conferti porta effusi aequauerant certamen; postremo iam
omnis equitatus proelio cum adesset, sustineri ultra ne-
13 quiere; non tamen effusa fuga Masinissa sed cedendo
sensim impetus eorum accipiebat donec ad tumulos tegentes
14 Romanum equitatum pertraxit. Inde exorti equites et ipsi
integris uiribus et recentibus equis Hannoni Afrisque pug-
nando ac sequendo fessis se circumfudere; et Masinissa
15 flexis subito equis in pugnam rediit. Mille fere qui primi
agminis fuerant, quibus haud facilis receptus fuit, cum ipso
16 duce Hannone interclusi atque interfecti sunt: ceteros
ducis praecipue territos caede effuse fugientes per triginta
milia passuum uictores secuti ad duo praeterea milia
17 equitum aut ceperunt aut occiderunt. Inter eos satis con-

10 composito $P^{4}CM^{2}(M^{7}?)B^{2}AN\theta$: eum posito π simulatio $\Pi N\theta$*ald.Frob.*1.2 : simulati (-tu *H*) SpH^{2}*Vat* insequendum $M^{2}(M^{7}?)ANH\theta$: insequentem π 11 excurrerent $\Pi N\theta$: excurrere $N^{4}H$ 12 primo $\Pi NH\theta$: primos *J. Perizonius* se (sine *H*) inuehentes (*uel* -tis) $A^{5}?H\theta$*ald.Frob.*1.2 : se uehentis *P* (*cf.* 26. 13. 7 *de* in *perdito*) : seuientis (-tes *CAN*)πN : seuentis *RMBD* : sequentis $M^{2}(M^{7}?)$ excipiebat . . . Masinissa (§ 13) *om. M* (*add.* 'def-' M^{9} *in marg.*) nequiere *PRB* : nequiuere $CDAH\theta$: n̄ quere *N* 13 accipiebat ΠNHJ, *cf. fort.* ictum accip. 28.30.10 : excipiebat *K.ald.Frob.*1.2, *fort. recte* 14 ipsi $\Pi N\theta$: ipse $N^{1}H$ Hannoni $\pi B^{2}N\theta$*ald.Frob.*1.2 : hanno *B* : hannone $Sp?H^{3}?$: an n̄ ea *H* rediit ΠN *Edd.* : redit $H\theta$, *cf.* 27. 5. 9 *adn.* 15 fere $\pi B^{2}N$: ferme *BSp ut uid.* $H\theta$*ald.*, *certe apud Liuium usitatius* primi $\Pi N\theta$*ald.Frob.*1.2 : prius *SpH* : prioris *Rhen.* quibus ΠN*.ald.* : ut quibus $SpA^{8}H\theta$*Frob.*2, *probante Drak.* receptus $M^{2}(M^{7}?)A^{8}N^{4}H\theta$: dereptus (di- *D*) ΠN : deceptus M^{x} 16 ducis θ*ald.Frob.*1.2 : duces ΠNH triginta (*uel* xxx) ΠNH*.ald.Frob.*1.2 : x θ : tria $A^{v}?$

stabat non minus ducentos Carthaginiensium equites fuisse, et diuitiis quosdam et genere inlustres.

Eodem forte quo haec gesta sunt die naues quae praedam 35
in Siciliam uexerant cum commeatu rediere, uelut ominatae ad praedam alteram repetendam sese uenisse. Duos eodem 2
nomine Carthaginiensium duces duobus equestribus proeliis interfectos non omnes auctores sunt, ueriti, credo, ne falleret bis relata eadem res: Coelius quidem et Valerius captum etiam Hannonem tradunt.

Scipio praefectos equitesque prout cuiusque opera fuerat 3
et ante omnes Masinissam insignibus donis donat; et firmo 4
praesidio Salaecae imposito ipse cum cetero exercitu profectus, non agris modo quacumque incedebat populatis sed urbibus etiam quibusdam uicisque expugnatis late fuso 5
terrore belli septimo die quam profectus erat magnam uim hominum et pecoris et omnis generis praedae trahens in castra redit, grauesque iterum hostilibus spoliis naues dimittit. Inde omissis expeditionibus paruis populationibusque 6
ad oppugnandam Vticam omnes belli uires conuertit, eam deinde si cepisset sedem ad cetera exsequenda habiturus. Simul et a classe nauales socii, qua ex parte urbs mari adluitur, 7
simul et terrestris exercitus ab imminente prope ipsis

35 1 uexerant P^4(-e- *altera partim in* -a- *imposita*)CB^2ANH(uehex-) θ : uexarant (-rent *B*) π repetendam Π*N*θ*ald.Frob.*1.2 : *om. SpH* (*et om.* alteram *H*) 2 eodem N^4Hθ *Edd.* : enim Π*N* captum etiam π*N.ald.* : captum *H*θ*Frob.*2 : etiam captum *D* 3 prout cuiusque Π*N*θ*ald.Frob.*1.2 : quorum *SpH* fuerat πθ *Edd.* : fuerant *CANSpH* : fusi erant (*cum* quorum) *Rhen.* et ante N^4 *H*θ*ald.Frob.*1.2 : ante Π*N* 4 Salaecae] *u. c.* 31. 6 quacumque $CM^2A^8N^1H^1$(quoc- *H*)θ : quaecumque π*N* populatis $C^4A^8N^4H$θ : populat (-lati CN^1) Π*N* (*sed* agros M^2) 5 uim A^8 *H*θ *Edd.* : ū *P* (*ad finem lineae*) : *om.* $Π^2$(*om. et* magnam *C*)*N* et pecoris π*NH* *Edd.* : et pecorum θ : pecorisque *C* in castra redit grauesque A^8N^4Hθ*ald.Frob.*1.2 : -que π*N*, *linea ut uid. xix litt. perdita, cf.* § 6 *et* 26. 51. 8 *et* (*de* -que) 26. 11. 12 *adn.* (*b*) : *om.* -que *C* hostilibus πR^2N : hostibus *R* : hostium *H*θ*ald.Frob.*1.2
6 paruis populationibusque A^8N^4H : -que π*N*, *cf.* § 5 *supra et* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) : q P^x : *om* -que *C*θ *et del.* M^2A^x 7 simul (et terrestris) Π*NH*θ : *del. Madv., fort. recte* ab imminente (imi- *H*θ) . . . tumulo *Sp* (*lectionem* ' *huius modi* ' *praebens*) *H*θ*Frob.*2 : ad im-(*uel* in-)minentem (-te *D*) . . . tumulum (-us *C*) Π*N.ald.* (*cf.* 27. 26. 10 *adn.*)

8 moenibus tumulo est admotus. Tormenta machinasque et
aduexerat secum, et ex Sicilia missa cum commeatu erant;
et noua in armamentario multis talium operum artificibus
de industria inclusis fiebant.
9 Vticensibus tanta undique mole circumsessis in Cartha-
giniensi populo, Carthaginiensibus in Hasdrubale ita si is
mouisset Syphacem, spes omnis erat; sed desiderio indi-
10 gentium auxilii tardius cuncta mouebantur. Hasdrubal
intentissima conquisitione cum ad triginta milia peditum,
tria equitum confecisset, non tamen ante aduentum Syphacis
11 castra propius hostem mouere est ausus. Syphax cum
quinquaginta milibus peditum, decem equitum aduenit
confestimque motis a Carthagine castris, haud procul Vtica
12 munitionibusque Romanis consedit. Quorum aduentus
hoc tamen momenti fecit ut Scipio, cum quadraginta ferme
dies nequiquam omnia experiens obsedisset Vticam, absce-
13 deret inde inrito incepto. Et—iam enim hiemps instabat—
castra hiberna in promunturio, quod tenui iugo continenti
adhaerens in aliquantum maris spatium extenditur, com-
14 munit. Vno uallo et naualia et castra amplectitur; iugo
medio legionum castris impositis, latus ad septentrionem

8 missa] *hic* Π*N.ald.* : *ante* erant $SpH\theta$*Frob.2* (*sed* missae *SpFrob.2* *et* nouae *Frob.2*) inclusis (clusis *C*) fiebant Π$N\theta$: inclusi erant *H* 9 auxilii $CDA^8N^6H\theta$: auxili *PRM* : auxilia *BA et* A^xN (-io M^2 *uel* M^7) 10 tria ($\overline{\text{tria}}$ *C*) equitum Π*N* : tria milia equitum $H^x\theta$ (*om. post* peditum *omnia usque ad* § 11 peditum *H* : *supplet* H^x) confecisset Π*N.ald.* (*cf. e.g.* 23. 40. 2) : effecisset $SpN^4H^x\theta$ *Frob.2*, *paene pari iure* (*cf.* 22. 16. 8) 11 peditum, decem equitum $P^4C^2M^7$ (*sed* decum (*u. inf.*) *ret. ut uid.* P^4M^7) *B et sic C* (*sed post* equitum *add.* fecit unde cum equitum *C* : *del.* C^2) *Edd.* : fecitum decum (decem *P* : demum *D*) equitum π^2 : fecit unde cum equitatu (equitu N^2) multo *A* *N* (*del.* A^8N^4 *haec omnia*) : peditum decem milia (milibus $A^8\theta$) equitum A^8N^4H *et* $H^x\theta$ motis a (ab *AN*) P^5 *uel* $P^4CM^7BANH\theta$: montis a π : motis $H\theta$ 12 tamen Π*NHJ* : tantum M^2(M^7?)A^5K experiens Π*NK* : expediens *HJ* inrito π : irrito *CDN* $H\theta$: rito *Sp* 13 Et iam (*uel* etiam) enim Π*NHSp?* : iam enim θ*Frob.2* : etenim *ald.* hiemps π, *u.* 30. 39. 3 *adn.* promunturio] *u. c.* 23. 1 *adn.* communit π*Sp ut uid.* $A^8\theta$*ald.* : communiuit N^4 : communi *AN* : commonuit H^1 (-mun- *H*) 14 et naualia et *Gron.* : et naualia *Sp?*$H\theta$*Frob.2* : et naualium Π*N.ald.* latus (ad sept.) Π$NH\theta$: litus *Sp?Frob.2* : in litus *ald.*

uersum subductae naues naualesque socii tenebant, meridianam uallem ad alterum litus deuexam equitatus. Haec in 15
Africa usque ad extremum autumni gesta.

Praeter conuectum undique ex populatis circa agris fru- 36
mentum commeatusque ex Sicilia atque Italia aduectos, Cn. Octauius propraetor ex Sardinia ab Ti. Claudio praetore cuius ea prouincia erat ingentem uim frumenti aduexit;
horreaque non solum ea quae iam facta erant repleta, sed 2
noua aedificata. Vestimenta exercitui deerant; id mandatum Octauio ut cum praetore ageret si quid ex ea prouincia
comparari ac mitti posset. Ea quoque haud segniter curata 3
res; mille ducentae togae breui spatio, duodecim milia tunicarum missa.

Aestate ea qua haec in Africa gesta sunt P. Sempronius 4
consul cui Bruttii prouincia erat in agro Crotoniensi cum Hannibale in ipso itinere tumultuario proelio conflixit.
Agminibus magis quam acie pugnatum est. Romani pulsi, 5
et tumultu uerius quam pugna ad mille et ducenti de exer-
citu consulis interfecti; in castra trepide reditum, neque 6
oppugnare tamen ea hostes ausi. Ceterum silentio proximae noctis profectus inde consul praemisso nuntio ad P. Licinium proconsulem ut suas legiones admoueret copias
coniunxit. Ita duo duces duo exercitus ad Hannibalem 7

14 meridianam Π*NHθald.Frob.*1.2 : meridialem *Sp?* deuexam equitatus *Sp?*$A^{8}N^{4}$*HθFrob.*2 : *om.* Π*N*, *sc. lineam xvi litt.*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* : deuexam *ald.*
36 1 conuectum Π*NHθ* : conuentum N^{2}*?* (*non* N^{4}) Ti. Π*N*, *cf. c.* 11. 11 : tito (*uel* t.) *Hθald.Frob.*1.2 aduexit $C^{2}M^{2}$(M^{7}*?*) *BHθ* : auexit π*N* 2 ea (quae) *Hθald.Frob.*1.2 : *om.* Π*N* deerant P^{4} *ut uid. Edd.* : deerat *P* ac (mitti) π*Sp?HθFrob.*2 : aut *AN.ald.* 3 *ante* duodecim *scribunt* et πR^{2}*N.ald.* : *om.* *RHθFrob.*2 4 Crotoniensi P^{3} *uel* $P^{4}C^{2}M^{2}$(M^{7}*?*)*ANSp?θ* (cort- *K*)*Frob.*2, *cf. c.* 18. 16 *adn.* : toniensi π : crotonensi *H.ald.* 5 ad *ANHθ Edd.* : a π (*quod leuiter perstrinxit* P^{2}) : ac M^{2} : *om. C* ducenti Π*NH*, *cf.* 28. 34. 2 *adn.* : ducentos *θ* : cc *ald. Frob.*1.2 interfecti Π*NH* : interfectis *θald.Frob.*1.2 6 in π$A^{8}N^{1}$*Hθ Edd.* : *om.* *AN* trepide reditum Π*N* : trepidi (-de N^{4}) rediere N^{4}*Hθald.Frob.*1.2

redierunt; nec mora dimicandi facta, cum consuli duplica-
8 tae uires, Poeno recens uictoria animos faceret. In primam
aciem suas legiones Sempronius induxit; in subsidiis locatae
P. Licini legiones. Consul principio pugnae aedem Fortu-
nae Primigeniae uouit si eo die hostes fudisset; composque
9 eius uoti fuit. Fusi ac fugati Poeni; supra quattuor milia
armatorum caesa, paulo minus trecenti uiui capti et equi
quadraginta et undecim militaria signa. Perculsus aduerso
proelio Hannibal Crotonem exercitum reduxit.
10 Eodem tempore M. Cornelius consul in altera parte
Italiae non tam armis quam iudiciorum terrore Etruriam
continuit, totam ferme ad Magonem ac per eum ad spem
11 nouandi res uersam. Eas quaestiones ex senatus consulto
minime ambitiose habuit; multique nobiles Etrusci qui aut
ipsi ierant aut miserant ad Magonem de populorum suorum
12 defectione, primo praesentes erant condemnati, postea
conscientia sibimet ipsi exsilium consciscentes cum absentes
damnati essent, corporibus subtractis bona tantum quae
publicari poterant pigneranda poenae praebebant.

37 Dum haec consules diuersis regionibus agunt, censores
interim Romae M. Liuius et C. Claudius senatum recita-
uerunt. Princeps iterum lectus Q. Fabius Maximus; notati

7 *post* facta *add.* est $N^4H\theta$*ald.Frob.*1.2 : *ignorant* Π*N* (*melius*) consuli *CH*θ : consuli (*uel* cos) et π*N*, *cf.* 27. 4. 12 *adn.* animos faceret A^5*? ut s. l.* N^4 *ut s. l. H*θ*ald.Frob.*1.2 : animo esset Π*N* 8 si eo die hostes (*uel* -tis) fudisset Π*N Edd.* : *om. HVat* θ, *cf. c.* 37. 7 (*et fort.* 28. 2. 16 *adn.*) 9 quattuor milia *P* (∞ ∞ ∞ ∞) C^2A^8 *HJ* : xxxx *R* : quadraginta milia (*uel* x̄l̄) *CMANK* : x̄x̄x̄x̄ *B* : xl *D* et (equi) Π*N.ald* : *om.SpH*θ*Frob.*2 xl (*uel* xxxx) Π*N Edd.* : quinquaginta *SpA*^{8}*H*θ reduxit Π*N.ald.* : abduxit *Sp?H*θ *Frob.*2 10 M. $A^8\theta$ *Edd.* : *om.* Π*N* : miles *H*, *suo more* in Π*N*θ*ald.* : *om. HFrob.*2 continuit $A^8H\theta$ *Edd.* : continet Π*N* 11 ex senatus consulto (*sed* s. c.) π*N*θ : ex c̄ōs̄ *C* : cōs C^x : ex socio *H* (*cf. c.* 15. 11) ierant CM^1AN^2 *uel* $N^6\theta$: erant π*HN* miserant $C^2H\theta$*Edd.* : miserunt Π*N* (*om.* de populorum suorum *M*) erant] *hic* Π*N.ald.* : *post* condemnati *H*θ : *post* primo *Frob.*2 : *fort. delere malis* (*cf.* 27. 34. 3 *adn.*) 12 consciscentes *ANH Edd.* : conscientes (conci- M^2)πθ

37 1 lectus *Sp?H*θ*Frob.*2 : delectus C^2AN*.ald.* : dilectus π Q. $P^5CAN\theta$ *Edd.* : q. m̄. π : quartus *H*

septem, nemo tamen qui sella curuli sedisset. Sarta tecta 2
acriter et cum summa fide exegerunt. Viam e foro bouario
[et] ad Veneris circa foros publicos et aedem Matris Magnae
in Palatio faciendam locauerunt. Vectigal etiam nouum 3
ex salaria annona statuerunt. Sextante sal et Romae et per
totam Italiam erat; Romae pretio eodem, pluris in foris et
conciliabulis et alio alibi pretio praebendum locauerunt.
Id uectigal commentum alterum ex censoribus satis crede- 4
bant populo iratum quod iniquo iudicio quondam damnatus
esset, et in pretio salis maxime oneratas tribus quarum
opera damnatus erat [credebant]; inde Salinatori Liuio
inditum cognomen.

Lustrum conditum serius quia per prouincias dimiserunt 5
censores ut ciuium Romanorum in exercitibus quantus
ubique esset referretur numerus. Censa cum iis ducenta 6
quattuordecim milia hominum. Condidit lustrum C.
Claudius Nero. Duodecim deinde coloniarum, quod nun- 7
quam antea factum erat, deferentibus ipsarum coloniarum
censoribus censum acceperunt ut quantum numero militum,
quantum pecunia ualerent in publicis tabulis monumenta
exstarent. Equitum deinde census agi coeptus est; et ambo 8

2 exegerunt A^8 *uel* A^v*?*N^4*Hθ* : exercerunt (-cuer- M^2B^2) Π*N* bouario Π*Nθ*, *cf.* 27. 37. 15 *adn.* et *post* bouario *add.* Π*Nθ* *ald.* (*post* Veneris *Frob.*2) : *del. Madv. Em. p.* 423, *recte, nam cum* et *nequit* ad Veneris *finem uiae significare* (*de* et *addito cf.* 27. 4. 12 *adn.*) 3 sal Π*N.ald.* : salis *θ* : salus *H* Romae (*post* sal et) *C* A^8N^4 *ut s. l. Hθ* : roma π*N* 4 iratum Π*NH Edd.* : iratumque A^8*θ* iniquo P^4CM^2(M^7?)A^8N^2 *ut s. l. Hθ* : in quo π*N* quondam (damnatus) P^4CM^2(M^7?)A^v*Hθ* : quon π : quo *AN* et (in pretio) *Hθ Edd.* : *om.* Π*N* credebant Π*NHθ* : *recte del. Madv.* (*Em. p.* 423) Salinatori N^2 *uel* N^4H^1(-oris *H*)*θ Edd.* : salinator Π*N* 6 quattuordecim, *cf.* 26. 49. 3 *adn.* : decem quattuor Π*N* : xv *ald.* : LXV *Sp*A^8N^4*Hθ*, *sed cf. Periocham huius libri* C. *θ Edd.* : *om.* Π*N* : consul *H* 7 antea *Hθ Frob.*2 : ante Π*N.ald.* ipsarum coloniarum (-ncar- *D*) Π*N Edd.* : *om. HVatθ*, *cf. c.* 36. 8 *adn.* censum N^4*Hθ Edd.* : *om.* Π*N* ut quantum numero militum quantum] *om. H* quantum (pecunia) Π*N* : tantum *θ* 8 census agi coeptus (*uel* cep-) est Π*ald.Frob.*1.2 : census acceptus est *N* : ceptus census est agi *Hθ* (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*)

forte censores equum publicum habebant. Cum ad tribum
Polliam uentum esset in qua M. Liui nomen erat, et praeco
9 cunctaretur citare ipsum censorem, 'Cita' inquit Nero
'M. Liuium'; et siue ex residua uetere simultate siue
intempestiua iactatione seueritatis inflatus M. Liuium quia
10 populi iudicio esset damnatus equum uendere iussit. Item
M. Liuius cum ad tribum Arniensem et nomen collegae
uentum est, uendere equum C. Claudium iussit duarum
rerum causa, unius quod falsum aduersus se testimonium
dixisset, alterius quod non sincera fide secum in gratiam
11 redisset. Aeque foedum certamen inquinandi famam
alterius cum suae famae damno factum est exitu censurae.
12 Cum in leges iurasset C. Claudius et in aerarium escendisset,
inter nomina eorum quos aerarios relinquebat dedit collegae
13 nomen. Deinde M. Liuius in aerarium uenit; praeter
Maeciam tribum, quae se neque condemnasset neque condemnatum aut consulem aut censorem fecisset, populum
Romanum omnem, quattuor et triginta tribus, aerarios
14 reliquit, quod et innocentem se condemnassent et condemnatum consulem et censorem fecissent neque infitiari possent

8 esset *Siesbye* (*Madv. Em. p.* 423): est ΠNθ (*om. H* Cum . . . nomen erat) 9 intempestiua A^{v}? *ut s. l.* $N^{4}H\theta$: intemtiua (-tent- *CDN*) Π*N*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* esset damnatus Π*N*: esset condemnatus *ald.Frob.*1.2: damnatus esset θ: damnatus *H* 10 Arniensem *P* (*et sic Manutius*): narniensem (narme- *BD*) $\Pi^{2}NH\theta$ rerum Π*NH*θ: *post* rerum *add. P* c. claudium est uendere equum c. claudium iussit duarum rerum (*cf. c.* 1. 23 *adn.*), *quod del.* P^{2} falsum $C^{x}ANH\theta$: profalsum π (*num ex gloss.* p. Ro. *ortus est error?*) 11 Aeque *Gron. et sic uoluisse uidetur* N^{x} *per* ꝯ (*forma Beneuentana quam ex exemplari aliquo repetit*) *in marg. codicis N cum nota ad* n- (*in uoce* neque) *referente*: neque Π*N*: neque ibi *H et fort.* N^{4} *qui tamen nota sua* ⁄. *uidetur* aeque *accepisse*: itaque ibi $A^{8}\theta$*ald.Frob.*1.2 12 escendisset $CN^{4}J$: escensisset *P*: es cecicisset *RM*: aes cecidisset *BD*: excecisset *AN*: es iecisset *K*; *cf.* 27. 5. 8 *adn.* dedit Π*NH*θ: edidit *olim Madv.* (*Em. p.* 423) 13 uenit Π*N*: uenit et $N^{4}H\theta$*ald.Frob.*1.2, *fort. recte* aut (consulem) ΠNθ*ald.*: *om. HFrob.*2 triginta P^{4}(xxx *ut uid.*) $A^{8}H\theta$: xxxx π*N*: xl *CD* reliquit M^{2}(M^{7}?)$A^{8}H^{2}\theta$ (-quid *J*): deliquit π: dereliquit *AN et sic fort. uoluit* M^{2}(M^{7}?): dimi reliquit *H* 14 fecissent $P^{4}CM^{2}$(M^{7}?)$BAN\theta$: fecissem π

aut iudicio semel aut comitiis bis ab se peccatum esse : inter 15
quattuor et triginta tribus et C. Claudium aerarium fore;
quod si exemplum haberet bis eundem aerarium relinquendi,
C. Claudium nominatim se inter aerarios fuisse relicturum.
Prauum certamen notarum inter censores; castigatio in- 16
constantiae populi censoria et grauitate temporum illorum
digna. In inuidia censores cum essent, crescendi ex iis 17
ratus esse occasionem Cn. Baebius tribunus plebis diem ad
populum utrique dixit. Ea res consensu patrum discussa
est ne postea obnoxia populari aurae censura esset.

Eadem aestate in Bruttiis Clampetia a consule ui capta, 38
Consentia et Pandosia et ignobiles aliae ciuitates uoluntate
in dicionem uenerunt. Et cum comitiorum iam appeteret 2
tempus, Cornelium potius ex Etruria ubi nihil belli erat
Romam acciri placuit. Is consules Cn. Seruilium Caepionem 3
et C. Seruilium Geminum creauit. Inde praetoria comitia 4
habita. Creati P. Cornelius Lentulus P. Quinctilius Varus
P. Aelius Paetus P. Villius Tappulus; hi duo cum aediles 5

14 semel N^4(*punctis ab* N^6 *rescriptis*)*Hθ Edd.* : simul Π*N* ab (se) Π*NH* : a *θ* 15 inter (quattuor) *ald.Frob.*1.2 : in *Hθ* : *om.* Π*N* nominatim] -im $PC^xRMN^1\theta$: -um *CBDANH* (aerarium . . . Claudium *om. H*) 16 et grauitate Π*N* : grauitate et *θ* : grauitate *ed. Mog.* 1518 *Aldus Frob.*2, *quod ipse malim* (*cf. de ord. uariato uocis* et 27. 34. 3 *adn.*) 17 In *πNθ* : *om. CH* ex iis *PRH* : ex his $CR^2MBDANK$: ex hiis *J* utrique *Hθ*(*sed ante* ad *hi*)*ald.Frob.*1.2 : utrisque Π*N* populari aurae $\pi A^5\theta$: popularia *AN* : popularia uestre *H*

38 1 Clampetia a *PR* : clam peti a *MBD* (*sed* petiachos, *u.sq.*) *AN* : clam (iam $A^8H\theta$) petilia (-tel- N^4) a (*om.* a *H*) P^4 *ut uid.* $CA^8N^4H\theta$ consule ui capta $A^8N^4H\theta$*Frob.*2 : cosdeuicasta *P* : cos (-chos *D* : cosa *AN*) deuicta Π^2N : consule deuicta *ald.* : consule de poenis ui capta *Koch*, *sed* de- *in P fort. ex* -ule *per dittogr. scripto ortum est* dicionem] dici- *PB* : diti- $CRMDA^8H$: dicti- *θ* : dediti- M^2(M^7?)B^2(-ici-) *AN* Caepionem et C. Seruilium A^8N^4H(consulem *pro* c. *H*)*θ Edd.* : *om.* Π*N*, *sc. unam lineam ob* ὁμ., *cf.* 26. 51. 8 *adn.* 4 P. (Quinct-) *Hθ* (*ut P in* 30. 18. 1) : l. Π*N* (quinulius *P* : quintilius $\Pi^2N\theta$) Paetus (*uel* pet.) *Med.* 3 *ald.*, *cf. e.g.* 30. 1. 9 : papius (papp- *A*) Π*N* : petulu *H* : *om. θ* Tappulus *Frob.*2, *cf. C.I.L.* I^1, *p.* 142 : t. appilus *π* : t. apull-s (*sic*) *C* : t. appius *AN* : t. apuleius *θ* : appulus *ald.* 5 hi M^2(M^7?)*ANHK* : hii *J* : i *π* : ii B^2 : *om. C*

plebis essent, praetores creati sunt. Consul comitiis perfectis ad exercitum in Etruriam redit.

6 Sacerdotes eo anno mortui atque in locum eorum suffecti: Ti. Veturius Philo flamen Martialis in locum M. Aemili Regilli, qui priore anno mortuus erat, creatus inauguratus-
7 que; in M. Pomponi Mathonis auguris et decemuiri locum creati decemuir M. Aurelius Cotta, augur Ti. Sempronius Gracchus admodum adulescens, quod tum perrarum in
8 mandandis sacerdotiis erat. Quadrigae aureae eo anno in Capitolio positae ab aedilibus curulibus C. Liuio et M. Seruilio Gemino, et ludi Romani biduum instaurati; item per biduum plebeii ab aedilibus P. Aelio P. Villio; et Iouis epulum fuit ludorum causa.

5 creati $CM^2H\theta$: praeti πB^2 (preti B^2D) : spreti *B* : p̄lati *AN* : facti A^5? perfectis CM^2(M^4?)$A^8H\theta$: praefectus (-tis *P*) π*N* 6 Ti. (Veturius) Π*N* : titus (*uel* t.) $H\theta$: *om.* *C* in (*post* Martialis) $C^xH\theta$: et in Π*N*, *cf.* 27. 4. 12 *adn.* M. (Aemili) $RA^8H\theta$ (*plene* A^8), *cf.* 24. 8. 10 : *om.* πR^1 *uel* R^2N 7 in M. π*N*, *cf.* 24. 44. 3 : *om.* *C* : et in m. θ : titi *H* auguris $A^8H\theta$: *om.* Π*N* augur Π*NK* : *om.* *HJ* Ti. *Frob.2 ut cod. in* 41. 21. 8 : t. (*uel* titus) Π*NHθald.* 8 item C^2 : idem Π*N* : iterum N^1 *uel* $N^2H\theta$ P. Villio πN^2H*Frob.2* (*cf.* § 4) : p. ullio *D* : p. uilio *J ald.* : *om.* *K* : p. uilli *AN* *Adscribit* recognobi P^2 (*post* causa)

Subscriptiones : titi liuii ab urbe condita liber xxviiii explic. incipit liber xxx π (*sed ante* xxx *om.* liber *BD*) : *nihil nisi* Lib̄ Decim' *add.* *N*

T. LIVI

AB VRBE CONDITA

LIBER XXX

Cn. Seruilius et C. Seruilius consules—sextus decimus is 1
annus belli Punici erat—cum de re publica belloque et
prouinciis ad senatum rettulissent, censuerunt patres ut 2
consules inter se compararent sortirenturue uter Bruttios
aduersus Hannibalem, uter Etruriam ac Ligures prouinciam
haberet: cui Bruttii euenissent exercitum a P. Sempronio 3
acciperet; P. Sempronius—ei quoque enim pro consule im-
perium in annum prorogabatur—P. Licinio succederet; is 4
Romam reuerteretur, bello quoque bonus habitus ad cetera,
quibus nemo ea tempestate instructior ciuis habebatur, con-
gestis omnibus humanis ab natura fortunaque bonis. Nobilis 5
idem ac diues erat; forma uiribusque corporis excellebat;
facundissimus habebatur, seu causa oranda, seu in senatu
et apud populum suadendi ac dissuadendi locus esset; iuris 6
pontificii peritissimus; super haec bellicae quoque laudis

1 1 Cn. π, *cf.* 29. 38. 3: cornelius *ANJ*: aius *K*: consul *H*: gn. *V* Seruilius Π*N*: seruilius cepio A^{8}*HVθald.Frob.*1.2 et C. Seruilius N^{4}(*sed* cn.)*H* (*sed* cl.): et c. seruilius geminus A^{8}*θald. Frob.*1.2: *om.* Π*N* is π*Nθ*: his *C*: *om.* N^{1}(*non* N^{4})*HV* 2 sortirenturue Π*N*: sortirenturque *HVθ* (*om.* uter *H*) ac Ligures π*Sp?VθFrob.*2: ac liguriam *AN.ald.*: aligurei *H* 3 *praenomen* P. *bis recte praebent* Π*N*: proconsule . . . proconsul *HVθ* enim π*NHθ*: *om.* $BA^{x}V$ pro consule *H*, *cf.* 27. 21. 6 *adn.*: proconsuli Π*NVθ* prorogabatur CM^{2}(M^{7}?)*DA NHVθ*: progabatur π^{2}: rogabatur *P* 4 ab *HVK*: a M^{2}*ANJ ald.Frob.*1.2: ad Π (naturam *C*) 5 ac diues Π*Nθ*: abdiles *H*: adolescens *V* seu (causa) CR^{1}*MBDANVθ*: se *PR* et apud *SpHVθ*: et ad N^{4}*ald.Frob.*1.2: ad Π*N*: aut ad *Weissenb.* ac dissuadendi Π*N.ald.Frob.*1.2: aut dissuadendi *θ*: *om.* *SpH V*, *cf.* 27. 39. 12 *adn.* 6 laudis Π*N*: laudes *HVθ*

consulatus compotem fecerat. Quod in Bruttiis prouincia,
7 idem in Etruria ac Liguribus decretum: M. Cornelius nouo
consuli tradere exercitum iussus, ipse prorogato imperio
Galliam prouinciam obtinere cum legionibus iis quas ⟨L.⟩
8 Scribonius priore anno habuisset. Sortiti deinde prouincias:
9 Caepioni Bruttii, [Seruilio] Gemino Etruria euenit. Tum
praetorum prouinciae in sortem coniectae. Iurisdictionem
urbanam Paetus Aelius, Sardiniam P. Lentulus, Siciliam
P. Villius, Ariminum cum duabus legionibus—sub Sp.
10 Lucretio eae fuerant—Quinctilius Varus est sortitus. Et
Lucretio prorogatum imperium ut Genuam oppidum a Magone Poeno dirutum exaedificaret. P. Scipioni non temporis,
sed rei gerendae fine, donec debellatum in Africa foret,
11 prorogatum imperium est; decretumque ut supplicatio fieret,
quod is in Africam prouinciam traiecisset, ut ea res salutaris populo Romano ipsique duci atque exercitui esset.

2 In Siciliam tria milia militum sunt scripta [et] quia quod roboris ea prouincia habuerat in Africam transuectum

6 fecerat πM^2 *Edd.*: faceret *M*: fecerant *NH*(-runt)*Vθ* Quod Π*N.ald.Frob.*1.2: cui *Sp*A^8N^x*HVθ*: quae *Rhen.* idem π*N* *Edd.*: eidem *Sp*A^8N^x*HVθ*: eadem *Rhen.* ac Π*N Edd.*: et *H* *θ*: et in *V* decretum Π*N Edd.*: decreta *Sp*A^8N^3?(*non* N^4)*HVθ* *Rhen.* 7 obtinere (*uel* opt-) Π*N.ald.*: obtineret A^8N^4*HVθFrob.* 2, *pari iure si post* iussus *interpungis* ⟨L.⟩ *Alschefski*, *cf.* 29. 13. 2: p̄. Π*N*: proconsul *HVθ*: praetor l. *ed. Mog.* 1518 *Aldus*: proconsul q. *Edd. ante Mog.* 8 Seruilio Π*NHθ*: *om. V et seclusit Madv. recte* 9 P. Lentulus, Siciliam A^8N^4*HVθ Edd.*: *om.* Π*N*, *linea xvii litt. ob ὁμ. perdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* P. Villius Π*N* *Frob.*2, *cf.* 29. 38. 4: p. iulius *K.ald.*: c. iulius *J*: c. liuius N^5: consul liuius *H*: caelius uillius A^8: c. uillius A^x: gn. liuius *V* Sp. Lucretio *Frob.*2, *cf.* 29. 13. 4: lucretio spurio Π*N* (*cf.* 28. 2. 15 *adn.*): lucretio sempronio *Hθ*: sempronio *V*: p. spurio *ald.* Quinctilius *ut* 29. 38. 4: quintillius (-ili- *CNHVθ*) Π*NHVθ* 10 ut Π*NθFrob.*2: est ut *ald.*: *om. SpHV* fine *HVθ Edd.*: finem Π*N*, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* debellatum Π*N Edd.*: bellatum *HVθ* 11 ipsique A^8N^4*HVθ*: sique (-quę *C*) π: sicque *AN*

2 1 Siciliam Π*N*: sicilia A^8*HVθald.Frob.*1.2 et (*post* scripta) Π*NSp ut uid. HVθald.*: *recte del. Gron. Madv.* (*post* fuerat, *sicut nos, non cum ald. et Crevierio post* oram *interpungentes*) quod roboris] *haec et omnia usque ad* et quia *om. SpHV*

fuerat; et quia ne qua classis ex Africa traiceret quad-
raginta nauibus custodiri placuerat Siciliae maritimam oram,
tredecim nouas naues Villius secum in Siciliam duxit, 2
ceterae in Sicilia ueteres refectae. Huic classi M. Pom- 3
ponius prioris anni praetor prorogato imperio praepositus
nouos milites ex Italia aduectos in naues imposuit. Parem 4
nauium numerum Cn. Octauio praetori item prioris anni
cum pari iure imperii ad tuendam Sardiniae oram patres
decreuerunt; Lentulus praetor duo milia militum dare in
naues iussus. Et Italiae ora, quia incertum erat quo 5
missuri classem Carthaginienses forent, uidebantur autem
quicquid nudatum praesidiis esset petituri, M. Marcio
praetori prioris anni cum totidem nauibus tuenda data est.
Tria milia militum in eam classem ex decreto patrum con- 6
sules scripserunt et duas legiones urbanas ad incerta belli.
Hispaniae cum exercitibus imperioque ueteribus impera- 7
toribus, L. Lentulo et L. Manlio Acidino, decretae. Viginti
omnino legionibus et centum sexaginta nauibus longis res
Romana eo anno gesta.

Praetores in prouincias ire iussi: consulibus imperatum 8
ut priusquam ab urbe proficiscerentur ludos magnos facer-
ent quos T. Manlius Torquatus dictator in quintum annum
uouisset si eodem statu res publica staret. Et nouas reli- 9
giones excitabant in animis hominum prodigia ex pluribus

1 et quia ne qua A^8 *Crevier*: ctquiantequa *P*: et qui (quia C^2M^2A *et* A^xN) antequam Π^2N^2: ne qua *Sp ut uid. HVθald.* maritimam *CBDANHVθ*: marutimam *PRM*, *fort. recte*, *sed cf. e.g.* 29. 4. 8 (finituimis *P*) 2 Villius *ΠNFrob.2*, *u. c.* 1. 9 *adn.*: iulius *K.ald.* 3 classi M. $M^2B^2A^8V\theta$ *Edd.*: classim (-ī *PM*) π: classi P^xC *AN*: classi miles *H* 4 Cn. *ΠNV.ald Frob.1.2*, *cf.* 29. 36. 1: c. (*uel* caio) θ: consuli *H* praetori $PCB^xANH\theta$: praetorii *RMBD* 5 Marcio *DFrob.2*, *cf.* 29. 13. 2: martio *V.ald.*: mario *πNHθ* 6 eam *πN Edd.*: eam in *D*: eandem θ: eadem *HV* (classe *V*) 7 L. Manlio P^1CVK: l. mansilio (-nilio M^2) *πN*: lelio manlio *Hθ* Viginti *ΠN.ald.Frob.1.2*: decem $A^8HV\theta$ 8 iussi P^x *per ras.* *C* $A^xNV\theta$: iussu π ut *HVθald.Frob.1.2*: *om.* *ΠN* (*cf.* 27. 17. 10 *adn.*) uouisset M^2ANHVJ^2K: uobisset P^4: uobis et π(*C?*): uouerat C^x: nouisset (mo- *J*)J^1

locis nuntiata. Aurum in Capitolio corui non lacerasse tan-
10 tum rostris crediti sed etiam edisse; mures Antii coronam auream adrosere; circa Capuam omnem agrum locustarum uis ingens, ita ut unde aduenissent parum constaret, com-
11 pleuit; eculeus Reate cum quinque pedibus natus; Anagniae
12 sparsi primum ignes in caelo, dein fax ingens arsit; Frusinone arcus solem tenui linea amplexus est, circulum deinde ipsum maior solis orbis extrinsecus inclusit; Arpini terra
13 campestri agro in ingentem sinum consedit; consulum alteri primam hostiam immolanti caput iocineris defuit. Ea prodigia maioribus hostiis procurata; editi a collegio pontificum dei quibus sacrificaretur.

3 His transactis consules praetoresque in prouincias profecti; omnibus tamen, uelut eam sortitis, Africae cura erat, seu quia ibi summam rerum bellique uerti cernebant seu ut Scipioni gratificarentur, in quem tum omnis uersa ciuitas
2 erat. Itaque non ex Sardinia tantum, sicut ante dictum est, sed ex Sicilia quoque et Hispania uestimenta frumentumque, et arma etiam ex Sicilia et omne genus commeatus
3 eo portabantur. Nec Scipio ullo tempore hiemis belli opera remiserat, quae multa simul undique eum circumstabant. Vticam obsidebat; castra in conspectu Hasdrubalis erant;
4 Carthaginienses deduxerant naues; classem paratam instructamque ad commeatus intercipiendos habebant. Inter haec

10 Antii Π*N*θ (anc- *BK*), *cf. e.g.* 3. 22. 2 (*contra* Canusi *e.g.* 22. 54. 1): autem *HV* adrosere Π*N.ald.* (arr-): arroserunt (-rant *K*) *H*(adr-)*V*θ*Frob.2* locustarum] loc- *CBDANHV*θ: luc- *PRM* 11 Reate πA^1 *uel* A^5θ: reates *AN*: rome *HV* 12 Frusinone (-nea *M*) πM^2*NK*: frisinone P^x *uel* P^2*C*: frusione *VJ* est Π*N.ald.*: *om. Sp?HV*θ*Frob.2* agro π*Sp?HV*θ*Frob.2*: in agro *AN.ald.* 13 caput iocineris *PC*$M^2$$B^2$*AN*: caputio cineris *RMBD*N^x: caput iocineri (ioec- *K*)*H*(-tio cin-)*V*θ *et* (*sed* iec-) *ald. Frob.*1.2

3 2 dictum est Π*NVK.ald.*: dictum *Sp?HJFrob.2* frumentum-(-ta- *C*)que *P*$C^1$$A^8$*HV*θ: que *R*(*ubi* qu- *pleniore cal. scriptum est*)*MB D*: *om. AN* etiam ex Sicilia π*SpHVJFrob.2*: *om. ANK.ald.*, *recte ut suspicamur sed nihil mutamus* portabantur Π*NSp ut uid. ald.*: portabatur *HV*θ 3 ullo N^1*V*θ*ald.Frob.*1.2: illo Π*N*: eo *H* obsidebat (opsi- P^2) $Π^2$*NHV*θ: optidebat *P*

ne Syphacis quidem reconciliandi curam ex animo miserat,
si forte iam satias amoris in uxore ex multa copia eum
cepisset. Ab Syphace magis pacis cum Carthaginiensibus 5
condiciones ut Romani Africa, Poeni Italia excederent
quam, si bellaretur, spes ulla desciturum adferebatur.—Haec 6
per nuntios acta magis equidem crediderim—et ita pars
maior auctores sunt—quam ipsum Syphacem, ut Antias
Valerius prodit, in castra Romana ad conloquium uenisse.
—Primo eas condiciones imperator Romanus uix auribus 7
admisit; postea, ut causa probabilis suis commeandi foret in
castra hostium, mollius eadem illa abnuere ac spem facere
saepius ultro citroque agitantibus rem conuenturam.

Hibernacula Carthaginiensium, congesta temere ex agris 8
materia exaedificata, lignea ferme tota erant. Numidae prae- 9
cipue harundine textis storeaque pars maxima tectis, passim
nullo ordine, quidam ut sine imperio occupatis locis extra
fossam etiam uallumque habitabant. Haec relata Scipioni 10
spem fecerant castra hostium per occasionem incendendi.

Cum legatis quos mitteret ad Syphacem calonum loco 4
primos ordines spectatae uirtutis atque prudentiae seruili
habitu mittebat, qui dum in conloquio legati essent uagi per 2
castra alius alia aditus exitusque omnes, situm formamque

4 curam] *hic* Π*N.ald.Frob.*1.2 : *post* quidem *HVθ*, *cf.* § 8 *et* 27. 37. 5 *adn.* miserat πA^{x}(-ant *A*)*N.ald.* : dimiserat *Sp?HVθFrob.*2 satias *ed. Mog.* 1518 *Ald.*, *cf.* 25. 23. 16 : satis Π*NHVθ* : saties A^{5}? eum cepisset *H.ald.Frob.*1.2 : eum excepisset *V* : cepisset Π*Nθ* 7 eas Π*N Edd.* : has *HVθ* postea Π*Nθald.Frob.*1.2 : *om.* SpN^{4} *uel* $N^{3}HV$ ut $CM^{2}SpA^{8}N^{4}$ *uel* $N^{3}HV\theta$*ald.* : aut π : haud *AN* probabilis Π*NSpHθ* : approbabilis $N^{2}V$ suis A^{5} *uel* A^{6} *Rhen. Frob.*2 : sui Π*N* : uisa $SpN^{3}V\theta$*ald.* : uisu *H* : uisa suis A^{8} conuenturam (-uect- *RMBD*) $PCM^{3}ANHV\theta$ *Edd.*, *cf. e.g.* 29. 12. 14 : conuenturum *Sp* 8 Carthaginiensium] -ium Π *NK.ald.Frob.*1.2 : -ibus *SpHVJ*, *non male*, *cf. c.* 8. 6 *adn.* erant] *hic* Π*N.ald.Frob.*1.2 : *ante* ferme *HVθ*, *cf.* § 4 9 harundine (-nae *B*) Π*Nθ* : arundine B^{x}(-nae)*HV* storeaque Π*N Edd.* : iusto terraque N^{4} (*mire*) *H* : *om.* storeaque pars maxima tectis *Vθ* 10 incendendi *HVθald.Frob.*1.2 : incendi (-dii *C*) π*N*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.*

4 1 Cum π*NHVθ* : Scipio cum *D* ordines Π*NJ.ald.Frob.*1.2 (-nis) : ordine *HV* : *om. K* 2 situm Π*N Edd.* : situs *HVθ*

et uniuersorum castrorum et partium, qua Poeni qua Nu-
midae haberent, quantum interualli inter Hasdrubalis ac
3 regia castra esset, specularentur moremque simul noscerent
stationum uigiliarumque, nocte an interdiu opportuniores
insidianti essent; et inter crebra conloquia alii atque alii de
4 industria quo pluribus omnia nota essent mittebantur. Cum
saepius agitata res certiorem spem pacis in dies et Syphaci
et Carthaginiensibus per eum faceret, legati Romani uetitos
se reuerti ad imperatorem aiunt nisi certum responsum
5 detur: proinde, seu ipsi staret iam sententia, ⟨promeret
sententiam⟩, seu consulendus Hasdrubal et Carthaginienses
essent, consuleret; tempus esse aut pacem componi aut
6 bellum nauiter geri. Dum consulitur Hasdrubal ab Syphace,
ab Hasdrubale Carthaginienses, et speculatores omnia
uisendi et Scipio ad comparanda ea quae in rem erant
7 tempus habuit; et ex mentione ac spe pacis neglegentia, ut
fit, apud Poenos Numidamque orta cauendi ne quid hostile
8 interim paterentur. Tandem relatum responsum, quibusdam,
quia nimis cupere Romanus pacem uidebatur, iniquis per

2 qua Poeni qua Π*NHV Edd.* : quas Poeni quas *θ* haberent Π*NHVθ* (*sc.* 'castra'; *breuiloquentia sermoni uolgari castrorum apta, cf. e.g. Plaut. Trin.* 193 *et usum intransitiuum uerbi* defendere (*sc.* 'hostem')) : tenderent *Gron.* 3 insidianti (-ati *D*) Π*N*: insidiantibus N^{5}*HVθald.Frob.*1.2 4 agitata res $P^{4}CM^{2}$(M^{7}?)*ANV* *θ* : agitares π*H*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* certiorem (arti- *AN*) spem π N^{2}*ald.Frob.*1.2 : spem certiorem (-ris *V*) A^{8}*HVθ* ad imperatorem Π*N.ald.* : ab imperatore *SpHVθFrob.*2 5 ipsi π*Aldus* : ipsis M^{2}(M^{7}?) : ipsa *AN Edd. ante Ald.* : ipse N^{1} *ut s. l. HVθ* promeret sententiam *Johnson, Madvigii uestigiis insistens* (*cf.* 26. 6. 16 *adn.*): *ignorant* Π*NHVθ Edd. ante Madv.* : pronuntiaret *Stoecker*: eam promeret *Madv. Em. p.* 424, *Luchs* : promeret *Madv.* 1873 : expromeret *Riemann : alia alii* nauiter Π^{x}(Π^{2}?)*NHV* (*ut P in* 24. 23. 9): inauiter *P*: gnauiter N^{1} *ut s. l., fort. recte* : ngauiter N^{x} *per ras.* : nouiter *θ* 6 Hasdrubal ab (*uel* a) Syphace, ab A^{8}(A^{7}?)*HVθ* *Edd.* : *om.* Π*N, haud amplius xx litt. ob ὁμ. perditis, cf.* 26. 51. 8 *adn.* Hasdrubale πA^{8}?*HVθ*: hasdrubal et $P^{4}M^{2}$(M^{7}?)*AN*: hasdrubal C^{x} ea Π*N.ald.* : *om. SpHVθFrob.*2, *fort. recte* erant Π*N*: opus erant *Sp ut uid.* $A^{8}N^{4}$ *rescriptus Hθald.Frob.*1.2 : erant opus *V* (*de uariatione ordinis glossema indicante cf.* 27. 34. 3 *adn.*) 7 et ex *HVθ Edd.* : et Π*N* (*cf. c.* 6. 7) Numidamque] -amque PCM^{2} : -umquae *RMBD* : -asque *ANHVθald.Frob.*1.2 8 quia (quod *ald.*) nimis π*SpA*^{8}*VθEdd* : qui (quia *AN*) animis *DANH*

occasionem adiectis, quae peropportune cupienti tollere indutias Scipioni causam praebuere; ac nuntio regis cum 9
relaturum se ad consilium dixisset, postero die respondit se uno frustra tendente nulli alii pacem placuisse; renuntiaret igitur nullam aliam spem pacis quam relictis Carthaginiensibus Syphaci cum Romanis esse. Ita tollit indutias ut 10
libera fide incepta exsequeretur; deductisque nauibus—et iam ueris principium erat—machinas tormentaque, uelut a mari adgressurus Vticam, imponit, et duo milia militum ad 11
capiendum quem antea tenuerat tumulum super Vticam mittit, simul ut ab eo quod parabat in alterius rei curam conuerteret hostium animos, simul ne qua, cum ipse ad 12
Syphacem Hasdrubalemque profectus esset, eruptio ex urbe et impetus in castra sua relicta cum leui praesidio fieret.

His praeparatis aduocatoque consilio et dicere exploratoribus iussis quae comperta adferrent Masinissaque, cui omnia hostium nota erant, postremo ipse quid pararet in proximam **5**
noctem proponit; tribunis edicit ut ubi praetorio dimisso 2
signa concinuissent extemplo educerent castris legiones. Ita ut imperauerat signa sub occasum solis efferri sunt 3
coepta; ad primam ferme uigiliam agmen explicauerunt; media nocte—septem enim milia itineris erant—modico

8 peropportune (*uel* -opo-) Π*NH* (*sed* -nae *PRMB*): oportune *V*: per optime θ 9 nuntio $A^8HV\theta$: nunti π : nuntii B^2AN (-ios N^6; *uel* -iis N^5, -io N^6) : nuntiis C^4 relaturum $M^2(M^7?)A^v?N^5$ *uel* $N^3HV\theta$: relatum Π*N* se uno $A^8N^2HV\theta$: uno Π*N* alii $MB^2DA^8N^2$ *ut s. l.* $H\theta$: ali π : aliam *AN* pacis quam $A^8N^4HV\theta$: *om.* Π*N* : pacis nisi M^3 *in marg.* esse $C^xA^8N^2(N^4?)HV\theta$: essent Π*N* 10 principium $P^2CM^2A^8N^1VK$: principum *PHJ* : principibus *RMBDAN* 11 et duo milia] et ∞ ∞ *P*: et ii *C* : et xx *RMBDAN* : et $\overline{xx}$ M^2 : duo milia $HV\theta$*ald.Frob.*1.2 ut C^4N^3 *uel* N^4 *rescriptus* $HV\theta$: *om.* Π*N* (*cf.* 27. 17. 10 *adn.*) animos $P^4CM^2ANHV\theta$: animus π, *cf. c.* 36. 8 *adn.* 12 ipse Π*N Edd.* : *om.* $HV\theta$

5 1 et dicere Π*N.ald.Frob.*1.2 : edicere N^4 *rescriptus* $HV\theta$ ipse quid π*N* : quid ipse $HV\theta$*ald.Frob.*1.2 (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) : die q̲d *C* : q̲d C^x 2 concinuissent $C^2A^8N^3?$ *Edd.* : continuisset (-cin- M^2 *uel* M^7) Π*NHV* (-ent *HV*) : occinuissent *J* : cecinissent *K* 3 efferri Π*N.ald.Frob.*1.2 : ferri $HV\theta$

4 gradu ad castra hostium peruentum est. Ibi Scipio partem copiarum Laelio Masinissamque ac Numidas attribuit et
5 castra Syphacis inuadere ignesque conicere iubet. Singulos deinde separatim Laelium ac Masinissam seductos obtestatur ut quantum nox prouidentiae adimat tantum diligentia
6 expleant curaque: se Hasdrubalem Punicaque castra adgressurum; ceterum non ante coepturum quam ignem in regiis
7 castris conspexisset. Neque ea res morata diu est; nam ut primis casis iniectus ignis haesit, extemplo proxima quaeque et deinceps continua amplexus totis se passim dissipauit
8 castris. Et trepidatio quidem quantam necesse erat in nocturno effuso tam late incendio orta est; ceterum fortuitum non hostilem ac bellicum ignem rati esse, sine armis ad restinguendum incendium effusi in armatos incidere hostes,
9 maxime Numidas ab Masinissa notitia regiorum castrorum
10 ad exitus itinerum idoneis locis dispositos. Multos in ipsis cubilibus semisomnos hausit flamma; multi [in] praecipiti fuga ruentes super alios alii in angustiis portarum obtriti sunt.

3–4 est. Ibi Π*N.ald.* : et ibi *HVθ* : *om. Frob.2, sed* ibi *saltem retinendum* 4 et Π*N Edd.* : *om. HVθ* conicere $A^{8}V\theta$ *et* (*sed* -iic-) *ald.Frob.*1.2 : coicere N^{2}(*sed* cohic-)*H* : collegere *P* (*cf.* 29. 22. 10 deiectum *Madv. pro* delegatum *P*) : colligere $\Pi^{2}N$: collidere C^{2} 5 seductos *HVθald.Frob.*1.2 : deductos Π*N* diligentia π*Sp?HVFrob.2* : diligenti *ANθald.* curaque π*Frob.2* : unaque *SpHV* : cura et *ANθald.* 6 se Π*NHθ Edd.* : *om. V* conspexisset *HVθ Edd.* : conspexissent Π*N*, *cf.* 27. 17. 4 *adn.* 7 ut $\pi N^{1}HV\theta$*ald.Frob.*1.2 : et *BDAN* primis *Gron.*, *optime*, *cf. Polyb.* 14. 4. 6 : proximis Π*NHVθ Edd. ante Gron.*, *sc. ex* proxima *sq. praesumptum*, *cf.* 29. 5. 6 *adn.* casis Π*N* : castris *HVθald.Frob.* 1.2 haesit Π*N Edd.* : hoste *H* : est *V*(est ignis)*θ*(*om.* et *inf. HVθ*) continua amplexus] *post haec uerba desinit R* dissipauit] *u.* 27. 14. 7 *adn.* 8 quantam A^{v} *Gron.* : quanta π*NHVθ* rati $P^{4}CM^{2}(M^{7}?)A^{v}?N^{3}$(*an* N^{4} *rescriptus ?*)*Hθ* : rari *P* : pari *MBD* : sati *A* : paci *N* incidere π*N* : inciderunt *HVθald.Frob.*1.2 9 ab π*N* : a *θ* : *om. HV* 10 multos *Sp ut uid.* $A^{8}V\theta$*ald.* : multis *H* : *om.* π*N* hausit flamma π*NSp ut uid. ald.* : flamma (*uel* flama) hausit (adausit *H* : ausit H^{1}) *HVθ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* multi in $\pi A^{8}NHV\theta$: multi ex *A* : multis *D* : multi *Alschefski*, *recte* in *secludens*, *cf.* 27. 8. 7 *adn.* ruentes super π*NHV* : superruentes *θ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* alios alii *C.ald.Frob.*1.2 : alii alios π*NHVθ*, *cf.* 28. 2. 15 *adn.* angustiis $B^{2}ANV\theta$: angustis π*H*

Relucentem flammam primo uigiles Carthaginiensium, 6
deinde excitati alii nocturno tumultu cum conspexissent, ab
eodem errore credere et ipsi sua sponte incendium ortum ;
et clamor inter caedem et uolnera sublatus an ex trepida- 2
tione nocturna esset confusis sensum ueri adimebat. Igitur 3
pro se quisque inermes, ut quibus nihil hostile suspectum
esset, omnibus portis, qua cuique proximum erat, ea modo
quae restinguendo igni forent portantes in agmen Romanum
ruebant. Quibus caesis omnibus praeterquam hostili odio 4
etiam ne quis nuntius refugeret, extemplo Scipio neglectas
ut in tali tumultu portas inuadit ; ignibusque in proxima 5
tecta coniectis effusa flamma primo uelut sparsa pluribus
locis reluxit, dein per continua serpens uno repente omnia
incendio hausit. Ambusti homines iumentaque foeda 6
primum fuga, dein strage obruebant itinera portarum.
Quos non oppresserat ignis ferro absumpti, binaque castra
clade una deleta. Duces tamen ambo et ex tot milibus 7
armatorum duo milia peditum et quingenti equites semer-
mes, magna pars saucii adflatique incendio, effugerunt.

6 1 cum] *hic* πN *Edd.* : *post* primo $A^8HV\theta$: *ante* Reluc. C^4 : *om.* C errore $C^4A^8N^3HV\theta$: terrore πN : erore C credere et $N^3HV\theta$: crederet π (-ent M^2 *uel* M^7) : credere AN 2 esset πN HV *Edd.* : *om.* θ : ortum esset *Luterbacher, male* (clamor . . . sublatus *uelut ἀπὸ κοινοῦ stare docet Johnson* ; *de ordine* (sublatus . . . esset) *cf. e.g.* 2. 41. 6 *adn.*) 2 confusis *Rhen.* : confusus πNV θ*ald.Frob.*1.2 (-sūs H) sensum $PCMA^8N^4H^1$(isens- H)$V\theta$ *Edd.* : sensus m̄ $BDA?N^x$: sensus tñ N *uel* N^1 3 nihil $CM^2(M^7?)N^4$(nich-)$HV\theta$: nil $A^v?$: *om.* πN 4 refugeret $HV\theta$: effugeret (efu- PM) CM^7 $BDAN$.*ald.Frob.*1.2 neglectas A^8N^r(*non* N^4)θ : -ne electa πN : nec lectas (ele-H) H^1 : nec letas V portas $A^8N^rHV\theta$: postas P : potestas π^2N (*cf.* § 6 *adn.*) 5 sparsa $C^4N^rHV\theta$*ald.* : sparso πN : sparso semine *olim Madv. Em. p.* 425 per $\pi N\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* $SpHV$ serpens uno repente omnia $\pi N\theta$ *Edd.* : *om.* $SpHV$, *cf.* 28. 2. 16 *adn.* 6 obruebant ΠN.*ald.* : obruerant $SpH\theta$*Frob.*2 : obstruebant *Madv.* (*sed hoc de industria potius fieri solet*) castra $\pi^2NHV\theta$: astra P (*cf.* § 8) clade $SpA^8N^rHV\theta$*Frob.*2 : de P : die π^2 *et* A^5N.*ald.* (*cf.* § 4 *et* 28. 8. 4 *adnn.*) 7 et ex A^8HV *Edd.* : ex $\pi N\theta$, *cf. c.* 4. 7 quingenti (*uel* đ) $PA^8N^rHV\theta$: *om.* $CMBDAN$, *cf.* 29. 28. 10 *adn.* semermes PH, *cf.* 27. 1. 15 *adn.* : semiermes π^2NV : sed (se J) inermes θ

8 Caesa aut hausta flammis ad quadraginta milia hominum
sunt, capta supra quinque milia, multi Carthaginiensium
9 nobiles, undecim senatores; signa militaria centum septua-
ginta quattuor, equi Numidici supra duo milia septingentos;
elephanti sex capti, octo ferro flammaque absumpti. Magna
uis armorum capta; ea omnia imperator Volcano sacrata
incendit.

7 Hasdrubal ex fuga cum paucis Afrorum urbem proximam
petierat, eoque omnes qui supererant uestigia ducis se-
quentes se contulerant; metu deinde ne dederetur Scipioni
2 urbe excessit. Mox eodem patentibus portis Romani
accepti, nec quicquam hostile, quia uoluntate concesserant
in dicionem, factum. Duae subinde urbes captae direptae-
que. Ea praeda et quae castris incensis ex igne rapta
3 erat militi concessa est. Syphax octo milium ferme inde
spatio loco munito consedit; Hasdrubal Carthaginem con-
tendit ne quid per metum ex recenti clade mollius consu-
4 leretur. Quo tantus primo terror est allatus ut omissa
Vtica Carthaginem crederent extemplo Scipionem obses-
5 surum. Senatum itaque sufetes, quod uelut consulare im-

8 hausta π*NV Edd.*: exausta *H*: usta θ ad *HV*θ *Edd.*: *om.* π*N* capta $\pi^{2}NHV\theta$: apta *P* (*cf.* § 6) multi $\pi N\theta$ *Edd.*: capita *HV* 9 septingentos $A^{8}J$, *cf.* 27. 14. 14 *et* 27. 42. 7 *adnn.*: septingenti *A*(dcc[ti])*HK*, *fort. recte*: dcc π*N*: vii[c] *V* armorum $\pi A^{8}HV\theta$: armatorum *AN* Volcano *H*, *cf. Praef.* § 30: uulcano $\pi N\theta$

7 1 Afrorum $\pi N\theta$*ald.Frob.*1.2: equorum *SpHV*: suorum *Rhen.* *post* supererant *om. omnia ad* contulerant θ: *supplent* π*NHV* deinde ne $\pi^{2}N\theta$ *Edd.*: dein *P*: ne *HV* 2 patentibus portis (portentis *H*) π*NH.ald.Frob.*1.2: patenti porta θ *et V* (*sed* eadem porta patenti *V*) incensis $M^{2}A^{8}HV\theta$: excensis π*N* (ex-*praesumpto*, *cf.* 29. 5. 6 *adn.*) igne π*NK*: igni *HVJ* 3 munito *SpHV*θ*Frob.*2: communito Π*N.ald.* consedit π*NSp ut uid.* θ*ald.*: *om. HV* 4 terror est allatus $P^{2}CA^{8}N^{r}HV$ *Edd.*: terror est attalus *P*: terrore status *MBDAN*: terror al-(il- *K*)latus θ ob-(op- *PB*)sessurum $\pi B^{2}A^{8}N^{r}HV\theta$: oppressurum *AN.ald.* *Frob.*1.2 5 sufetes, *cf. e.g.* 28. 37. 2: usufetes $PA^{8}\theta$: ut suffectus (-tos *C*) π^{2}(*A?*)*N*: usipetes $N^{r}V$: usipatres (-patum *H*)H^{2}: suffetes *ald.Frob.*1.2

perium apud eos erat, uocauerunt. Ibi tribus ⟨sententiis 6
certatum⟩; una de pace legatos ad Scipionem decernebat,
altera Hannibalem ad tuendam ab exitiabili bello patriam
reuocabat, tertia Romanae in aduersis rebus constantiae
erat; reparandum exercitum Syphacemque hortandum ne 7
bello absisteret censebat. Haec sententia quia Hasdrubal
praesens Barcinaeque omnes factionis bellum malebant
uicit. Inde dilectus in urbe agrisque haberi coeptus, et ad 8
Syphacem legati missi, summa ope et ipsum reparantem
bellum cum uxor non iam ut ante blanditiis, satis poten-
tibus ad animum amantis, sed precibus et misericordia 9
ualuisset, plena lacrimarum obtestans ne patrem suum
patriamque proderet iisdemque flammis Carthaginem quibus
castra conflagrassent absumi sineret. Spem quoque oppor- 10
tune oblatam adferebant legati: quattuor milia Celtiberorum
circa urbem nomine Obbam ab conquisitoribus suis con-
ducta in Hispania, egregiae iuuentutis, sibi occurrisse; et
Hasdrubalem propediem adfore cum manu haudquaquam
contemnenda. Igitur non benigne modo legatis respon- 11
dit, sed ostendit etiam multitudinem agrestium Numidarum
quibus per eosdem dies arma equosque dedisset, et omnem
iuuentutem adfirmat ex regno exciturum: scire incendio 12
non proelio cladem acceptam; eum bello inferiorem esse
qui armis uincatur. Haec legatis responsa, et post dies 13

5 uocauerunt π*N*: uocarunt *HVθ* 6 sententiis certatum *Madv., lineam unam supplens* (*cf.* 26. 6. 16 *adn.*): *ignorant* π*NHVθ*: dictis sententiis *ald.Frob.*1.2: *add.* e *ante* tribus *Gron.* (*cum parenthesi ex* una *ad* (§ 7) censebat) exitiabili $π^2$ *ut uid.* NH^1(-le *H*)*Vθ Edd.*: exitiali $P^x A^x$: exitiabilem | li *P* reuocabat $A^8 N^4 HV\theta$: per- (pro- *A*)uocabat π*N* (*cf. fort.* re- *pro* per- 29. 32. 10) 7 censebat $CMA^8 HV\theta$: censebat haec sensebat *P*: censebant $π^2 N$: *malimus deletum* malebant] mal- π*NK*: mall- *J*: man- *C*: mon- C^4: al- *HV* uicit *ANθald.Frob.*1.2: uincit π: uicti *HV* 8 Inde π*NH Edd.*: deinde *Vθ* et (ad Syph.) π*NH Edd.*: *om. Vθ* 9 ne $P^4 C M^1 B^2 ANHV\theta$: de *PMB*: *om. D* 10 nomine π*NHVθ*: *secludebat Duker* Obbam π*NH*, *cf. Polyb.* 14. 6. 12, Ἄββαν: olbam $A^8 V\theta$ 11 etiam π*NH*: eam *Vθ* eosdem Π*N.ald.Frob.*1.2: eos *HVθ* 12 scire $PCA^8 N^4 HV\theta$: exire *MB DAN*: *del.* M^7

paucos rursus Hasdrubal et Syphax copias iunxerunt. Is omnis exercitus fuit triginta ferme milium armatorum.

8 Scipionem, uelut iam debellato quod ad Syphacem Car-
thaginiensesque attineret, Vticae oppugnandae intentum
iamque machinas admouentem muris auertit fama redinte-
2 grati belli; modicisque praesidiis ad speciem modo obsi-
dionis terra marique relictis ipse cum robore exercitus ire
3 ad hostes pergit. Primo in tumulo quattuor milia ferme
distante ab castris regiis consedit; postero die cum equitatu
in Magnos—ita uocant—campos subiectos ei tumulo de-
gressus, succedendo ad stationes hostium lacessendoque
4 leuibus proeliis diem absumpsit. Et per insequens biduum
tumultuosis hinc atque illinc excursionibus in uicem nihil
dictu satis dignum fecerunt: quarto die in aciem utrimque
5 descensum est. Romanus principes post hastatorum
prima signa, in subsidiis triarios constituit: equitatum
Italicum ab dextro cornu, ab laeuo Numidas Masinissamque
6 opposuit. Syphax Hasdrubalque Numidis aduersus Italicum
equitatum, Carthaginiensibus contra Masinissam locatis
Celtiberos in mediam aciem aduersus signa legionum
7 accepere. Ita instructi concurrunt. Primo impetu simul

13 rursus $A^{x}HV\theta$: usus P: reuersus $\pi^{2}N$ milium (-ll- K) $HV\theta$*Frob.*2: milia (-ll- P) πN.*ald.*

8 1 iam debellato πN.*ald.*: debellato iam $V\theta$*Frob.*2 (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) *et* (*sed* tamquam *pro* iam quod ad) H auertit $ANHV\theta$: aduertit (ut adu. C^{4}) π 3 milia ferme $\pi HV\theta$: ferme milia AN *ald.Frob.*1.2, *cf.* 29. 3. 10 *adn.* ei tumulo $PCM^{2}(M^{7}?)A^{8}(A^{1}?)N^{1}V\theta$: ei tumulos $MBDAN$: tumulo H degressus $P^{4}?NHK$ *Edd.*: degressu (dig- M^{5}) π: digressus $M^{7}(M^{2}?)$ leuibus P^{4} *uel* $P^{5}CM^{2}(M^{7}?)B^{2}A^{8}(A^{v}?)N^{4}HV\theta$: leuius π 4 utrimque] *hic* πN *ald.*: *ante* in H(-umq.)$V\theta$*Frob.*2 5 principes post *Victorius, cf. cum Sigonio Polyb.* 14. 8. 5: post principes (princeps M) $\pi M^{2}(M^{7}?)NHV\theta$*ald.Frob.*1.2 hastatorum $M^{2}(M^{7}?)A^{8}N^{4}HV\theta$ (*Genetiuus explicatiuus ut* 37. 39. 8): hastarum (-torum P) $\pi^{2}N$ 6 Numidis $A^{8}N^{2}HV\theta$: numidicis πN Carthaginiensibus] -ibus $A^{8}N^{4}HV\theta$: -ium πN (*cf. fort. c.* 3. 8) in mediam $V\theta$ *Edd.*: mediam πN: in italiam H aduersus (sig.) *Ruperti*: in aduersa $\pi NHV\theta$*ald.Frob.*1.2 (in *huc perperam translato, u. adn. praec.*) accepere PCA^{8} *uel* $A^{5}N^{2}HV\theta$: accipere $BDAN$ (-ret M) 7 Primo πNH.*ald.Frob.*1.2: igitur primo $A^{8}V\theta$

utraque cornua, et Numidae et Carthaginienses, pulsi; nam 7
neque Numidae, maxima pars agrestes, Romanum equi-
tatum neque Carthaginienses, et ipse nouus miles, Masinis-
sam recenti super cetera uictoria terribilem sustinuere. Nu- 8
data utrimque cornibus Celtiberum acies stabat quod nec in
fuga salus ulla ostendebatur locis ignotis neque spes ueniae
ab Scipione erat, quem bene meritum de se et gente sua mer-
cennariis armis in Africam oppugnatum uenissent. Igitur 9
circumfusis undique hostibus alii super alios cadentes ob-
stinate moriebantur; omnibusque in eos uersis aliquantum
ad fugam temporis Syphax et Hasdrubal praeceperunt.
Fatigatos caede diutius quam pugna uictores nox oppressit.

Postero die Scipio Laelium Masinissamque cum omni **9**
Romano et Numidico equitatu expeditisque militum ad
persequendos Syphacem atque Hasdrubalem mittit; ipse 2
cum robore exercitus urbes circa, quae omnes Carthaginien-
sium dicionis erant, partim spe, partim metu, partim ui
subigit. Carthagini erat quidem ingens terror, et circum- 3
ferentem arma Scipionem omnibus finitimis raptim per-
domitis ipsam Carthaginem repente adgressurum credebant.
Itaque et muri reficiebantur propugnaculisque armabantur, 4

7 utraque cornua *CSpA*^{8}*N*^{2}*HVθFrob.*2 (*cf. e.g.* 27. 22. 2): utraque cornu *πN*: utroque cornu *P*^{5}*?M*^{2}(*M*^{7}*?*)*ald.* nam neque *A*^{8}*Vθ Edd.*: namque *πNH*: nam *M* agrestes *π*: agrestis *ANHVθ ald.Frob.*1.2 Carthaginienses (*ante* et)] -es *C*^{4}*A*^{x}*N*^{4}*?HV*: -e *π N*: -ę *D*: -is *M*^{2} 8 Celtiberum (uelt- *P*) *π*^{2}*H*: celtiberorum *ANθald.Frob.*1.2, *fort. recte* (*ut c.* 7. 10) ueniae *P*^{x}*M*^{2}(*M*^{7}*?*)*A*^{x} *N*^{2}*DVθ*: uenire *πN*: uentre *C*: neue *H* oppugnatum] *hic π* (obp- *C*)*N.ald.Frob.*1.2: *ante* in Afr. *HVθ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* 9 obstinate (*uel* ops-) *π*, *cf.* 37. 32. 5: obstinati *A*^{6}*?HFrob.*2: *om. AN*: obstricti *A*^{8}*Vθald.* praeceperunt *πNHθ* (perc- *C*^{4}*M*^{7}*V*)

9 1 expeditisque *πN.ald.*: expeditissimisque *A*^{8}*HVθFrob.*2 2 spe, partim *PC*: speratim *MBDAN*: *om. N*^{4}*HVθald.Frob.*1.2 (*sed* partim ui partim metu *Edd. hi*), *non male, sed quis glossemator uocem* spe *uerbo* subigere *additurus erat?* subigit *AVJ*: subicit *πNH*: subiit *C*: subegit *K.ald.Frob.*1.2 (*cf.* 27. 5. 9 *adn.*) 3 quidem *πNVθ Edd.* (quidem erat *A.ald.Frob.*1.2): quidam *H* circumferentem . . . Scipionem *πN.ald.Frob.*1.2 (-nte . . . -ne *HVθ*) finitimis *P*^{4}*M*^{7}(*M*^{2}*?*)*A*^{8}*N*^{4}*Hθ*: finitionibus *π*(*C?*)*N*: finib' (*ut uid.*) *C*^{2} raptim *πN Edd.*: partim *A*^{8}*Vθ* (*cf.* 27. 31. 2): his partim *H*

et pro se quisque quae diutinae obsidionis tolerandae sunt
5 ex agris conuehit. Rara mentio est pacis, frequentior
6 legatorum ad Hannibalem arcessendum mittendorum; pars
maxima classem, quae ad commeatus excipiendos parata
erat, mittere iubent ad opprimendam stationem nauium ad
Vticam incaute agentem; forsitan etiam naualia castra
7 relicta cum leui praesidio oppressuros. In hoc consilium
maxime inclinant; legatos tamen ad Hannibalem mittendos
censent: quippe classi ut felicissime geratur res, parte
8 aliqua leuari Vticae obsidionem: Carthaginem ipsam qui
tueatur neque imperatorem alium quam Hannibalem neque
9 exercitum alium quam Hannibalis superesse. Deductae
ergo postero die naues, simul et legati in Italiam profecti;
raptimque omnia stimulante fortuna agebantur, et in quo
quisque cessasset prodi ab se salutem omnium rebatur.

10 Scipio grauem iam spoliis multarum urbium exercitum
trahens, captiuis aliaque praeda in uetera castra ad Vticam
missis iam in Carthaginem intentus occupat relictum fuga
11 custodum Tyneta—abest ab Carthagine quindecim milia

4 quae C^4ANH(que)θ : *om.* π*V* obsidionis (*uel* ops-) π*N*, *cf. e.g.* 27. 9. 12 : obsidioni *SpA*^{8}*HV*θ*ald.* tolerandae *SpM*^{7}*A*^{8} *HV*θ (-de *HVJ*) : toleranda (-ll- *C*) π*N* sunt ex agris π*Sp Frob.*2 : *add.* necessaria *post* agris *AN*, *ante* sunt θ, *ante* ex *ald.*, *cf.* 28. 12. 13 *adn. et de ordine* 27. 34. 3 *adn.* : sunt indignis *H* : sumptis ex agris *V* conuehit π*N.ald.*, *cf.* 27. 5. 9 *adn.* : conuehebat *Sp Frob.*2 (-bant θ : -bantur *HV*) 5 arcessendum π*NH*, *cf.* 26. 22. 2 *adn.* 6 ad Vticam . . . agentem] *om. H* 7 classi π*N* : classe *A*^{8}*V*θ*ald.Frob.*1.2 : classem *H* geratur *Sp?HV*θ*Frob.*2 : gerantur π*N.ald.* leuari *H*θ*ald.Frob.*1.2 : leuare π*N* (*cf.* 27. 4. 13 *adn.*) 8 tueatur π*NK.ald.* : tueantur *SpA*^{x}*N*^{x}*VJFrob.*2 9 et legati π*NEdd.* : legatique *H* : legati *V*θ in (Italiam) π*NV Edd.* : *om. H*θ quisque π*NH Edd.* (*cf. Thuc.* 2. 8. 4) : quis *V*θ 10 aliaque *P*^{4}*AN*^{4}*HV*θ : alique (-quę *C*) π : aliiq. *D* : aliqua *N* : cum aliqua *C*^{4}*M*^{7} Tyneta π*N*, *cf. c.* 16. 1 *adn.* : tuneta *ald.Frob.*1.2 : tynea *D* : fineta *H* : tunecta *V* : finec (-ech *K*) θ 11 ab (Cart.) *ANHV*θ (*et sic* π *in* § 12) : a π ; *saepius* ab *ante* c- *praebent codd.*, *cf. e.g. cc.* 15. 3 ; 19. 12 ; 36. 9 *al.* ; *cf. contra cc.* 10. 1 *inf.* ; 19. 5 ; 25. 5 *et* 10 ; 27. 1. 11 ; 29. 35. 11 quindecim (*uel* xv) π^2*N*θ : quindeum *P* : xii *Sp ut uid. ald.*, *sed cf. Polyb.* 14. 10. 5 : *om. V* quindecim . . . (§ 12) ab Carthagine

ferme passuum—, locum cum operibus tum suapte natura
tutum et qui et ab Carthagine conspici et praebere ipse 12
prospectum cum ad urbem tum ad circumfusum mare urbi
possit. Inde cum maxime uallum Romani iacerent, con- 10
specta classis hostium est Vticam ab Carthagine petens.
Igitur omisso opere pronuntiatum iter signaque raptim ferri 2
sunt coepta ne naues in terram et ad obsidionem uersae ac
minime nauali proelio aptae opprimerentur: qui enim 3
restitissent agili et nautico instrumento aptae et armatae
classi naues tormenta machinasque portantes et aut in
onerariarum usum uersae aut ita adpulsae muris ut pro
aggere ac pontibus praebere adscensum possent?

Itaque Scipio, postquam eo uentum est, contra quam in 4
nauali certamine solet rostratis quae praesidio aliis esse
poterant in postremam aciem receptis prope terram,
onerariarum quadruplicem ordinem pro muro aduersus 5

11 locum . . . tutum *Sp?*A^8*Hθ Frob.2* : locus . . . tutus *πN.ald.* suapte *PCM*B^2*Sp ut uid.* $A^8θ$: sua apte *BDAN* : sequente *H* 12 et qui et *PV* : et qui *Cθald.Frob.*1.2 : et quia et *MBAN* : et quia *D* : eo qui *H* prospectum A^v *uel* A^6*?HJ Edd.* : conspectum *πNVK* (*sc.* con- *ex* conspici *sumpto*) cum (tum *Vθ*) ad urbem tum ad circumfusum $A^8N^4Vθ$: cumfusum *πN*, *linea xviii litt. perdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* : confusum *BD* : circumfusum M^2 *uel* M^7 possit *π N* : posset A^8*HVθald.Frob.*1.2

10 1 ab *H* : a *πNVθald.*, *cf. c.* 9. 11 *adn.* : *om. Frob.2* 2 pronuntiatum (-tur $A^8Vθ$, *pari iure*) iter *πVθald.Frob.*1.2 : pronuntiatum ter *A?N* : pronuntiat iter (*an* pronuntiatur?) N^4 et ad A^8 : et *πSpHVθFrob.2* : ad *AN.ald.* *post* aptae *om. H omnia usque ad* aptae (§ 3) 3 restitissent] -iti- $A^8N^1Vθ$: -itui- *πN* classi *BD*N^1*Vθ* : classis *π*B^x*N*, *cf.* 26. 40. 14 *adn.* : classium *H* (inter *pro* armatae *H*) in onerariarum . . . aut *om. SpH*(*sed om.* et aut . . . adpulsae *H spat. xvi litt. relicto*)*V*, *cf.* 28. 2. 16 *adn.* : *supplent πNθ* (*om.* aut *θ*) *Edd.* adpulsae muris *Sp*A^v *uel* A^6*θFrob.2* : pulsae ad muris (-os *C*M^1*AN*) *πN* : apud se muris *V* : appulsae ad muros *ald.* ad-(*sed* a-)scensum *Sp*A^8*VθFrob.2* : ascensus *πNH* (*cf.* 27. 17. 1 *adn.*) : accessum *ald.* 4 *post* postquam *om.* eo . . . quam *πN* : *supplent Sp?*A^8N^4*HVθ*, *u. sq.* est contra quam *Sp?*A^8*H V* : est ut N^4*θald.* : ut C^2*AN* : *om. π* poterant *πNHVθ* (*sc.* '*potestatem habebant adiuuandi et alibi adiuuissent*') : non poterant *Weissenb.* (*sed sic etiam* in hac pugna *addendum erat*) : potuerant *Madv. Em. p.* 427 in postremam C^4*ANHVθ* : ipsostremam *π* (*C?*) 5 quadruplicem] -upl- *HVθ* : -ipl- *πN*

hostem opposuit, easque ipsas, ne in tumultu pugnae turbari ordines possent, malis antennisque de naue in nauem traiectis ac ualidis funibus uelut uno inter se uinculo inligatis
6 comprendit, tabulasque superinstrauit ut peruium in totum nauium ordinem esset, et sub ipsis pontibus interualla fecit qua procurrere speculatoriae naues in hostem ac tuto recipi
7 possent. His raptim pro tempore instructis, mille ferme delecti propugnatores onerariis imponuntur; telorum maxime missilium ut quamuis longo certamine sufficerent uis ingens
8 congeritur. Ita parati atque intenti hostium aduentum opperiebantur.

Carthaginienses, qui, si maturassent, omnia permixta
9 turba trepidantium primo impetu oppressissent, perculsi terrestribus cladibus atque inde ne mari quidem ubi ipsi plus poterant satis fidentes, die segni nauigatione absumpto sub occasum solis in portum—Rusucmona Afri uocant—
10 classem adpulere. Postero die sub ortum solis instruxere ab alto naues uelut ad iustum proelium nauale et tamquam
11 exituris contra Romanis. Cum diu stetissent postquam

5 naue in nauem *πNVJ*: naui in nauim *HK* comprendit *Med.* 2 (*cf. de forma* 26. 27. 7): comprehendit *Sp?*A^{6}*? uel* A^{v}*θFrob.2*: comprensit *PC*: compressit (*uel* conp-) C^{2}*MBDAN.ald.*: comprehendi *H* 6 superinstrauit *πNθald.*: instrauit *M*: superstrauit *Sp?HVFrob.2* in totum nauium *Sp*$A^{8}N^{4}$*VθFrob.2*: nauium *ald.*: *om.* *πN*: in totum aut ultra *H* (prouium *pro* peru- *H*) esset *SpVFrob.2*: faceret A^{8}*θ*(-ent *K*)*ald.*: fecisset *πN*: cepit *H* 7 maxime N^{4} *uel* N^{2}*HVθ*: *om.* *πN* certamine *πNHVθ*: certamini *K et sic Madv. Em. p.* 427 8 atque intenti *πHVJFrob.2 et sic* (*uel* intentique) *Sp?*: instructique *AN.ald.*: atque instructi *K* opperiebantur M^{7} (oper- *πNHVθ*) si maturassent C^{5}(-sint)A^{8} N^{4}*HVθ*: simitatura (-mut- *C*) essent *πN*: si matura cēnt *M*: simitatur aessent B^{2}: si maturata essent C^{4} turba $C^{x}A^{1}$*?*N^{1}*HVθ*: turbata *πN* (*cf.* 27. 20. 8 *adn.*) oppressissent π^{2}*N.ald.*: pressissent *P*: deprehendissent (-prend- *Sp?VK*) *Sp?*N^{4} *ut s. l. HVθ Frob.2* 9 inde ne A^{6}*?*, *Alschefskium anticipans*: inde ne in N^{4} *θald.Frob.*1.2: inde in *π*B^{2}*NV* (*sed pleniore cal. scripsit* in *M*, *cf.* 27. 2. 10 *adn.*): inde *BH* (*sed om.* ne mari *H spat. vi litt. relicto*) segni *PC?*M^{2}(M^{7}*?*)$A^{8}N^{1}$ *ut s. l. Vθ*: segna *M*B^{2}(-nna)*DAN*: se *B* signi *H*: sub C^{4}: senia *?*C^{5} Rusucmona *πNJ* (-suom- *H*: -ism- *V*: -suchum- *K*: -scin- *ald.*) classem *C*M^{2}(M^{7}*?*)B^{2}*ANH Vθ*: classe *π* (*cf.* 26. 41. 12)

nihil moueri ab hostibus uiderunt, tum demum onerarias
adgrediuntur. Erat res minime certamini nauali similis, 12
proxime speciem muros oppugnantium nauium. Altitudine
aliquantum onerariae superabant; ex rostratis Poeni uana 13
pleraque, utpote supino iactu, tela in locum superiorem
mittebant; grauior ac pondere ipso libratior superne ex
onerariis ictus erat. Speculatoriae naues ac leuia alia 14
nauigia, quae sub constratis pontium per interualla excurre-
bant, primo ipsae tantum impetu ac magnitudine rostratarum
obruebantur; deinde propugnatoribus quoque incommodae 15
erant quod permixtae cum hostium nauibus inhibere saepe
tela cogebant metu ne ambiguo ictu suis inciderent. Pos- 16
tremo asseres ferreo unco praefixi—harpagones uocat miles
—ex Punicis nauibus inici in Romanas coepti. Quos cum 17
neque ipsos neque catenas quibus suspensi iniciebantur
incidere possent, ut quaeque retro inhibita rostrata onerariam
haerentem unco traheret, scindi uideres uincula quibus aliis 18
innexa erat, seriem aliam simul plurium nauium trahi. Hoc 19

12 res $A^8N^4HV\theta$ *Edd.* : *om.* πN superabant $A^8N^4HV\theta$*ald. Frob.*1.2 : superant *PC* (*sed spat. v litt. post* superant *reliquit P ut nouam paragrapham incipiens*) : supererant P^x : *om. MBDAN* 13 utpote A^8N^4?(*sed* -nte *in* ponte *non expunxit*)$HV\theta$: sicut pote *P* : sicut ponte π^2N : sicut *C* iactu $M^2(M^7?)A^8HV\theta$: actu π ex onerariis $\pi A^8N^4HV\theta$ *Edd.* : exoneratus *A?N* 14 Speculatoriae $A^8N^4HV\theta$: spectatoriae π (-ie *D*) : spectarie *AN* alia $N^4HV\theta$ (*cf.* § 6) : ipsa πN.*ald.Frob.*1.2 : *om.* θ : *uoces* ac leuia ipsa nauigia *aut spurias aut corruptas esse suspicatur Weissenb., probante olim Madv.* ipsae tantum *HV* : ipso tantum $A^8\theta$*ald.Frob.*1.2 ; ipsae (-sa *C*) tanto π ; ipsa et ante *D* : ipsa et alto *AN* : ipsa e tanto B^2 ac $HV\theta$*ald.Frob.*1.2 : et πN 15 *post* deinde *scribunt* et πNHK.*ald.Frob.*1.2, ex N^2VJ, etiam A^8 : *del.* A^x *Madv., recte* incommodae (-de *CDJ*) $\pi N\theta$ (-omo- *J*) : incommoda N^1 *ut s. l. HV* 16 harpagones πN (arp- $CHV\theta$) uocat miles *Med.* 3 *Gron.* : uocat mil *P* : uocant mil (mille *C*) *CMDA* : uocant miles (-lex *BN*) B^2NHV : uocant milites M^7*ald.Frob.*1.2 : uocant $A^8\theta$ inici $M^x(?M^1)ANV\theta$: inlici (ill- *C*) π : unci *H* 17 inhibita πN *Edd.* : inhibitam N^1 *ipse* $HV\theta$ (inhibitam onerariam haerentem N^4 *ut s. l.* (*cum* habente)) haerentem $P^4?CA^8HV$*Frob.*2 *et sic ut s. l.* N^4 (*sed u. supra*) : habentem *PDAN* : haberentem *MB* : haerente B^2*ald.* : habente N^4 18 aliis $CHV\theta$*Frob.*2 : alia aliis πN.*ald.* : aliae aliis *Frob.*1 (*cum* innexae erant) aliam $\pi N\theta$*ald. Frob.*1.2, *cf. e.g.* 7. 8. 1 *et* 7. 19. 2 : etiam *Ussing, fort. recte* (*quod post* aliis *corrumpi poterat*) : alium *H* : aliarum *V*

maxime modo lacerati [quidem] omnes pontes et uix transiliendi in secundum ordinem nauium spatium propugnatori-
20 bus datum est. Sexaginta ferme onerariae puppibus abstractae Carthaginem sunt. Maior quam pro re laetitia, sed eo gratior quod inter adsiduas clades ac lacrimas unum
21 quantumcumque ex insperato gaudium adfulserat, cum eo ut appareret haud procul exitio fuisse Romanam classem ni cessatum a praefectis suarum nauium foret et Scipio in tempore subuenisset.

11 Per eosdem forte dies cum Laelius et Masinissa quinto decimo ferme die in Numidiam peruenissent, Maesulii, regnum paternum Masinissae, laeti ut ad regem diu desi-
2 deratum concessere. Syphax pulsis inde praefectis praesidiisque suis uetere se continebat regno, neutiquam quieturus.
3 Stimulabat aegrum amore uxor socerque, et ita uiris equisque abundabat ut subiectae oculis regni per multos florentis annos uires etiam minus barbaro atque impotenti animo
4 spiritus possent facere. Igitur omnibus qui bello apti erant in unum coactis equos arma tela diuidit; equites in turmas,

19 quidem π*NHVθ*, *mire: seclusimus, quamquam causa additamenti non apparet*: tandem *Madv.*, *bene*: ibi quidem *Zingerle*: *scripsit* ⟨primi⟩ quidem ordinis pontes *M. Mueller*: *alia alii* 20 Sexaginta *H et sic uoluit P* (ex *pro* lx *scripto*): sex π^2*N.ald.Frob.*1.2, *unde* sedecim (*i.e.* se x) *coniecit Alschefski*: XL (*uel plene*) $A^8V\theta$ abstractae (-te *B*) π*N.ald.Frob.*1.2: tracte *HVθ*: abstrate *D* pro re π*Nθ*: prope *D*: pro *HV* sed π*NSp ut uid. HVθald.*: fuit et *Madv. Em. p.* 428, *non necess.* gratior $M^7SpA^8N^4$ *uel* N^2H *θ*: grauior π*N* (*ubi* -u- *iam ab* N^1 *uel* N^2 *notata erat*): gratior uictoria *V*: maior *ald.* adsiduas $P^4?CM^7$ *uel* $M^2ANHV\theta$ (ass- *hi quinque*): assidua (ads- *P*) π (*cf.* 27. 17. 12 *adn.*) unum PCA^8N^2H *Vθ*: num *MBD*: non *AN* (*cf.* 28. 25. 13): nunc $M^2(M^7?)$ ad- (*uel* af-)fulserat $M^x(?M^1)ANHV\theta$ *et* C^2 (afu-): adfulserant (adflux- *B*)π(afu- *C*)B^2 (*cf.* 27. 17. 4 *adn.*)

11 1 ferme $\pi^2HV\theta$: perme *P* Maesulii *Weissenb.*, *cf.* 29. 29. 10: massylii *Sigonius*: masaesuli (*uel* -ses-) π*N*(masaaes- *DN*)*θ* (*non ut in* §§ 8, 11) diu π*Nθald.Frob.*1.2: *om. SpHV*, *cf.* 27. 39. 12 *adn.* neutiquam *HJMed.* 1 *ald.Frob.*1.2: neuticam π*N*: ne utique *VK* 3 Stimulabat (tim- *B*: stib- *C*) πB^2*N.ald.*: stimulabant *Sp* $N^4HV\theta$*Frob.*2 florentis $C^2M^3Sp?HVK$: florentes A^8N^4J*.ald.*: flores π*N* minus π*NHK*: unius *V*: nimis *J* spiritus π*N* (sp̄c)*HV*: spem $A^x?\theta$ 4 coactis $C^4M^2(M^7?)ANHV\theta$: coacti π, *cf.* 27. 17. 12 *adn.* in turmas $M^2(M^7?)A^8N^2HV\theta$: interuias π*N*

pedites in cohortes, sicut quondam ab Romanis centurioni-
bus didicerat, distribuit. Exercitu haud minore quam 5
quem prius habuerat, ceterum omni prope nouo atque
incondito, ire ad hostes pergit. Et castris in propinquo 6
positis primo pauci equites ex tuto speculantes ab stationi-
bus progredi, dein iaculis summoti recurrere ad suos; inde
excursiones in uicem fieri et cum pulsos indignatio ac-
cenderet plures subire, quod inritamentum certaminum 7
equestrium est cum aut uincentibus spes aut pulsis ira
adgregat suos.

Ita tum a paucis proelio accenso omnem utrimque pos- 8
tremo equitatum certaminis studium effudit. Ac dum
sincerum equestre proelium erat, multitudo Masaesuliorum
ingentia agmina Syphace emittente sustineri uix poterat;
deinde ut pedes Romanus repentino per turmas suis uiam 9
dantes intercursu stabilem aciem fecit absterruitque effuse
inuehentem sese hostem, primo barbari segnius permittere
equos, dein stare ac prope turbari nouo genere pugnae, 10
postremo non pediti solum cedere sed ne equitem quidem
sustinere, peditis praesidio audentem. Iam signa quoque 11
legionum adpropinquabant. Tum uero Masaesulii non

4 in cohortes M^7(*sed* -tis)A^8N^2 *uel* N^4*HVθ* : cohortis (coor- *C*) π*N* 6 speculantes π^2(-te *D*)*NHVθ* : spectaculantes *P* (*cf.* 27. 20. 8 *adn.*) dein M^2(M^7?)B^2*HV*, *cf.* 29. 3. 9 : deinde *θ* : de π (in *om. cf.* 26. 13. 7 *adn.*) : inde *AN.ald.Frob.*1.2 7 uincentibus π *Nθald.Frob.*1.2 : uigentibus *Sp* (urg- *Rhen.*) *et sic* N^x (uicentibus *iam* N^2) : ingentibus (ingeren- *V*)*HV* 8 omnem π*Nθald.* : omnes *Sp?HVFrob.*2 utrimque π*NVθ Edd.* : utrum(-un- *Sp*)que *SpH* equitatum π*N.ald.* : equitum *Sp?HV* : exercitum *θ* effudit *Sp ut uid. HVθald.Frob.*1.2 : effundit π*N*, *uix recte* sincerum (cinc- *D*) π*N* (-re *AN*) : *om. HVθald.Frob.*1.2 Masaesuliorum π*NHJ*, *hic et* § 11 *recte*, *cf.* 29. 30. 10 *adn.* (-lorum *VK*) 9 suis uiam] uiam suis A^6 : suas uiam *CHVθald.Frob.*1.2, *fort. recte* : suam uiam *PM* : uiam suam *BDAN* 10 prope turbari *K.ald.Frob.*1.2 : propere turbari (-re *J*) A^8*J* : propere (prope *V*) turbati (-bat in *H*) π*NHV* : *temptauerunt* (*cum* prope *uel sine* prope) trepidare turbati *Koch*, pauere turbati *Luchs* 1879 (*non male*), retro ire turbati *Madv.* (*sed nondum retro ibant*) : *alia alii* 11 Masaesulii] *u.* § 8 : -uli π*NHVθ*

modo primum impetum sed ne conspectum quidem signorum atque armorum tulerunt; tantum seu memoria priorum cladium seu praesens terror ualuit.

12 Ibi Syphax dum obequitat hostium turmis si pudore, si
2 periculo suo fugam sistere posset, equo grauiter icto effusus opprimitur capiturque et uiuus, laetum ante omnes Masinis-
4 sae praebiturus spectaculum, ad Laelium pertrahitur. Caedes in eo proelio minor quam uictoria fuit quia equestri tantum-
5 modo proelio certatum fuerat: non plus quinque milia occisa, minus dimidium eius hominum captum est impetu in castra facto quo perculsa rege amisso multitudo se contulerat.

3 Cirta caput regni Syphacis erat; eoque ex fuga ingens
6 hominum se contulerat uis. Masinissa sibi quidem dicere nihil esse in praesentia pulchrius quam uictorem reciperatum

11 tulerunt *πN.ald.Frob.*1.2 : tulere *$HV\theta$* seu (memoria) *A^6* (*an A^v?*)*$HV\theta$* : eu *P* : eum *MB* : tunc *AN* : *om. CD* terror *P^4 $M^7A^8HV\theta$* : error *πN* (*cf. c.* 6. 1)

12 2 et uiuus *$C^4A^8N^1$ uel $N^2V\theta$* : et uisus *PC* : ut uisus *MBDAN* : *om. H spat. vi litt. relicto* pertrahitur *πN.ald.* : trahitur *V* : attrahitur (*uel* adt-) *$H\theta$Frob.*2 2–4 *Hinc cum Madvigio transtulimus* § 3 (Cirta . . . contulerat uis) *ut hae uoces ante* § 6 *stent* (*u.* § 3 *adn. infra*); *quippe huic loco* (*post* § 2) *illa aliena esse satis constat* (*cf. contra Luterbacher Phil. Rundschau* 1883, 594) 5 est *πN* : est et *$HV\theta$* 3 Cirta *C^2*(-tha)*$M^7A^8N?\theta$* : circa *πN?* eoque *P $M^2AN\theta$* : eo quae *MBD* : eo *C* : eo quod *H* Cirta . . . contulerat uis] *Hae uoces in marginem olim uidentur cecidisse ob repetitum* contulerat, *postea perperam post* pertrahitur (§ 2) *ob mentionem Syphacis inculcatae esse: ibi in archetypo Puteani* contulerat *in* contulit *mutatum est et uoces* ex fuga *et* se *omissae. Ordinem uocum ut in tali re aliter in alio codice contortum nos pro uirili parte restituimus* (*u. infra*). *Si quis Liuium eodem uerbo* contulerat *bis in locis tam propinquis uti noluisse opinatur, consulat* 6. 3. 7 *adn. et e.g. cc.* 25. 1 *et* 2; 33. 9 *et* 11; 33. 13 *et* 16 *al.* (*cf. etiam* 29. 30. 4 *adn.*) ex fuga] *hic scripsimus* : *ante* contulerat *$HV\theta$ald.Frob.*1.2, *post* contulerat *A^8 ut uid.* : *om. πN* (*add. ante* contulit *N^4*) hominum se contulerat uis *scripsimus* : hominum contulit uis (uis contulit *AN*) *πN* (*om.* se *πN*) : uis hominum (hominum uis *A^8ald.*) . . . contulerat *$A^8HV\theta$ald. Frob.*1.2, *qui omnes* (*cum N^2*) *praebent* se *ante* ingens 6 dicere] *hic πNHVθ* : *ante* sibi *ald.Frob.*1 2 reciperatum (*sed* -cup-) *πN Edd.* (*cf.* 29. 30. 7 *adn.*) : *om. $HV\theta$. Hinc usque ad* honorem (*c.* 15. 12) *folium* (213) *ab A scriptum periit: rescriptum est ab A^r*

tanto post interuallo patrium inuisere regnum, sed tam secundis quam aduersis rebus non dari spatium ad cessandum; si se Laelius cum equitatu uinctoque Syphace Cirtam 7
praecedere sinat, trepida omnia metu se oppressurum; Laelium cum peditibus subsequi modicis itineribus posse.
Adsentiente Laelio praegressus Cirtam euocari ad conlo- 8
quium principes Cirtensium iubet. Sed apud ignaros regis casus nec quae acta essent promendo nec minis nec suadendo ante ualuit quam rex uinctus in conspectum datus
est. Tum ad spectaculum tam foedum comploratio orta, et 9
partim pauore moenia sunt deserta, partim repentino consensu gratiam apud uictorem quaerentium patefactae portae.
Et Masinissa praesidio circa portas opportunaque moenium 10
dimisso ne cui fugae pateret exitus, ad regiam occupandam citato uadit equo.

Intranti uestibulum in ipso limine Sophoniba, uxor Sy- 11
phacis, filia Hasdrubalis Poeni, occurrit; et cum in medio agmine armatorum Masinissam insignem cum armis tum cetero habitu conspexisset, regem esse, id quod erat, rata
genibus aduoluta eius 'Omnia quidem ut possis' inquit 12

6 patrium inuisere (inuenisere *M*) πM^1*N.ald.* : inuisere receptum patrium *HVθFrob.*2 (*de deprauationibus Spirensianis cf.* 29. 12. 5 *adn.*)   tam secundis π^1 *uel* $\pi^2$$C^4$(*om.* tam *C*)*HVθ* : tamen ¦ cundis *P*   dari spatium $A^8$$N^4$*HVθ* : au (haut *C* : aut B^2 : *del.* M^2) spatium (spici- A^r*N*) π*N*   7 uinctoque A^x (*linea super* uic- *postea erasa*) *Gronouium anticipans* : uictoque π*Nθ Edd. ante Gron.* : dictoque *HV* (duc-)   subsequi *PC*$A^8$$N^4$ *uel* N^2*HVθ* : sub *MBD*A^r*N*   8 euocari *HVθald.Frob.*1.2 : eo uocari π*N*   regis $C^4$$A^r$*NHVθ* : regi π (-ii M^2)   est *HVθFrob.*2 : esset π*N.ald.*, *fort. nimis rhetorice* (*u. sis Hale and Buck Lat. Gr.* 507. 4)   10 Et π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. HVθ*   cui π*NHVθ* : qui *Wesenberg*   11 Intranti π*NSp ut uid. θald.* : intrantibus *HV*   uestibulum C^2?M^2π*Sp ut uid.* A^6?*H*(estib-)*θald.* : uestibulo π*N*, *sed add.* uestibuli *ante* limine A^r*N.ald.* (*om.* in ipso A^r : *add.* A^5) : *del.* N^4 (uestibuli *retento*)   Sophoniba π^2*N et sic* π*N in* § 22 *et c.* 15. 4 *et* 6 : sophonibusa *hic P*, *sed* -ibus- *ex* -ib- *perperam uelut* ib' *intellecto ortum est*: sophonia *C* (*sed recte infra*) : sophoni sua *H* : sophonisba *Vθald Frob.* 1.2 *et sic* (*cum H*) *infra*, *sed cf. Appian. Pun.* 27 *sq. et Cass. Dio* 17 *frgm.* 57. 51 *et C.I.L.* XIV. 3948   12 possis A^8*HVθ* : posses π *N.ald.Frob.*1.2, *quorum testimonium sequi malit Johnson*   inquit] *hic* $C^4$$A^8$$N^4$*HVθ* : *post* quidem *ald.Frob.*1.2 : *om.* π*N*

'in nobis di dederunt uirtusque et felicitas tua; sed si capti-
uae apud dominum uitae necisque suae uocem supplicem
13 mittere licet, si genua, si uictricem attingere dextram, precor
quaesoque per maiestatem regiam, in qua paulo ante nos
quoque fuimus, per gentis Numidarum nomen, quod tibi cum
Syphace commune fuit, per huiusce regiae deos, qui te melio-
ribus ominibus accipiant quam Syphacem hinc miserunt,
14 hanc ueniam supplici des ut ipse quodcumque fert animus
de captiua tua statuas neque me in cuiusquam Romani
15 superbum et crudele arbitrium uenire sinas. Si nihil aliud
quam Syphacis uxor fuissem, tamen Numidae atque in
eadem mecum Africa geniti quam alienigenae et externi
16 fidem experiri mallem: quid Carthaginiensi ab Romano,
quid filiae Hasdrubalis timendum sit uides. Si nulla re alia
potes, morte me ut uindices ab Romanorum arbitrio oro
17 obtestorque.' Forma erat insignis et florentissima aetas.
Itaque cum modo ⟨genua modo⟩ dextram amplectens in id
ne cui Romano traderetur fidem exposceret propiusque
18 blanditias iam oratio esset quam preces, non in miseri-
cordiam modo prolapsus est animus uictoris, sed, ut est
genus Numidarum in uenerem praeceps, amore captiuae
uictor captus. Data dextra in id quod petebatur obligandae
19 fidei in regiam concedit. Institit deinde reputare secum

12 in nobis π*N*: in nos A^8N^4 *ut s. l. HVθald.Frob.*1.2 di (dii $CM^5B^2A^rNV\theta$, *cf.* 28. 28. 11) dederunt $\pi^2NV\theta$: di|derunt *P*: dede-runt *D*: diuiderunt *H* 13 per (gentis) π*N*: perque *HVθald. Frob.*1.2 ominibus $\pi^2M^1A^{r1}?N\theta$ (hom- *MH*): omnibus PDA^rV 14 quodcumque π*N Edd.*: quicquid *HVθ* fert πB^2N: *om. B*: feret *Hθald.Frob.*1.2: ferret *V* tua N^4(*uel* N^2)*HVθ*: *om.* π*N.ald.Frob.*1.2 neque me π*N.ald.*: neque *Sp?Frob.*2: nec *θ*: ne *H*: *om. V* 16 uides π*Nθ Edd.*: uidebis *HV* (*post* Carthag. ab *om. D* romano . . . uindices ab *omnia*) ut π*Nθald.* (*sed* me morte ut A^rN*.ald.*): *om. Sp?Frob.*2: -t *HV* (*sed* mortem et) 17 modo genua modo *Gron.*: modo A^8? *ut s. l.* N^4*Hθald. Frob.*1.2: domo π*N*: demum C^4 iam A^8*HVθald.Frob.*1.2 (*sed ante* bland. *Edd.*): *om.* π: et A^rN 18–19 concedit. Institit deinde reputare $A^8N^4HV\theta$ *Edd.*: concedit | re *P*, *linea xx litt. omissa, cf.* 26. 51. 8 *adn.*: con- (cum- M^2B^2D)cum- (com- *MB*: con- *D*)uere (-bere *AN*: -beret *C*) π^2N

ipse quemadmodum promissi fidem praestaret. Quod cum
expedire non posset, ab amore temerarium atque impudens
mutuatur consilium ; nuptias in eum ipsum diem parari 20
repente iubet ne quid relinqueret integri aut Laelio aut ipsi
Scipioni consulendi uelut in captiuam quae Masinissae iam
nupta foret. Factis nuptiis superuenit Laelius et adeo non 21
dissimulauit improbare se factum ut primo etiam cum
Syphace et ceteris captiuis detractam eam ⟨lecto⟩ geniali
mittere ad Scipionem conatus sit. Victus deinde precibus 22
Masinissae orantis ut arbitrium utrius regum duorum fortunae accessio Sophoniba esset ad Scipionem reiceret, misso Syphace et captiuis ceteras urbes Numidiae quae praesidiis regiis tenebantur adiuuante Masinissa recipit.

Syphacem in castra adduci cum esset nuntiatum, omnis **13**
uelut ad spectaculum triumphi multitudo effusa est. Prae- 2
cedebat ipse uinctus; sequebatur grex nobilium Numidarum.
Tum quantum quisque plurimum poterat magnitudini Sy-
phacis famaeque gentis uictoriam suam augendo addebat:
illum esse regem cuius tantum maiestati duo potentissimi 3
in terris tribuerint populi Romanus Carthaginiensisque ut
Scipio imperator suus ad amicitiam eius petendam relicta 4
prouincia Hispania exercituque duabus quinqueremibus in

19 expedire] -re $\pi M^1 N\theta$: -ret *M* : -ri *HV* mutuatur πN *H* (mult-)*V* *Edd.* : mutuaturum *J* : imitatur *K* 20 relinqueret integri π*Nald.Frob.*1.2 : relinqueretur (-ret $HV\theta$) integrum $SpHV\theta$ ipsi πM^2 *Edd.* : ipse *M* : *om.* $NHV\theta$ 21 improbare se *Gron.* : improbare $A^8 N^2 HV\theta$ *Edd. ante Gron.* : improearese *P* : im- (in- *D*)probe (-proue P^2BD) a (-na *D*) rege $\pi^2 N$ lecto *add. hic Madv.* (*post* geniali *Otto*) : *ignorant* $\pi NHV\theta$: thoro *ald.Frob.*1.2
22 ut $\pi NV\theta$*ald.Frob.*1.2 : ad *SpH*, *et sic* N^x *qui ante* ad *add. siglum* (ꞇ (*i.e.* '*uel*' ?) *quo nunquam utitur* N^4 utrius π*Sp ut uid.* $A^8 N^4 V\theta$: *om.* $A^r N$: utrumuis *H* Sophoniba] *u.* § 11 regiis $\pi^2 N\theta$ (*post* tenebantur *K*) : regis $CA^r HV$ recipit $\pi B^2 NSpH\theta$ *Frob.*2 (*cf.* 27. 5. 9 *adn.*) : recepit *B.ald.*
13 2 poterat π*N.ald.* : posset $SpV\theta$*Frob.*2 : posse *H* magnitudini] -ni $AN\theta$ *Edd.* : -ne π : -nis *HV* famaeque $SpA^8 HV\theta$ *Frob.*2 : famae πN, *fort. recte* (*sed cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*)) 3 Romanus (*sed* R.) $\pi A^8 N^2$ *uel* $N^r HV\theta$: *om.* $BA^r N$

5 Africam nauigauerit, Hasdrubal Poenorum imperator non
ipse modo ad eum in regnum uenerit sed etiam filiam ei
nuptum dederit. habuisse eum uno tempore in potestate
6 duos imperatores, Poenum Romanumque. sicut ab dis
immortalibus pars utraque hostiis mactandis pacem petisset,
7 ita ab eo utrimque pariter amicitiam petitam. iam tantas
habuisse opes ut Masinissam regno pulsum eo redegerit ut
uita eius fama mortis et latebris ferarum modo in siluis
rapto uiuentis tegeretur.

8 His sermonibus circumstantium celebratus rex in prae-
torium ad Scipionem est perductus. Mouit et Scipionem
cum fortuna pristina uiri praesenti fortunae conlata, tum
recordatio hospitii dextraeque datae et foederis publice ac
9 priuatim iuncti. Eadem haec et Syphaci animum dederunt
in adloquendo uictore. Nam cum Scipio quid sibi uoluisset
quaereret qui non societatem solum abnuisset Romanam
10 sed ultro bellum intulisset, tum ille peccasse quidem sese
atque insanisse fatebatur, sed non tum demum cum arma
aduersus populum Romanum cepisset; exitum sui furoris eum
11 fuisse, non principium; tum se insanisse, tum hospitia priuata
et publica foedera omnia ex animo eiecisse cum Cartha-
12 giniensem matronam domum acceperit. illis nuptialibus
facibus regiam conflagrasse suam; illam furiam pestemque

4 nauigauerit *PCVϑ* : nauigarit $MBDA^rN$ 5 habuisse eum $CM^2A^rNV\theta$: habuisse cum π uno tempore π*N.ald.* : tempore uno *HVθFrob.*2 (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) 6 dis *P*, *cf.* 28. 28. 11 *adn.* 7 eo redegerit $A^8N^4HV\theta$ *Edd.* : fere (-rre A^r) degerit (relegerit CM^2) π*N* 8 perductus $\pi B^2NSp?HV\theta$*Frob.*2 : productus *ald.* : *om. B* (*qui et* est *om.* : *add.* B^2) cum π*NHJFrob.*2 : tum A^rNVK*.ald.* 9 haec π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. HVθ* et π^2 *ut uid.* (*sed fort.* est et P^2 : *postea del.* est P^5) *NVθ* : est *P* : *om. D* : ex *H* uictore *SpHVθFrob.*2 : uictorem πA^8N (uiat- A^r) 10 non tum π^2N : nondum *P* : tum N^r*ald.Frob.*1 2 : tunc $A^8HV\theta$ cepisset *PCSpHVθFrob.*2 : recepisset *MBDAN.ald.* sui π*NH Edd.* : *om.* $A^rV\theta$ eum $A^8H\theta$: cum *V* : *om.* π*N.ald. Frob.*1.2 11 tum (se) *Med.* 3, *Crevier* : tunc π*NHVθald.Frob.*1.2 insanisse A^6(*sic uoluit sed* insanisisse *dat*)$N^2HV\theta$: inuasisse π*N* tum . . . eiecisse π*N* (tum *in* cum *mutauit* N^2) : cum . . . eiecisset A^6? *et* $A^xHV\theta$ *Edd. ante Gron.* 12 conflagrasse (-sem *P*, *cf.* 26. 40. 11 *adn.*) π^3 *uel* $\pi^2NHV\theta$

omnibus delenimentis animum suum auertisse atque alienasse, nec conquiesse donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma aduersus hospitem atque amicum induerit. perdito 13
tamen atque adflicto sibi hoc in miseriis solatii esse quod in omnium hominum inimicissimi sibi domum ac penates eandem pestem ac furiam transisse uideat. neque prudentio- 14
rem neque constantiorem Masinissam quam Syphacem esse, etiam iuuenta incautiorem; certe stultius illum atque intemperantius eam quam se duxisse.

Haec non hostili modo odio sed amoris etiam stimulis **14**
amatam apud aemulum cernens cum dixisset, non mediocri cura Scipionis animum pepulit; et fidem criminibus raptae 2
prope inter arma nuptiae neque consulto neque exspectato Laelio faciebant tamque praeceps festinatio ut quo die captam hostem uidisset eodem matrimonio iunctam acciperet et ad penates hostis sui nuptiale sacrum conficeret. Et eo 3
foediora haec uidebantur Scipioni quod ipsum in Hispania iuuenem nullius forma pepulerat captiuae. Haec secum uolutanti Laelius ac Masinissa superuenerunt. Quos cum

12 alienasse *CMDA*^{r}*NHV*(al. atque au. *V*)θ : alinasse *PB* conquiesse *Med.* 1 : conquiescere π*N* : conquieuisse θ : quieuisse *ald. Frob.*1.2 : *om.* (*cum* nec) *HV* induerit *V*θ *Edd.* : induceret π *N* : induxerit *H* 13 hoc π*NHV*θ*ald.Frob.*1.2 : *om. Sp* inimicissimi *CA*^{8}*N*^{2} *et N*^{5}*HV*θ : inimicissimis is (*om.* is *B*) π(*A*$^{r?}$)*N* 14 neque prudentiorem π*N.ald.Frob.*1.2 : *om. SpHV*θ (*cf.* 28. 2. 16 *adn.*) etiam π*N* : iam ab *SpHV* : etiam ab *A*^{8}θ*ald.Frob.*1. 2 (inuenta *HJ*^{1} *ut s. l.*) illum atque intemperantius (-atius *A*^{r} *ald.*) π*A*^{x}*N ald.Frob.*1.2 : *om. SpHV*θ (*cf. supra et* 28. 2. 16 *adn.*)
14 1 Haec π*NSp*θ : hanc *N*^{x}*HV.ald.* modo odio π*N.ald. Frob.*1.2 : odio modo *SpHV*θ amoris π*N*θ*ald.* : a nouis *SpFrob.* 2 : a nobis *HV* amatam π*A*^{r1}*NSp*θ : armatam *A*^{r}*ald.* : amarit *H* : amat amarit *V* (*om.* apud *HV*) 2 raptae π*N* (*om.* prope *A*^{r}*N*) : facte (*uel* -ae) *A*^{8}*V*θ*ald.Frob.*1.2 : facere *H* inter arma *A*^{8}*N*^{4}*HV*θ *Edd.* : interamna *P* : integram nam π^{2}*N* captam hostem *Gron.* : captum (-um *A*^{r1} : -om *A*^{r}) hostem π*N* : captam (rapt- *V*) reginam *A*^{8} *ut s. l. N*^{4} *ut s. l. HV*θ *Edd. ante Gron.* iunctam (-tum *D*) π*N Edd.* : coniunctam *A*^{8}*N*^{2} *uel N*^{4} *ut s. l. HV*θ (con- *ex* confic- *fort. praesumpto*) 3 Et *SpHV*θ*Frob.*2 : *om.* π *N* : etiam *ald.* forma π*N Edd.* : *om. HV*θ (*sed* amor *post* captiuae *add. V*) uolutanti *CB*^{2}*SpH*θ*Frob.*2 : uoluntati π*V* : uoluenti *M*^{2}*A*^{r}*N.ald.* : uoluntnti *P*^{4} (*qui* uolutanti *fort. uoluit*)

pariter ambo et benigno uoltu excepisset et egregiis laudi-
4 bus frequenti praetorio celebrasset, abductum in secretum
Masinissam sic adloquitur: 'Aliqua te existimo, Masinissa,
intuentem in me bona et principio in Hispania ad iungendam
mecum amicitiam uenisse et postea in Africa te ipsum spes-
5 que omnes tuas in fidem meam commisisse. Atqui nulla
earum uirtus est propter quas tibi adpetendus uisus sim qua
ego aeque ac temperantia et continentia libidinum gloriatus
6 fuerim. Hanc te quoque ad ceteras tuas eximias uirtutes,
Masinissa, adiecisse uelim. Non est, non—mihi crede—tan-
tum ab hostibus armatis aetati nostrae periculi quantum ab
7 circumfusis undique uoluptatibus. Qui eas temperantia sua
frenauit ac domuit multo maius decus maioremque uictoriam
8 sibi peperit quam nos Syphace uicto habemus. Quae me
absente strenue ac fortiter fecisti libenter et commemoraui
et memini: cetera te ipsum reputare tecum quam me dicente
erubescere malo. Syphax populi Romani auspiciis uictus
9 captusque est. Itaque ipse coniunx regnum ager oppida
homines qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, praeda
10 populi Romani est; et regem coniugemque eius, etiamsi non
ciuis Carthaginiensis esset, etiamsi non patrem eius impera-

3 ambo et πN^4H (*cf.* 26. 13. 7 *adn.*): ambos et C^4*Sp ut uid.* *Vθ*: ambos *AN.ald.* 4 existimo] *hic* π*N.ald.Frob.*1.2: *post* Masinissa *HVθ*, *ordine fort. usitatiore* (*sed cf.* 27. 37. 5 *adn.*) et (postea) π*N* *Edd.*: *om.* *HVθ* tuas CM^1 *uel* M^2*HVθ* *Edd.*: tuas tu (te P^4 A^r) π*N* 5 tibi *HVθ et* (*sed post* adpetendus) *Sp ut uid. ald.*: sibi π: *om.* CA^rN sim qua (quam *V*) *Sp?HVθFrob.*2: in qua π*N* (*sed* sim *post* tibi CA^rN): sim in qua *ald.* ac πC^xN: atque *ald.Frob.*1.2: *om.* *HVθ* 6 Non est, non—mihi π: non est mihi *HVθ*: nam non est mihi *Med.* 3 *ald.Frob.*1.2: nam mihi non est A^rN (*cf.* 29. 3. 10 *adn.*) aetati P^2CA^xH*θ*: aetatis π*NV* nostrae P^4?CM^2(M^7?)A^rNHV*θ*: nostra *P*: nostram *MBD* periculi *Sp?*A^xHV*θFrob.*2: periculum π*N.ald.* 7 eas π*NVθ* *Edd.*: e *Sp*: ea *DH* sua] *hic* π*NSpHVθ*: *post* eas *ald.Frob.*1.2 multo π*N ald.Frob.*1.2: ut multo *SpHVθ* peperit π*Nθ* *Edd.*: ceperit *Sp*(coep-)*HV* 8 tecum] *hic* π*N.ald.Frob.*1.2: *ante* reputare *HVθ* (*cf.* § 4 *et* 27. 37. 5 *adn.*). 9 coniunx π*θFrob.*2: coniux *BNHV.ald.* ager P^4?A^xN^1*Sp?Hθ**Frob.*2: agere PCB^1: aggere *MBD*A^r(-ra)*N*: agri $\breve{C}^xA^6$*ald.* 10 et (regem) π*N* *Edd.*: *om.* *HVθ*

torem hostium uideremus, Romam oporteret mitti, ac senatus
populique Romani de ea iudicium atque arbitrium esse quae
regem socium nobis alienasse atque in arma egisse praecipi-
tem dicatur. Vince animum; caue deformes multa bona 11
uno uitio et tot meritorum gratiam maiore culpa quam causa
culpae est corrumpas.'

Masinissae haec audienti non rubor solum suffusus sed **15**
lacrimae etiam obortae; et cum se quidem in potestate
futurum imperatoris dixisset orassetque eum ut quantum res
sineret fidei suae temere obstrictae consuleret—promisisse 2
enim se in nullius potestatem eam traditurum—ex praetorio
in tabernaculum suum confusus concessit. Ibi arbitris 3
remotis cum crebro suspiritu et gemitu, quod facile ab cir-
cumstantibus tabernaculum exaudiri posset, aliquantum
temporis consumpsisset, ingenti ad postremum edito gemitu 4
fidum e seruis unum uocat, sub cuius custodia regio more ad
incerta fortunae uenenum erat, et mixtum in poculo ferre ad
Sophonibam iubet ac simul nuntiare Masinissam libenter 5
primam ei fidem praestaturum fuisse quam uir uxori debuerit:
quoniam eius arbitrium qui possint adimant, secundam fidem
praestare ne uiua in potestatem Romanorum ueniat. memor 6

10 egisse (aeg- *MB*) π*HVθ* : coegisse A^{r}*N.ald.Frob.*1.2
11 caue π*NHVJFrob.*2 : caue ne *K.ald.*, *et post* deformes *add.* ne N^{5} (*longe alia manus ac* N^{4}) gratiam *M uel* $M^{1}A^{r}$*θ Edd.* : gratia π NH^{1}(causa gratia *H*)*V* (*iterum* gratia *ante* causa *add. V* : *corr.* V^{1}) : gratia et N^{5} (*non* N^{4}) culpae est π^{2}*NHθ Edd.* : culpa est *PV*
15 2 enim se π*NK* : enim sese *V.ald.Frob.*1.2 : sese enim *H* : eum sese *J* 3 crebro (-ros *P*) suspiritu (subs- *D*) π^{1}*N et* N^{3} : crebroso spiritu N^{2} : crebro spiritu (sinu *V*) *HV* : crebro suspirio $P^{4}C$ $M^{7}A^{6}$(crebo)*θald.Frob.*1.2 quod π*Sp?HVθFrob.*2 : quo $A^{r}N$ *Aldus* ab π (*cf. c.* 9. 11) : a A^{r}*NHVθald.Frob.*1.2 4 unum uocat *Johnson* : uocat *PCMHV* : uo *BD* : uno accito A^{r}*Nθald.Frob.* 1.2 (*cum* fido *supra omnes*) : *coniecit* fidissimum *pro* fidum *Weissenb.* custodia regio more N^{4}*HVθ Edd.* : regio more *PC* : regio fide more *MBD*A^{r}(fide reg. m.)*N* et π : ei N^{4} *uel* N^{x}(*uix* N^{2})*H θald.Frob.*1.2 : eum *V* : *om.* M^{2}(M^{7}?)$A^{r}N$ Sophonibam] *u. c.* 12. 11 *adn.* 5 quam uir πNK^{1} : quamuis (!) *HK* : quam uix *M VJ* : quam M^{2} eius (ei *H*) arbitrium π*NHVθ* : arbitrium eius A^{r}*ald.Frob.*1.2 secundam $M^{2}A^{r}$*NHθ* : secundum π*V*

patris imperatoris patriaeque et duorum regum quibus nupta
fuisset, sibi ipsa consuleret.
Hunc nuntium ac simul uenenum ferens minister cum
7 ad Sophonibam uenisset, 'Accipio' inquit 'nuptiale munus,
neque ingratum, si nihil maius uir uxori praestare potuit.
Hoc tamen nuntia, melius me morituram fuisse si non in
8 funere meo nupsissem.' Non locuta est ferocius quam
acceptum poculum nullo trepidationis signo dato impauide
9 hausit. Quod ubi nuntiatum est Scipioni, ne quid aeger
animi ferox iuuenis grauius consuleret accitum eum extemplo
10 nunc solatur, nunc quod temeritatem temeritate alia luerit
tristioremque rem quam necesse fuerit fecerit leniter castigat.
11 Postero die ut a praesenti motu auerteret animum eius, in
tribunal escendit et contionem aduocari iussit. Ibi Masi-
nissam, primum regem appellatum eximiisque ornatum
laudibus, aurea corona aurea patera sella curuli et scipione
12 eburneo toga picta et palmata tunica donat. Addit uerbis
honorem: neque magnificentius quicquam triumpho apud
Romanos neque triumphantibus ampliorem eo ornatum esse
quo unum omnium externorum dignum Masinissam populus
13 Romanus ducat. Laelium deinde et ipsum conlaudatum
aurea corona donat; et alii militares uiri, prout a quoque
14 nauata opera erat, donati. His honoribus mollitus regis
animus erectusque in spem propinquam sublato Syphace
omnis Numidiae potiundae.

6 Sophonibam] *u. c.* 12. 11 *adn.* 7 neque π*N.ald.* (*sc. usu Ciceroniano in oratione retento*): nec *Sp?HVθFrob.*2 si π$A^{6}N^{1}$*HVθ*: *om.* $A^{r}N$ 9 animi π(A^{r} *et* A^{v})*N*: animo $C^{2}A^{8}$*HVθald. Frob.*1.2: animus *?C* 10 temeritate πA^{8}*Nθald.Frob.*1.2: *om.* A^{r}*SpHV* 11 escendit] esc- *PCB*: asc- $MB^{2}DA^{r}N\theta$, *cf.* 27. 5. 8: exc- *H*: acc- *V* eburneo $P^{4}A^{r}HV\theta$ (*et sic in* 27. 4. 8 π): eburno π*N* (*sed post* curuli *add.* eburnea *ald.*, alia eburnea $A^{r}N$, *ignorant* π*SpHVθFrob.*2) 12 triumphantibus] -tibus π(A^{r} *et* A^{5})*N.ald. Frob.*1.2: -tis *Sp*A^{8}*HV* (*cf.* 27. 2. 8 *adn.*): -ti *θ* ornatum M^{1} *uel* $M^{2}V\theta$: ornatu π*NH.ald.Frob.*1.2 unum *KFrob.*1.2: uno π*NVJ ald.*: *om. H* 14 mollitus N^{4}*?HVθ Edd.*: mollitur π*N* erectusque $C^{2}M^{1}$ *ut s. l.* A^{v}*?HK*: ereptusque π*J*: erectus *AN*

Scipio C. Laelio cum Syphace aliisque captiuis Romam 16
misso, cum quibus et Masinissae legati profecti sunt, ipse ad
Tyneta rursus castra refert et quae munimenta incohauerat
permunit. Carthaginienses non breui solum sed prope uano 2
gaudio ab satis prospera in praesens oppugnatione classis
perfusi, post famam capti Syphacis in quo plus prope quam
in Hasdrubale atque exercitu suo spei reposuerant perculsi,
iam nullo auctore belli ultra audito oratores ad pacem 3
petendam mittunt triginta seniorum principes; id erat
sanctius apud illos consilium maximaque ad ipsum senatum
regendum uis. Qui ubi in castra Romana et in praetorium 4
peruenerunt more adulantium—accepto, credo, ritu ex ea
regione ex qua oriundi erant—procubuerunt. Conueniens 5
oratio tam humili adulationi fuit non culpam purgantium sed
transferentium initium culpae in Hannibalem potentiaeque
eius fautores. Veniam ciuitati petebant ciuium temeritate 6
bis iam euersae, incolumi futurae iterum hostium bene-
ficio; imperium ex uictis hostibus populum Romanum, 7
non perniciem petere; paratis oboedienter seruire imperaret
quae uellet.

Scipio et uenisse ea spe in Africam se ait, et spem suam 8

16 1 C. *πN.ald.Frob.*1.2 : *om. SpA*^{r}*HVθ*. *Hic desinunt Rhenani de Sp adnotationes* Masinissae] -ssae $P^4CM^2A^8N^1HV\theta$: -ssa *πN* Tyneta (tin- *BDH*) *πNHV* (tun-), *cf. c.* 9. 10 (*sed* -tem *in c.* 36. 6, 7 *et* 9) : finectem *θ* permunit *πN*: permuniit (-iuit *J*) *Vθald.Frob.*1.2 (-nire *H*) 2 oppugnatione C^xA (obp-)*NHVθ* : oppugnationes πM^1, *cf.* 26. 40. 14 *adn.* : oppugnation *M* (*et add.* -es *pleniore cal.* M^1, *cf.* 27. 2. 10 *adn.*) exercitu *πN ald.Frob.*1.2 : in exercitu *Hθ* reposuerant *ANHVθ Edd.* : reposuerunt *π* (*cf.* 27. 6. 2 *adn.*) 3 consilium] cons- *πNH Edd.* : conc- *Vθ* (*cf.* 27. 35. 4) uis $PA^8HV\theta$: missi π^2N 4 praetorium $P^4C^2M^2ANHV\theta$: praetoriam *π* 5 adulationi] -ni P^2 *ut uid.* $C^2M^2HV\theta$*ald.* : -nis *P* (*cf.* 26. 40. 14) : -nem *MBD* : -ne *CAN* (adorationi *Frob.*1.2) potentiaeque (pet- *PM* : pat- π^2) $C^2M^1B^2A^8H\theta$: inpatientiaeque *AN* : impotentiaeque *ald.Frob.*1.2
6 iam euersae $C^4HV\theta$: iamteuersae *π* : iam uersae *C* : iam ante euersae *AN*(*sed* uerse *AN* : eu- N^4?)*ald.Frob.*1.2 iterum $\pi^2NHV\theta$: terum *P* 7 imperaret] *hic* $\pi NHVJ^1$(-atorumque *J*)*K* : *post* uellet *AN.ald.Frob.*1.2 (*cf.* 29. 3. 10 *adn.*)

prospero belli euentu auctam, uictoriam se non pacem
9 domum reportaturum esse; tamen cum uictoriam prope in
manibus habeat, pacem non abnuere, ut omnes gentes sciant
10 populum Romanum et suscipere iuste bella et finire. leges
pacis se has dicere: captiuos et perfugas et fugitiuos resti-
tuant; exercitus ex Italia et Gallia deducant; Hispania
abstineant; insulis omnibus quae inter Italiam atque Africam
11 sint decedant; naues longas praeter uiginti omnes tradant,
12 tritici quingenta, hordei trecenta milia modium. —Pecuniae
summam quantam imperauerit parum conuenit; alibi quin-
que milia talentum, alibi quinque milia pondo argenti, alibi
13 duplex stipendium militibus imperatum inuenio.—'His
condicionibus' inquit 'placeatne pax triduum ad consultan-
dum dabitur. Si placuerit, mecum indutias facite, Romam
14 ad senatum mittite legatos.' Ita dimissi Carthaginienses
nullas recusandas condiciones pacis cum censuissent quippe
qui moram temporis quaererent dum Hannibal in Africam
15 traiceret, legatos alios ad Scipionem ut indutias facerent,
alios Romam ad pacem petendam mittunt ducentes paucos
in speciem captiuos perfugasque et fugitiuos quo impetra-
bilior pax esset.

17 Multis ante diebus Laelius cum Syphace primoribusque Numidarum captiuis Romam uenit quaeque in Africa gesta essent omnia ordine exposuit patribus ingenti hominum et

8 euentu $\pi^{4}M^{1}$ *uel MNHVθ*: euentum *PM?* 10 fugitiuos $P^{4}CM^{2}(M^{7}?)B^{2}$*ANHVθFrob.*2: fugitius *P*: fugitibus π^{2}: *om.* (*cum* et) *ald.* atque (Afr.) *πHVJ*: et *ANK.ald.Frob.*1.2 sint *πHθ*: sunt *AN.ald.Frob.*1.2: essent *V* 11 uiginti (*sed* xx) *πNHVθ*: xxx *Sigonius ex Eutrop.* 3. 21, *fort. recte* 12 *post* conuenit *om.* alibi . . . talentum *DHVθ*: *praebent* πNJ^{1} pondo $\pi NVJ^{1}K$: primo *HJ* (D mil. pondo *pro* v mil. pondo *coni. Weissenb. ex Eutrop.* 3. 21, *fort. recte*) 13 placeatne *πHVθ Edd.*: si placeat (-eant *AN*) $A^{x}N^{2}$ indutias (-tiis *N*: -tias N^{1}) facite *ANHVθ Edd.*: indutis (-tiis $C^{4}B^{2}$) facile *π* (*sed* ind. Romam fac. *D*) 14 condiciones] -nes *CANHVθ*: -nis *PMD*: -ñ *B* 15 ducentes] -tes $P^{4}B^{2}$*ANHθ*: -tis *π*: -tos *V* quo πN^{2}*HVθ*: *om. AN*: ut A^{6}

17 1 omnia *πN.ald.Frob.*1.2: *om. HVθ* ordine] *hic πHVθ*: *post* exposuit *AN.ald.Frob.*1.2: *ante* omnia *C*

in praesens laetitia et in futurum spe. Consulti inde patres 2
regem in custodiam Albam mittendum censuerunt, Laelium
retinendum donec legati Carthaginienses uenirent. Suppli- 3
catio in quadriduum decreta est. P. Aelius praetor senatu
misso et contione inde aduocata cum C. Laelio in rostra
escendit. Ibi uero audientes fusos Carthaginiensium exer- 4
citus, deuictum et captum ingentis nominis regem, Numidiam
omnem egregia uictoria peragratam, tacitum continere gau- 5
dium non poterant quin clamoribus quibusque aliis multitu-
do solet laetitiam immodicam significarent. Itaque praetor 6
extemplo edixit uti aeditui aedes sacras omnes tota urbe
aperirent, circumeundi salutandique deos agendique grates
per totum diem populo potestas fieret.

Postero die legatos Masinissae in senatum introduxit. 7
Gratulati primum senatui sunt quod P. Scipio prospere res
in Africa gessisset; deinde gratias egerunt quod Masinissam 8
non appellasset modo regem sed fecisset restituendo in
paternum regnum, in quo post Syphacem sublatum si ita
patribus uisum esset sine metu et certamine esset regnatu-
rus, dein conlaudatum pro contione amplissimis decorasset 9
donis, quibus ne indignus esset et dedisse operam Masinissam
et porro daturum esse. petere ut regium nomen ceteraque 10
Scipionis beneficia et munera senatus decreto confirmaret;

3 C. Laelio (*uel* lel-) *Hθald.Frob.*1.2 : l. caelio π : l. cecilio *AN* : cn. lelio *V* escendit π*NH* (asc- $A^{6}N^{7}K$: absc- *J* : consc- *V*), *cf.* 27. 5. 8 *adn.* 6 uti π*N.ald.Frob.*1.2 : ut $A^{x}HV\theta$ ae-(*uel* e-)ditui π*Nθ* : editus *HV* (adi-) omnes *HVθald.Frob.*1.2 : *om.* π*N* 7 introduxit π*N.ald.Frob.*1.2 : perduxit *K* : produxit (in senatu p.) *HVJ* res] *hic* π*N.ald.Frob.*1.2 : *ante* prospere *HVθ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* 9 dein π*N* : deinde *HVθ*(*cf.* 29. 3. 9 *adn.*) *ald.Frob.*1.2 conlaudatum (*uel* coll-) π*H.ald.Frob.*1.2 : quod (cum *AN*) laudatum $A^{8}NHV\theta$ *ab* donis *usque ad* dedisse *omnia om.* π*N*, *ii lineis* (*xxxv litt.*) *omissis*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* : *supplent* $A^{8}N^{4}HV\theta$*ald.Frob.*1.2 operam $\pi A^{8}N^{4}HV\theta$: operibus *AN* porro daturum (duct- *M* : dut- *BD*) $\pi A^{8}N^{4}HV\theta$: proredituro *AN* esse π*Nθald.Frob.*1.2 : esse et N^{4} : et *HV* : *malimus* esse *deletum*, *cf.* 27. 38. 5 *adn.* 10 ceteraque π*N.ald.Frob.*1.2 : et cetera *HVθ*

11 et, nisi molestum esset, illud quoque petere Masinissam, ut Numidas captiuos qui Romae in custodia essent remitterent;
12 id sibi amplum apud populares futurum esse. Ad ea responsum legatis rerum gestarum prospere in Africa communem sibi cum rege gratulationem esse; Scipionem recte atque ordine uideri fecisse quod eum regem appellauerit, et quicquid aliud fecerit quod cordi foret Masinissae id patres
13 comprobare ac laudare. Munera quoque quae legati ferrent regi decreuerunt, sagula purpurea duo cum fibulis aureis singulis et lato clauo tunicis, equos duo phaleratos, bina equestria arma cum loricis, et tabernacula militaremque
14 supellectilem qualem praeberi consuli mos esset. Haec regi praetor mittere iussus: legatis in singulos dona ne minus quinum milium, comitibus eorum ⟨singulorum⟩ milium aeris, et uestimenta bina legatis, singula comitibus Numidisque, qui ex custodia emissi redderentur regi; ad hoc aedes liberae loca lautia legatis decreta.

18 Eadem aestate qua haec decreta Romae et in Africa gesta sunt P. Quinctilius Varus praetor et M. Cornelius proconsul

11 et *BDANHVθ*: et ad *PCM* (ad *ex* § 12 *init. fort. praesumpto*): et ad h' C^2 id (sibi) *PCA*^{v}*Hθ Edd.*: his *MBDAN* apud *πN.ald.Frob.*1.2: ad *HVθ* 12 Ad ea *πNHEdd.*: ad hec *VK*: ad hec legata *J* prospere] *hic πHVθ*: *post* Africa *AN.ald.Frob.* 1.2 (*cf.* 29. 3. 10 *adn.*) appellauerit . . . fecerit (feceri *M*: *add.* -t M^2 *uel* M^7) *πN.ald.*: appellauisset . . . fecisset *HVθFrob.*2 cordi *πN*: honori A^8*HVθald.Frob.*1.2 id *C*, *Alschefskium confirmans*: ea C^2M^2*ald.Frob.*1.2: eis *PMB* (*sc.* e- *ex uoce praec. et* is *pro* id): ei *DAN*: eaque *H*(ad res *pro* patres)*θ*: et *V*, *Crevier*: *del. Madv.* 13 quoque A^v?*HVθ*: *om. πN.ald.Frob.*1.2 aureis A^8N^r(*uix* N^4)*HVθ Edd.*: *om. πN* tunicis *πNHVθ*: tunicas *Weissenb. olim*, *probante Madv.* equos duo *πN*: equos duos *C AHVθ*, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* praeberi *πN Edd.*: praebere *HVθ* (*cf.* 27. 4. 13 *adn.*) esset *πθ*: est *ANHVθald.Frob.*1.2 14 regi praetor mittere *πN Edd.*: mittere praetor regi *HVθ* (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) ⟨singulorum⟩ milium aeris (*sc.* 'dona') *scripsi*: milium (*uel* -ll-) aeris *π*: milli eris *AN*: mille aeris (*uel* eris) A^v *uel* A^6*ald.*: milibus (*uel* -ll-) aeris (*uel* eris) N^4*HVθFrob.*2, *mire* liberae A^6?*HVθ* (-re): liberas *πN*: libera *ald.Frob.*1.2 (*cum* loca *coniunctum*) loca lautia *πN.ald.Frob.*1.2, *cf.* 28. 39. 19 *et* 35. 23. 11: loca lautie (laucitie *uel* -tic- *θ*) *Hθ*: localia uitia *D*: locata *V*

18 1 Quinctilius] quint- *πNHVθ* (*cf. c.* 1. 9) *et sic in* §§ 3 *et* 5 (*sed in* § 3 -illus *P*: -ilius MB^2*DA*(-ll-)*N*)

in agro Insubrum Gallorum cum Magone Poeno signis con-
latis pugnarunt. Praetoris legiones in prima acie fuerunt: 2
Cornelius suas in subsidiis tenuit, ipse ad prima signa equo
aduectus; proque duobus cornibus praetor ac proconsul
milites ad inferenda in hostes signa summa ui hortabantur.
Postquam nihil commouebant, tum Quinctilius Cornelio: 3
'Lentior, ut uides, fit pugna, et induratur praeter spem resis-
tendo hostium timor, ac ne uertat in audaciam periculum est.
Equestrem procellam excitemus oportet si turbare ac statu 4
mouere uolumus. Itaque uel tu ad prima signa proelium
sustine, ego inducam in pugnam equites; uel ego hic in
prima acie rem geram, tu quattuor legionum equites in
hostem emitte.' Vtram uellet praetor muneris partem pro- 5
consule accipiente, Quinctilius praetor cum filio, cui Marco
praenomen erat, impigro iuuene, ad equites pergit iussosque
escendere in equos repente in hostem emittit. Tumultum 6
equestrem auxit clamor ab legionibus additus, nec stetisset
hostium acies ni Mago ad primum equitum motum paratos
elephantos extemplo in proelium induxisset; ad quorum stri- 7
dorem odoremque et adspectum territi equi uanum equestre
auxilium fecerunt. Et ut rem† permixtus, ubi cuspide uti et

1 conlatis] -is π^2*NHVθ* : -os *P* 2 equo $P^4C^2M^1B^xA^8HV\theta$: et quot (*uel* quod) π*N* 3 Quinctilius] *u.* § 1 induratur *Lov.* 2, *probante Madvigio* : induratus π*NHVθald.Frob.*1.2 timor] *hic* π*N Edd.* : *ante* hostium *HVθ* (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) ac π*NHθ* : at *V* : *seclusit Gron.*, induratus *retinens* (*tali conloquio minus apte*) uertat π*HVθFrob.*2 : uertatur *AN.ald.* 4 mouere $P^4M^2HV\theta$*ald.Frob.*1.2 : moueri π*N* (*cf.* 27. 4. 13 *adn.*) : mouere hostem A^6 uolumus] *hic* π*HVθ* : *ante* turbare *AN* (*cf.* 29. 3. 10 *adn.*) 5 escendere *PC* (asc- *ceteri*, *cf. c.* 17. 3 *et* 27. 5. 8 *adn.*) emittit π*N Edd.* : mittit *H*(-ct-)*Vθ* 6 acies ni P^2(*sic uoluit, sed* acies i *praebet*)$CMB^2ANHV\theta$: aciemeni *P* : acies in *BD* extemplo $P^4CM^2(M^7?)B^2ANHV$(-imp-)*θ* : ex pr̓ templo π (pr *ex* proelium *praesumpto*) : templo B^1 7 rem† permixtus (-itus *N*) πN^x : e . . . mitus *stat ab A scriptum* (*ceteris erasis*) : permixtus A^8HVJ(-istus)*Frob.*2 (*sed datiuus desideratur*) : in rem peritus J^1 *ut s. l. K* : in rem permistis *ald.* : intermixtus *Iac. Gron.* : inter permixtos *Madv. olim* : turmae (turbae *M. Mueller*) permixtus *Madv.* 1886, *quem sequi malit Johnson* : *ipse uereor ne quid amplius exciderit uelut* re⟨sistentium multitudini armatoru⟩m permixtus ubi N^2 *uel* N^4 *rescriptus HV Edd.* : uti π*Nθ* uti et $A^8N^4HV\theta$ *Edd.* : uti π*N*

comminus gladio posset, roboris maioris Romanus eques
erat, ita in ablatum pauentibus procul equis melius ex inter-
8 uallo Numidae iaculabantur. Simul et peditum legio duo-
decima magna ex parte caesa pudore magis quam uiribus
9 tenebat locum; nec diutius tenuisset ni ex subsidiis tertia
decima legio in primam aciem inducta proelium dubium ex-
cepisset. Mago quoque ex subsidiis Gallos integrae legioni
10 opposuit. Quibus haud magno certamine fusis hastati legio-
nis undecimae conglobant sese atque elephantos iam etiam
11 peditum aciem turbantes inuadunt; in quos cum pila con-
fertos coniecissent nullo ferme frustra emisso, omnes retro
in aciem suorum auerterunt; quattuor grauati uolneribus
12 corruerunt. Tum primum commota hostium acies, simul
omnibus equitibus, ut auersos uidere elephantos, ad augen-
dum pauorem ac tumultum effusis. Sed donec stetit ante
signa Mago, gradum sensim referentes, ordines et tenorem
13 pugnae seruabant: postquam femine transfixo cadentem
auferrique ex proelio prope exsanguem uidere, extemplo in
fugam omnes uersi. Ad quinque milia hostium eo die caesa
14 et signa militaria duo et uiginti capta. Nec Romanis in-
cruenta uictoria fuit; duo milia et trecenti de exercitu

7 ablatum *πNK Edd.*: oblatum N^1 *ut s. l. HVJ*: obliquum A^v*?* 8 parte caesa (*uel* cesa) $A^8HV\theta$ *Edd.*: parcaea *P* (*cf.* 27. 1. 11 *adn.*): parte π^2C^xN (*an* partae P^2: parte P^4*?*): parte et *C* 9 excepisset $A^v?N^3HV\theta$*ald.Frob.*1.2: expetisset *πN* quoque $N^4HV\theta$: que *πN.ald.Frob.*1.2 10 haud magno] *hic* πM^2(M^7?) B^2N*.ald.Frob.*1.2 (aut m. *MBD*): *ante* fusis $HV\theta$ (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) undecimae (*uel* -me) $P^2CM^2B^2ANK$: xi *J*: undesime *P*: unde sic me *MBD*: *om. HV* iam etiam $HV\theta$*ald.Frob.*1.2: iam P^4M^2 *uel* M^7N^x *et sic uoluit* A^6 'tam *pro* iam' *scribens*: tam *πN*: tum *BD* turbantes (*uel* -tis) $PCN^1H\theta$: turbatis *MBDAN* (-tos $M^2B^2A^6$) 12 primum *Duker*: prima $\pi NHV\theta$*ald.Frob.*1.2 (*cf.* 27. 30. 12 *adn.*) equitibus *Alschefski* (*u.* § 7): peditibus (perd- *BD*) $\pi NHV\theta$, *cf.* 23. 26. 7 *et* 10. 28. 8 *adnn.* uidere $C^4A^8N^4H$ (-ret)$V\theta$: odere *PC*: odore *MBDAN* gradum sensim $\pi A^8N^4HV\theta$: sensim *AN*: sensim pedem A^6 et (tenorem) *πN*: *om.* $HV\theta$*ald.Frob.*1.2 13 femine π^xB^x(-nae *PB*)*NH.ald.Frob.*1.2: femore (-mere *C*) C^1 *uel* $C^2V\theta$ 14 duo milia *P*(∞ ∞)*C*($\overline{\text{ii}}$)$A^8HV\theta$: xx *MBDAN*

praetoris, pars multo maxima ex legione duodecima, amissi;
inde et tribuni militum duo, M. Cosconius et M. Maeuius;
tertiae decimae quoque legionis, quae postremo proelio 15
adfuerat, C. Heluius tribunus militum in restituenda pugna
cecidit; et duo et uiginti ferme equites inlustres, obtriti ab
elephantis, cum centurionibus aliquot perierunt. Et longius
certamen fuisset ni uolnere ducis concessa uictoria esset.

Mago proximae silentio noctis profectus quantum pati 19
uiae per uolnus poterat itineribus extentis ad mare in Ligures
Ingaunos peruenit. Ibi eum legati ab Carthagine paucis 2
ante diebus in sinum Gallicum adpulsis nauibus adierunt,
iubentes primo quoque tempore in Africam traicere; id et 3
fratrem eius Hannibalem—nam ad eum quoque isse legatos
eadem iubentes—facturum; non in eo esse Carthaginiensium
res ut Galliam atque Italiam armis obtineant. Mago non im- 4
perio modo senatus periculoque patriae motus sed metuens
etiam ne uictor hostis moranti instaret Liguresque ipsi
relinqui Italiam a Poenis cernentes ad eos quorum mox in
potestate futuri essent deficerent, simul sperans leniorem in 5
nauigatione quam in uia iactationem uolneris fore et cura-
tioni omnia commodiora, impositis copiis in naues profectus
uixdum superata Sardinia ex uolnere moritur. Naues quoque
aliquot Poenorum disiectae in alto ab classe Romana quae
circa Sardiniam erat capiuntur. Haec terra marique in parte 6
Italiae quae iacet ad Alpes gesta.

14 amissi P^4?*CM*^{2}(*M*^{7}?)*AN*: missi π: amissa (amm- *J*)*A*^{8}*HVθ* inde et *ANHVθ Edd.*: indet π: inde *P*^{x}*CB*^{2} 15 equites inlustres (*uel* ill-) π^x(-rest *P*)*N Edd.*: illustres equites (milites *K*) *H Vϑ* (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) ducis *P*^{4}*CM*^{2}(*M*^{7}?)*B*^{2}*A*^{8}*N*^{1}*Hθ*: duces π: si ducibus *AN*

19 1 uiae (*uel* uie) π*N Edd.*: die *HVθ* 2 traicere *Vθ Edd.*: traiecere *A*^{8}*H*: traiceret (-iec- *MBAN*) π*M*^{1}*B*^{1}*N*, *cf.* 29. 2. 2 *adn.* 3 atque Italiam π*N.ald.Frob.*1.2: *om.* *HVθ* 4 instaret] *hic* π*N.ald.Frob.*1.2: *ante* moranti *HVθ* 5 leniorem π*N.ald.*: leuiorem *A*^{x}*H*(-ore)*VθFrob.*2 profectus *P*^{4}*M*^{2}(*M*^{7}?)*ANHVθ*: praefectus π, cf. 27. 13. 2 *adn.* ab (classe) *C*^{2}*HK*: a π*C*^{1}? *NVJ* (*cf. c.* 9. 11 *adn.*): ac *C* erat *CA*^{8}*Hθ*: erant π*NV* (*cf.* 27. 17. 4 *adn.*) 6 quae *M*^{7}*B*^{2}*A*^{8}*HVθald.Frob.*1.2: qua π*N*: quia *M* (*sed pro* quae iacet *praebent* quiarect *M*, quae adheret *M*^{7})

Consul C. Seruilius, nulla memorabili re in prouincia
Etruria Galliaque—nam eo quoque processerat—gesta,
7 patre C. Seruilio et C. Lutatio ex seruitute post sextum
decimum annum receptis qui ad uicum Tannetum a Boiis
8 capti fuerant, hinc patre hinc Catulo lateri circumdatis pri-
uato magis quam publico decore insignis Romam rediit.
9 Latum ad populum est ne C. Seruilio fraudi esset quod
patre qui sella curuli sedisset uiuo, cum id ignoraret, tri-
bunus plebis atque aedilis plebis fuisset contra quam sanc-
tum legibus erat. Hac rogatione perlata in prouinciam
rediit.

10 Ad Cn. Seruilium consulem, qui in Bruttiis erat, Con-
sentia Aufugum Bergae Baesidiae Ocriculum Lymphaeum
Argentanum Clampetia multique alii ignobiles populi senes-
11 cere Punicum bellum cernentes defecere. Idem consul
cum Hannibale in agro Crotoniensi acie conflixit. Obscura
eius pugnae fama est. Valerius Antias quinque milia hostium
caesa ait, quae tanta res est ut aut impudenter ficta sit aut
12 neglegenter praetermissa. Nihil certe ultra rei in Italia

6 Galliaque—nam *HVθ* : et gallia nam A^{8}*ald.Frob.*1.2 : et galliaque (-aquę *C* : -amque *M*) iam π*N* (*om.* que *AN*) : et G.—quoniam *Gron.* : et gallia quia M^{2}(M^{7}*?*). *De* iam *pro* nam *cf.* 26. 7. 3 *adn. et de* et *in P addito* 27. 4. 12 7 *post* Lutatio *add.* patruo *ald.Frob.*1.2 (*u.* § 8 *adn.*): *ignorant* π*NHVθ* seruitute] -te π^{x}*NHVθ* : -tem *PMB* (*cf.* 26. 40. 11 *adn.*) Tannetum π*NHV*(tame-)*JFrob.*2 (tane-), *cf.* 21. 25. 13 : canetum *K.ald.* a Boiis (bolis π) $P^{4}A^{8}$*Vθ* (bois *K*) *Edd.* : ab his *C* : ab etolis *AN* 8 Catulo π*N* : patruo N^{4}*HVθald.Frob.*1.2 ; *si Spirensi fides habebitur seu* Catulo patruo (*cf.* 29. 7. 7 *adn.*) *legimus, et Dukerius audiendus erit qui C. Lutatium Catulum fratrem uterinum Servilii senioris fuisse conicit et edd. ueteres sequendi qui* patruo *supra in* § 7 *addunt* : *sin uero Puteanum approbes, unde terrarum effodit patruum illum Spirensis?* 9 sanctum π$A^{8}N^{4}$*Hθ* (scm̄ *BJ*) : sin̄ *A* : si non *N* : sancitum *ald.Frob.*1.2 10 Consentia $P^{4}C^{x}A^{8}$ *Vθ* (cos- *VK*) : conscientia (-am *A*) π*N* Aufugum π*N* (abf- A^{8}) : ufugum N^{1}*HVθ et* (*sed* uff-) *ald.Frob.*1.2 Baesidiae (bes- *PC*) π *N*, *cf. It. Dial. p.* 7 Lymphaeum (*uel* -phe-) π*N* (linph- *C*) : lincrum *VJ* : lincum *K* : sypheum A^{6}*ald.Frob.*1.2 Clampetia (-ti *C*) π : impetia *HVJ* : mipecia *K* : dampetia *N.ald.Frob.*1.2 defecere $P^{4}CM^{2}$*ANHVθ* : deficere π 11 Crotoniensi πC^{2}*N* (-nensi *HVθ*), *cf.* 29. 18. 16 *adn.* 12 rei P^{4} *uel* P^{3}*?*M^{2}(M^{7}*?*)A^{5} *HVθ* : re π*N*

ab Hannibale gestum. Nam ad eum quoque legati ab
Carthagine reuocantes in Africam, iis forte diebus quibus ad
Magonem, uenerunt. Frendens gemensque ac uix lacrimis 20
temperans dicitur legatorum uerba audisse. Postquam edita 2
sunt mandata, 'Iam non perplexe' inquit 'sed palam reuo-
cant qui uetando supplementum et pecuniam mitti iam
pridem retrahebant. Vicit ergo Hannibalem non populus 3
Romanus totiens caesus fugatusque sed senatus Cartha-
giniensis obtrectatione atque inuidia ; neque hac deformitate 4
reditus mei tam P. Scipio exsultabit atque efferet sese quam
Hanno qui domum nostram quando alia re non potuit ruina
Carthaginis oppressit.'

Iam hoc ipsum praesagiens animo praeparauerat ante 5
naues. Itaque inutili militum turba praesidii specie in
oppida Bruttii agri quae pauca metu magis quam fide con-
tinebantur dimissa, quod roboris in exercitu erat in Africam
transuexit, multis Italici generis, quia in Africam secuturos 6
abnuentes concesserant in Iunonis Laciniae delubrum inuio-
latum ad eam diem, in templo ipso foede interfectis. Raro 7
quemquam alium patriam exsilii causa relinquentem tam
maestum abisse ferunt quam Hannibalem hostium terra
excedentem ; respexisse saepe Italiae litora, et deos homi-
nesque accusantem in se quoque ac suum ipsius caput

12 ab Hannibale] *hic* π(*sed* ad hannibalem *MBD*)*Nald.Frob.*1.2 : *ante* in It. *HVθ* (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) ab (Carth.) π*N* (*cf. c.* 9. 11 *adn.*) : a *HVθ* : ad *BD* reuocantes A^6*HVθ* : uocantes π*N.ald. Frob.*1.2 (*cf. c.* 20. 2)

20 2 uetando π*N Edd.* : uetant *HVθ* mitti *CBDANHθ* : mittit *PM* retrahebant *H.ald.Frob.*1.2 : trahebant π*N*, *fort. recte* : retrahunt *Vθ* 3 obtrectatione π*NHVθ* : obtrectatio *Madv. olim.* (*Em. p.* 431) 4 efferet *CBDA*^{8}*NVθ* (efe- *J*) : efferret *PMAH* alia re *PCHVθ Edd.* : alienare π^2*N* 5 metu magis quam *CHVθ* : magis metu quam A^6*ald.Frob.*1.2 : magis quam metu π*N* (*cf.* 28. 2. 15 *adn.*) Italici *CM*^{2}(*M*^{7}*?*)*BDANHVθ* (-cis *PM*, *cf.* 26. 40. 14 *adn.*) 6 quia π*NHVθ* : qui *Madv. Em. p.* 431, *sane melius, sed nihil mutamus* 7 alium *ANHVθ Edd.* : aliam π relinquentem π*N.ald.Frob.*1.2 : linquentem *HVθ* tam A^8*HVθ* : *om.* π*N* : magis *ald.Frob.*1.2 abisse C^5M^7*ANH Vθ* : abiis | *P* : ab his *CMBD* : ab is M^3*?*

8 exsecratum quod non cruentum ab Cannensi uictoria militem Romam duxisset; Scipionem ire ad Carthaginem ausum
9 qui consul hostem Poenum in Italia non uidisset: se, centum milibus armatorum ad Trasumennum ad Cannas caesis, circa Casilinum Cumasque et Nolam consenuisse. Haec accusans querensque ex diutina possessione Italiae est detractus.

21 Romam per eosdem dies et Magonem et Hannibalem profectos allatum est. Cuius duplicis gratulationis minuit laetitiam et quod parum duces in retinendis iis, cum id mandatum ab senatu esset, aut animi aut uirium habuisse
2 uidebantur et quod solliciti erant omni belli mole in unum
3 exercitum ducemque inclinata quo euasura esset res. Per eosdem dies legati Saguntini uenerunt comprensos cum pecunia adducentes Carthaginienses qui ad conducenda
4 auxilia in Hispaniam traiecissent. Ducenta et quinquaginta auri, octingenta pondo argenti in uestibulo curiae posuerunt.
5 Hominibus acceptis et in carcerem conditis auro argentoque reddito gratiae legatis actae, atque insuper munera data ac naues quibus in Hispaniam reuerterentur.

6 Mentio deinde ab senioribus facta est segnius homines bona quam mala sentire; transitu in Italiam Hannibalis quantum terroris pauorisque esset meminisse; quas deinde

8 ab π*N* (*cf. c.* 9. 11 *adn.*): a *HVθ* 9 Trasumennum (-enum *C*) π*N*, *cf.* 22. 54. 9 ad Cannas A^{8}*HVθ*: aut cannas π(*A et* A^{x})*N*: et cannas *D.ald.Frob.*1.2 querensque *CBDANHVθ* (quaer- *PM*)
21 1 duces π*N*ϑ: ducem N^{2}*H*: ducum *V* id *PCA*$^{v}N^{2}$*HVθ*: ad id *MBDAN* esset *CMA*$^{v}N^{2}$ *uel* N^{4}*HVθ*: esse π*N* 2 belli mole (moti *C*) πC^{2}*N.ald.Frob.*1.2: mole belli *HVθ* (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) 3 comprensos (*sed* con-) *P*, *cf.* 26. 27. 7 *adn.*: comprehensos *CMBDANHVθ* 4 Ducenta M^{2} *uel* M^{7} *ed. Mog.* 1518: ducentum π*NHJ*: cc *VK* octingenta A^{6}*θ ed. Mog.* 1518 (-tos *BANH*): dccc *PCM*: $\overset{c}{\text{viii}}$ *V*. *Post* octin- *usque ad* Trasumennum (*c.* 30. 12) *periit D*, *ii foliis ui exsectis* 5 et in *AN HVθ Edd.*: in π reuerterentur *CMBANHVθ*: reuerentur *P* 6 senioribus π*N.ald.Frob.*1.2: senatoribus N^{1} *ut s. l. HVθ* transitu π: transitum *NHVθ*: transitus *ald.Frob.*1.2 esset *C*M^{2}*A Madv.*: esse *PMBA*^{x}*N*: sese *HVJ Drak.*: intulerit sese *K*: iniecisset se (sese *Frob.*2) *ald.Frob.*1.2: *delebat* sese meminisse *Gron.*

clades, quos luctus incidisse! uisa castra hostium e muris 7
urbis; quae uota singulorum uniuersorumque fuisse! quoti-
ens in conciliis uoces manus ad caelum porrigentium audi-
tas en unquam ille dies futurus esset quo uacuam hostibus 8
Italiam bona pace florentem uisuri essent! dedisse id deos 9
tandem sexto decimo demum anno, nec esse qui dis gra-
tes agendas censeat; adeo ne aduenientem quidem gratiam
homines benigne accipere, nedum ut praeteritae satis me-
mores sint. Conclamatum deinde ex omni parte curiae est 10
uti referret P. Aelius praetor; decretumque ut quinque dies
circa omnia puluinaria supplicaretur uictimaeque maiores
immolarentur centum uiginti.

Iam dimisso Laelio legatisque Masinissae cum Cartha- 11
giniensium legatos de pace ad senatum uenientes Puteolis
uisos inde terra uenturos allatum esset, reuocari C. Laelium
placuit ut coram eo de pace ageretur. Q. Fuluius Gillo 12
legatus Scipionis Carthaginienses Romam adduxit; quibus
uetitis ingredi urbem hospitium in uilla publica, senatus ad
aedem Bellonae datus est. Orationem eandem ferme quam **22**
apud Scipionem habuerunt, culpam omnem belli a publico
consilio in Hannibalem uertentes: eum iniussu senatus non 2

7 porrigentium *CMBANHVθ*: porgentium *P*, *cf.* 29. 16. 6 *adn.* auditas *πN.ald.Frob.*1.2: audite N^4 *ut s. l. HVθ* 8 en unquam (*sed* um-) PA^8*θald.Frob.*1.2: numquam P^2 *uel* P^1*CMBH*: umquam *AN*: et nunquam *V*: ne numquam N^4 esset M^2(M^7?) *ANHVθ*: esse *PMB*: est *C* 9 id deos tandem *πN*: id deos *ald.*: tandem id deos *HVθFrob.*2 (*ordo certe usitatior sed lugubrem senum recordationem minus apte depingit*) anno *πN.ald.*: post anno *HθFrob.*2: post annum *V* (*sed* VIX^m deinde p. a.) nec esse A^8N^2 *uel* N^4 *rescriptus HVθ*: necesse fuit *πN* (*cf.* 27. 26. 10 *adn.*) dis] *cf.* 28. 28. 11 *adn.*: deis *πN*: diis A^8*HVθ*: dei *B* grates *C*: acrates *P*: crates P^4?: sacratas *MBAN*: gratias A^xN^4*HVθald.Frob.*1.2 censeat N^4*HVθald.Frob.*1.2: censeant *πN*, *cf.* § 10 *adn.* satis *πN Edd.*: salutis N^4 *uel* N^r*HVθ* 10 referret $C^1A^8N^4$*HVθald.Frob.*1.2: referrent *πN* (*cf.* 27. 17. 4 *adn.*) supplicaretur] -retur PC^1*HVθ*: -rentur π^2*N* 11 dimisso M^7*ANHVθ*: demisso *π* Puteolis *πNθ Edd.*: puteolos N^1 *ut s. l. HV. Haec fere ultima lectio est in H quae cum codd. Spirensianis consentiat* (*u.* 29. 3. 15 *adn.*) 12 Gillo *πNθ*: gilo *H*: phiio *V*

Alpes modo sed Hiberum quoque transgressum, nec Romanis
solum sed ante etiam Saguntinis priuato consilio bellum
3 intulisse; senatui ac populo Carthaginiensi, si quis uere
aestimet, foedus ad eam diem inuiolatum esse cum Romanis;
4 itaque nihil aliud sibi mandatum esse uti peterent quam ut
in ea pace quae postremo cum C. Lutatio facta esset manere
5 liceret. Cum more tradito [a] patribus potestatem interro-
gandi, si quis quid uellet, legatos praetor fecisset, senioresque
qui foederibus interfuerant alia alii interrogarent, nec memi-
nisse se per aetatem—etenim omnes ferme iuuenes erant—
6 dicerent legati, conclamatum ex omni parte curiae est Punica
fraude electos qui ueterem pacem repeterent cuius ipsi non
meminissent.

23 Emotis deinde curia legatis sententiae interrogari coeptae.
M. Liuius C. Seruilium consulem qui propior esset arcessen-
2 dum ut coram eo de pace ageretur censebat; cum de re
maiore quam quanta ea esset consultatio incidere non posset,
non uideri sibi absente consulum altero ambobusue eam rem
3 agi satis ex dignitate populi Romani esse. Q. Metellus, qui
triennio ante consul dictatorque fuerat: cum P. Scipio cae-
dendo exercitus agros populando in eam necessitatem hostes
4 compulisset ut supplices pacem peterent, et nemo omnium
uerius existimare posset qua mente ea pax peteretur quam

22 2 priuato consilio bellum intulisse *πNθ*: bellum incidisse *V* 3 senatui *πNK Edd.*: senatu *VJ* uere aestimet (estiment *AN*) πA^8N^1 (est-): uera aestimet N^4(est-) *θ* (ext- *K*: exst- *J*) *Frob.*2: uere (-ra *V*) existimet *V.ald.* 4 uti *πN Edd.*: ut *VJ*: *om. K* C. *PC*: g. *V*: cōn. *MBAN*: consule *θald.Frob.*1.2 5 a patribus *πNVθ*: *recte* a *seclusit Freinsheim* quis quid $PCM^7A^v?N^4\theta$*Frob.*2: quis qui *MBAN*: quis *ald.* nec meminisse se *Vθald.Frob.*1.2: nec (neo *B*: nemo B^2: non *AN*) meminisse *πN*, *fort. recte*, *cf.* 26. 48. 13 *adn.*

23 1 Emotis *πN.ald.Frob.*1.2: emissis *Vθ* arcessendum] arcess- *πN*, *cf.* 26. 22. 2 *adn.*: accers- *Vθ* 2 ea *πN*: *om. Vθald. Frob.*1.2 ambobusue *P*(*et* P^4*?*)*Vθ Edd.*: ambobus π^2N 3 consul] cos $\pi^4NV\theta$: eos *P* (*cf.* 28. 40. 8) dictatorque (-qui *C*) *πNVθ*: dictator P^2*?* hostes] *hic πVθ*: *post* compulisset *AN.ald. Frob.*1.2 (*cf.* 29. 3. 10 *adn.*) 4 uerius *πN Edd.*: rem ueram *θ*: rerum uerius N^x(*non* N^4)*V* posset] *πN Edd.*: possit *Vθ*

qui ante portas Carthaginis bellum gereret, nullius alterius
consilio quam Scipionis accipiendam abnuendamue pacem
esse. M. Valerius Laeuinus, qui bis consul fuerat, specu- 5
latores non legatos uenisse arguebat, iubendosque Italia
excedere et custodes cum iis usque ad naues mittendos,
Scipionique scribendum ne bellum remitteret. Laelius 6
Fuluiusque adiecerunt et Scipionem in eo positam habuisse
spem pacis si Hannibal et Mago ex Italia non reuocarentur;
ceterum omnia simulaturos Carthaginienses, duces eos 7
exercitusque exspectantes; deinde quamuis recentium foe-
derum et deorum omnium oblitos bellum gesturos. Eo
magis in Laeuini sententiam discessum. Legati pace infecta 8
ac prope sine responso dimissi.

Per eos dies Cn. Seruilius consul, haud dubius quin 24
pacatae Italiae penes se gloria esset, uelut pulsum ab se
Hannibalem persequens, in Siciliam, inde in Africam tran-
siturus, traiecit. Quod ubi Romae uolgatum est, primo 2
censuerant patres ut praetor scriberet consuli senatum
aequum censere in Italiam reuerti eum; dein, cum praetor 3
spreturum eum litteras suas diceret, dictator ad id ipsum
creatus P. Sulpicius pro iure maioris imperii consulem in
Italiam reuocauit. Reliquum anni cum M. Seruilio 4
magistro equitum circumeundis in Italia urbibus quae

4 qui *Alschefski*: eum qui πNJ, *cf.* 4. 32. 7; 6. 17. 6, *ubi non minus praue insertur pronomen*: is qui *K.ald.Frob.*1.2 abnuendamue] -ue *PC*: -que *MBANVθald.Frob.*1.2 5 Italia $P^4CM^7BV\theta$: in (ex *AN*) italia πN (*cf.* 27. 8. 7 *adn.*): eos italia *ald.Frob.*1.2
6 non N^2(*uix* N^4)*Vθald.Frob.*1.2: *om.* πN (*cf.* 27. 28. 6 *adn.*)
7 ceterum $N^4V\theta$*ald.Frob.*1.2: *om.* πN simulaturos πNJ: simulatores *CK*: simul laturos N^4: simulantes *V* exspectantes (*uel* exp-) *CMBANVθ*: spectantis *P* gesturos (-ro *B*) $MB^2ANV\theta$: gesturus *PC*, *cf. c.* 36. 8 *adn.* 8 responso $P^2?CB^2ANV\theta$: responsu *PMB*, *uix recte*

24 1 pacatae $A^8N^4V\theta$: pacealae *P*: pace π^2N: pacis P^4A^6? *ut s. l.* gloria esset $P^4A^v?N^3?V\theta$: gloriasset πN ab se πN *Edd.*: *om.* *Vθ* inde in *θald.Frob.*1.2: inde et πN: etiam inde in *V* 3 dein πN: deinde *Vθald.Frob.*1.2, *cf.* 29. 3. 9 *adn.* spreturum A^8N^4VK: spretum πNJ (eum *ante* spr. θ)
4 in Italia A^xV(-liam)*θFrob.*2: italiae πN*.ald.*, *fort. recte*

bello alienatae fuerant noscendisque singularum causis
consumpsit.
5 Per indutiarum tempus ex Sardinia a P. Lentulo praetore
centum onerariae naues cum commeatu uiginti rostratarum
praesidio, et ab hoste et ab tempestatibus mari tuto, in Afri-
6 cam transmiserunt. Cn. Octauio ducentis onerariis triginta
longis nauibus ex Sicilia traicienti non eadem fortuna fuit.
7 In conspectum ferme Africae prospero cursu uectum primo
destituit uentus, deinde uersus in Africum turbauit ac passim
8 naues disiecit. Ipse cum rostratis per aduersos fluctus
ingenti remigum labore enisus Apollinis promunturium
9 tenuit: onerariae pars maxima ad Aegimurum insulam—ea
sinum ab alto claudit in quo sita Carthago est, triginta
ferme milia ab urbe—, aliae aduersus urbem ipsam ad Calidas
10 Aquas delatae sunt. Omnia in conspectu Carthaginis erant.
Itaque ex tota urbe in forum concursum est; magistratus
senatum uocare: populus in curiae uestibulo fremere ne
11 tanta ex oculis manibusque amitteretur praeda. Cum qui-
dam pacis petitae, alii indutiarum—necdum enim dies
exierat—fidem opponerent, permixto paene senatus popu-
lique concilio consensum est ut classem quinquaginta

5 ex *Madv.*: et ex $\pi NV\theta$ *Edd. ante Madv.* (*cf. de* et *insiticio* 27. 4. 12 *adn.*) a P. $V\theta$: ab π*N.ald.Frob.*1.2 uiginti (*uel* xx) π *N.ald.*: et xx $V\theta$*Frob.*2 (*hic plene*) hoste et $A^{8}N^{4}V\theta$: hocte et *P*: hacte P^{2}? : actę *C*: hacte (actę M^{7}) et *MB*(-tae)*AN* 6 triginta] xxx π*N.ald.Frob.*1.2 : xx $V\theta$ ex Sicilia $\pi NV\theta$: *suspicatur Duker, bene; cum enim ex c.* 2 §§ 2, 3, 4 *pateat Octauium non in Sic. sed in Sardinia imperium habuisse, aut in* ex Sic. *latet error aut credendum hanc classem in Sicilia paulisper tenuisse* 7 conspectum πN *Edd.*: conspectu $V\theta$ uectum π*N.ald.Frob.*1.2 : euectum $A^{v}V\theta$ deinde $CA^{8}K$: die inde πN: dein $N^{x}VJ$ (*cf.* § 3) 8 rostratis $PCM^{7}A^{8}N^{1}$ *uel* $N^{4}V\theta$: prostratis *MBAN* promunturium] *u.* 29. 23. 1 *adn.* 9 insulam—ea (eam *V*) $A^{8}N^{2}?V$ *ald.Frob.*1.2 : insula ea (-lę a *C*) πN? *et fort.* $N^{4}\theta$ 10 concursum $C^{1}M^{7}AN\theta$ *Edd.*: concursus *PMB* (*cf.* 27. 17. 1 *adn.*): conuersum *C* 11 pacis $\pi A^{8}N^{4}V\theta$: *om. AN* permixto (prom- *B*) πN θ: postremo permixto *V.ald.Frob.*1.2 consensum $M^{1}?ANV\theta$ *Edd.*: consensu π (*M et* M^{x}) classem πN: classe $V\theta$*ald.Frob.* 1.2, *paene pari iure*

nauium Hasdrubal Aegimurum traiceret, inde per litora
portusque dispersas Romanas naues conligeret. Desertae 12
fuga nautaram primum ab Aegimuro, deinde ab Aquis
onerariae Carthaginem puppibus tractae sunt.

Nondum ab Roma reuerterant legati neque sciebatur **25**
quae senatus Romani de bello aut pace sententia esset,
necdum indutiarum dies exierat; eo indigniorem iniuriam 2
ratus Scipio ab iis qui petissent pacem et indutias et spem
pacis et fidem indutiarum uiolatam esse, legatos Carthaginem
L. Baebium L. Sergium L. Fabium extemplo misit. Qui 3
cum multitudinis concursu prope uiolati essent nec reditum
tutiorem futurum cernerent, petierunt a magistratibus
quorum auxilio uis prohibita erat ut naues mitterent quae
se prosequerentur. Datae triremes duae cum ad Bagradam 4
flumen peruenissent unde castra Romana conspiciebantur
Carthaginem rediere. Classis Punica ad Vticam stationem 5
habebat. Ex ea tres quadriremes, seu clam misso a Carthagine nuntio ut id fieret, seu Hasdrubale qui classi praeerat
sine publica fraude auso facinus, quinqueremem Romanam 6
superantem promunturium ex alto repente adgressae sunt.
Sed neque rostro ferire celeritate subterlabentem poterant

12 *Voces* Desertae . . . *usque ad* tractae sunt *om.* *AN*: *add.* A^8N^4 (*hic* traiectae *pro* tractae *prius scribens*: *mox ipse corr.*) nautarum $CMA^8N^4V\theta$: nauiarum *PB*: nauiaum P^2 (nauium *uoluit*)

25 1 ab Roma (-mae *MB*) reuerterant legati PCM^7B^x: reuerterant ab roma legati *AN.ald.Frob.*1.2 (ab r. leg. reu. $V\theta$), *cf.* 27. 37. 5 *et* 29. 3. 10 *adnn.* sciebatur $\pi N\theta$ *Frob.*2: sciebant *V.ald.* necdum . . . exierat] *has uoces ut ex c.* 24. 11 *ortas suspicatur Naber, sed cf. c.* 12. 3 *adn.* 2 spem pacis et fidem πA^8N^4 *rescriptus* $V\theta$: fides *AN* L. (Baebium) π*N.ald.Frob.*1.2: m. $V\theta$ L. Sergium $V\theta$: m. seruilium π*N.ald.Frob.*1.2. *Horum trium nominum Sergium et Fabium uidetur dare Polybius* 15. 1. 3; *de Baebio incertum est sed probat Buettner-Wobst* (*nomen* m. seruilium *fort. huc inrepsit ob nomen idem in c.* 24. 4 *scriptum*) 3 quae se πN *Edd.*: quae $N^2V\theta$ 4 ad Bagradam $PMBA^1?N\theta$ *Frob.*2: ad bragadam *AV.ald.*: abgradam *C* 5 ex ea πN *Edd.*: et ex ea $N^2V\theta$ a (Cart.) $\pi N\theta$: ab *X*, *cf. c.* 9. 11 *adn.*: *om.* *V* ut id A^6(uti id)N^2 *uel* N^3 $V\theta$: uti π*N.ald.Frob.*1.2 6 subterlabentem N^5 *uel* N^4 *rescriptus* $V\theta$*ald.Frob.*1.2 (superl- πN: sua prael- *Weissenb.*: *alia alii, frustra omnes*): superiorem perlabentem *Thoresby Jones*

neque transilire armati ex humilioribus in altiorem nauem;
7 et defendebatur egregie quoad tela suppeditarunt. Quis deficientibus iam nulla alia res eam quam propinquitas terrae multitudoque a castris in litus effusa tueri potuisset.
8 Concitatam enim remis quanto maximo impetu poterant in terram cum immisissent, nauis tantum iactura facta in-
9 columes ipsi euaserunt. Ita alio super aliud scelere cum haud dubie indutiae ruptae essent, Laelius Fuluiusque ab
10 Roma cum legatis Carthaginiensibus superuenerunt. Quibus Scipio etsi non indutiarum fides modo a Carthaginiensibus sed ius etiam gentium in legatis uiolatum esset tamen se nihil nec institutis populi Romani nec suis moribus indignum in iis facturum esse cum dixisset, dimissis legatis bellum parabat.

11 Hannibali iam terrae adpropinquanti iussus e nauticis unus escendere in malum ut specularetur quam tenerent
12 regionem cum dixisset sepulcrum dirutum proram spectare, abominatus praeteruehi iusso gubernatore ad Leptim adpulit classem atque ibi copias exposuit.

26 Haec eo anno in Africa gesta; insequentia excedunt in eum annum quo M. Seruilius Geminus, qui tum magister

6 armati $\pi A^8N^4V\theta$: *om. AN* 7 Quis *PCM* : quid *BAN* : quibus $M^7A^8N^5$ *uel* $N^2V\theta$*ald.Frob.*1.2 a (castris) π*N.ald.Frob.*1.2 : *om.* $V\theta$ in (litus) $N^4V\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* πN (*cf.* 26. 13. 7 *adn.*) potuisset $\pi NV\theta$*ald.Frob.*1.2 : potuit *Drak., optime sed non necess.* : poterat *Crevier, minus bene* 8 maximo impetu PCA^8N^2 *et* N^4*?*$V\theta$ *Edd.* (*cf.* 9. 24. 9 *adn.*) : maximo im *MB* : maxima ui M^7B^2 (-ime uim *AN*) 10 etsi non P^4*AN.ald.Frob.*1.2 : ei si non π : etiam si ne $A^8N^2V\theta$ fides modo π*N.ald.* : modo fides $V\theta$*Frob.*2 (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) a (Cart.) $\pi N\theta$: ab *V*, *cf.* § 5 *et c.* 9. 11 *adn.* 11 e nauticis unus B^2A^v *uel* A^6 (*Creuierium anticipantes*) : e nauticis *Gron.* : enuticusunus *P* : euticus sinus *C* : enutico sinus P^2M *B* (-cos unus) : enautico (in utico M^7) sinu M^7AN : e nautis unus N^2 $V\theta$*ald.Frob.*1.2 escendere] esc- πV (*cf.* 27. 5. 8 *adn.*) : asc- B^2 $A^8\theta$: desc- *N* malum ut M^7N^2 *uel* N^4 *rescriptus* $V\theta$: maluuis π : malum unus (m. isque in A^6) *B?AN* 12 adpulit (app- *AN*) πN *Edd.* : applicuit $V\theta$

26 1 Geminus $A^8V\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* πN, *fort. recte ut in c.* 24. 4 *codd. omnes*

equitum erat, et Ti. Claudius Nero consules facti sunt. Ceterum exitu superioris anni cum legati sociarum urbium 2
ex Graecia questi essent uastatos agros ab regiis praesidiis profectosque in Macedoniam legatos ad res repetendas non admissos ad Philippum regem, simul nuntiassent quattuor 3
milia militum cum Sopatro duce traiecta in Africam dici ut essent Carthaginiensibus praesidio et pecuniae aliquantum una missum, legatos ad regem qui haec aduersus foedus 4
facta uideri patribus nuntiarent mittendos censuit senatus. Missi C. Terentius Varro C. Mamilius M. Aurelius; iis tres quinqueremes datae.

Annus insignis incendio ingenti, quo cliuus Publicius ad 5
solum exustus est, et aquarum magnitudine, sed annonae uilitate fuit, praeterquam quod pace omnis Italia erat aperta, etiam quod magnam uim frumenti ex Hispania missam M. 6
Valerius Falto et M. Fabius Buteo aediles curules quaternis aeris uicatim populo discripserunt.

Eodem anno Q. Fabius Maximus moritur, exactae aetatis 7
si quidem uerum est augurem duos et sexaginta annos fuisse, quod quidam auctores sunt. Vir certe fuit dignus 8
tanto cognomine uel si nouum ab eo inciperet. Superauit paternos honores, auitos aequauit. Pluribus uictoriis et

1 Ti. πN, *cf.* 29. 11. 11 : t. (*uel* titus) $V\theta$*ald.Frob.*1.2   2 exitu A^1N^1VK : exitus πNJ^1 (exc- *J*)   questi essent $CM^7A^8N^4V\theta$: quaeti (quieti *B*) essent *PMB* : quesissent *AN*   profectosque *C* M^7A^8?*ald.* : profectoque πNJ^1 *ut s. l. K* (*cum* legato ANJ^1) : missosque *VJFrob.*2   3 quattuor milia *P*(∞ ∞ ∞ ∞)*C*($\overline{\text{IIII}}$)A^8 *in ras.* $N^2\theta$ *Edd.* : xl *M* : xł M^7 : cx · cx · cx · cx *BN*   Sopatro πM^7 *N* (*cf. c.* 42. 4 *et* 6) *Edd.* : sopatre $MA^8\theta$: soprato *V*   duce πA^8 $N^4V\theta$: de *A* : cle *N*   4 iis *P.ald.Frob.*1.2 : his *CMBANVK* : hiis *J*   tres *P et* $P^4A^8V\theta$: tribus π^2N : *om. C*   5 est, et $V\theta$*ald.Frob.*1.2 : et πN, *minus bene*   sed *Lov.* 1. 5 : sed et *AN* *ald.*, *fort. recte* : et $A^8V\theta$*Frob.*2 : si π : sine M^x(M^7?)   erat aperta πN.*ald. Frob.*1.2 : aperta erat $V\theta$ (*cf.* 27. 37. 5)   6 Falto *A* (*Sigonium confirmans*), *cf.* 29. 11. 3 : falso πN (-lco A^6?θ)   discripserunt *PC*(-rant)*M*, *cf. e.g.* 33. 42. 8 : descripserunt $M^7BANV\theta$*ald.Frob.*1.2   7 sexaginta] LX πNJ^1, *cf. Plin.* 7. 156 : XL *CVK.ald.Frob.*1.2 : xx *J*   8 inciperet M^x(?M^1)$A^xV\theta$ (inrip- πN : inrep- *C*) Pluribus $N^4V\theta$*ald.Frob.*1 2 : *om.* πN

maioribus proeliis auus insignis Rullus; sed omnia aequare
9 unus hostis Hannibal potest. Cautior tamen quam promp-
tior hic habitus; et sicut dubites utrum ingenio cunctator
fuerit an quia ita bello proprie quod tum gerebatur aptum
erat, sic nihil certius est quam unum hominem nobis cunc-
10 tando rem restituisse, sicut Ennius ait. Augur in locum eius
inauguratus Q. Fabius Maximus filius: in eiusdem locum
pontifex—nam duo sacerdotia habuit—Ser. Sulpicius Galba.
11 Ludi Romani diem unum, plebeii ter toti instaurati ab
aedilibus M. Sextio Sabino et Cn. Tremelio Flacco. Ii
ambo praetores facti et cum his C. Liuius Salinator et
12 C. Aurelius Cotta. Comitia eius anni utrum C. Seruilius
consul habuerit an, quia eum res in Etruria tenuerint quaes-
tiones ex senatus consulto de coniurationibus principum
habentem, dictator ab eo dictus P. Sulpicius incertum ut sit
diuersi auctores faciunt.

27 Principio insequentis anni M. Seruilius et Ti. Claudius
senatu in Capitolium uocato de prouinciis rettulerunt.
2 Italiam atque Africam in sortem conici, Africam ambo
cupientes, uolebant; ceterum Q. Metello maxime adnitente
3 neque negata neque data est Africa. Consules iussi cum
tribunis plebis agere ut, si iis uideretur, populum rogarent

8 Rullus π*NJ*, *cf.* 8. 29. 9 *et* 24. 9. 8 *adnn.*: nullus J^1 *ut s. l.*: *om. K*: tulit *V* 9 cunctator *PMBθFrob.*2: cunctatior *CAN.ald.* sic *PCAN Edd.*: si *MB*: sed *Vθ* 10 in locum eius inau-] *post has uoces desinit M* 11 Tremelio, *cf.* 29. 11. 3 *adn.* Flacco A^6*Vθ Edd.*: flacca *PCBAN*^{4} Ii *X.ald.Frob.*1.2: ti *PCBN*: hi *VK*: hii A^8N^4*J*: *om. A* his *CBANVK*: iis *P ald.Frob.*1.2: hiis *J* C. Aurelius A^8*θald.Frob.*1.2 (*cf. c.* 27. 9): m. aurelius *V*: m. ualerius *PCBAN* 12 res in A^8N^4*Vθald. Frob.*1.2: sin *PB*: res si *C*: in B^2*AN* ex s. c. B^2A^v? *ut s. l.*, *Sigonius*: ex se *PCBA*: ex sociis A^8*Vθald.Frob.*1.2, *cf.* 29. 15. 11 *adn.*: ex sede *N*: ex osocies N^4 *ut s. l.* (*pro* ex sede) *dubitanter* coniurationibus *PC*A^8N^4*Vθ*: comparationibus *BAN* ut sit *PC*: ut si *BAN*: sit A^8N^4*VJ* (*sed* sit incertum *J*): *om. K.ald. Frob.*1.2

27 1 et Ti. *PBAN*: et t. *C*: t. (*uel* titus) *Vθald.Frob.*1.2 (*cf. c.* 26. 1) 2 conici *ANVθ*: coici *PCB* negata neque data *PCBV θ*: data neque negata *AN.ald.Frob.*1.2 (*cf.* 29. 3. 10 *adn.*) 3 iis *ald.Frob.*1.2: is *PC*: his *BA*: eis A^8*Vθ*: hiis *N*

 3

quem uellet in Africa bellum gerere. Omnes tribus P. 4
Scipionem iusserunt. Nihilo minus consules prouinciam
Africam—ita enim senatus decreuerat—in sortem conie-
cerunt. Ti. Claudio Africa euenit ut quinquaginta nauium 5
classem, omnes quinqueremes, in Africam traiceret parique
imperio cum P. Scipione imperator esset: M. Seruilius
Etruriam sortitus. In eadem prouincia et C. Seruilio pro- 6
rogatum imperium si consulem manere ad urbem senatui
placuisset. Praetores M. Sextius Galliam est sortitus ut 7
duas legiones prouinciamque traderet ei P. Quinctilius
Varus: C. Liuius Bruttios cum duabus legionibus quibus
P. Sempronius proconsul priore anno praefuerat: Cn. 8
Tremelius Siciliam ut a P. Villio Tappulo praetore prioris
anni prouinciam et duas legiones acciperet; Villius pro
praetore uiginti nauibus longis militibus mille oram Siciliae
tutaretur: M. Pomponius uiginti nauibus reliquis mille et 9
quingentos milites Romam deportaret. C. Aurelio Cottae
urbana euenit. Ceteris ita uti quisque obtinebant prouincias
exercitusque prorogata imperia. Sedecim non amplius eo 10
anno legionibus defensum imperium est. Et ut placatis dis 11
omnia inciperent agerentque, ludos quos M. Claudio Mar-
cello T. Quinctio consulibus T. Manlius dictator quasque

3 uellet $V^x\theta$*Frob.*2 : uellent π*NV.ald.* 5 Ti. π*N* : t. (*uel* tito) $V\theta$, *cf.* § 1 P. $A^8\theta$: *om.* π*N.ald.Frob.*1.2, *fort. recte, sed cf.* § 4 : proconsule *V* imperator π*N*(*sed* -toz. *N* : *del. punctum* N^4)θ*ald. Frob.*1.2 : *seclusit Crevier* : imperatore *V*, *quod cum Luchsio malit Johnson* 6 si consulem $A^8N^4V\theta$*Frob.*2 : sicut π*N* : si consules *ald.* manere π*N.ald.* : remorari N^4 *ut s. l.* $V\theta$*Frob.*2 senatui $A^8N^4V\theta$*ald.Frob.*1.2 : senatum π*N* : senatu *Alschefski*, *fort. recte*, *cf.* 27. 43. 9 *adn.* 7 ut N^4V *Edd.* : ad *PC* : ac *BAN* : et θ ei $A^8N^4\theta$ *Edd.* : ci *V* : et *PC* : *om. BAN* priore anno $V\theta$*Frob.*2 : prioris (-ri N^6) anni π*N* 8 Tremelius π, *cf.* 29. 11. 3 *adn.* P. Villio Tappulo N^4(uipio N^6)*Frob.*2 (*cf.* 29. 38. 4) *et sic* (*sed* t. appulo) π*N* : p. tappulo *V* : p. appulo A^8J (apu-) : p. apuleio *K* : appio appulo *ald.* uiginti (*sed* xx) π*NV* : cum uiginti θ*ald.Frob.*1.2 *post* longis *add.* et $A^8V\theta$: si *P* : *recte om.* π*N.ald. Frob.*1.2 9 reliquis] *hic* π*N.ald.Frob.*1.2 : *ante* nauibus θ (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) : *om. V* C. π*N*θ : cn. *V* (*cf. c.* 26. 11) 11 Quinctio] quint- π*NV*θ (*ut fere semper*) T. (Manlius) $A^8V\theta$ *ald.Frob.*1.2 (*cf.* 27. 33. 6) : l. π*N*

hostias maiores uouerat si per quinquennium res publica
eodem statu fuisset, ut eos ludos consules priusquam ad
12 bellum proficiscerentur facerent. Ludi in circo per quadri-
duum facti hostiaeque quibus uotae erant dis caesae.

28 Inter haec simul spes simul cura in dies crescebat nec
satis certum constare apud animos poterat utrum gaudio
dignius esset Hannibalem post sextum decimum annum ex
Italia decedentem uacuam possessionem eius reliquisse
populo Romano, an magis metuendum quod incolumi exer-
2 citu in Africam transisset: locum nimirum non periculum
mutatum; cuius tantae dimicationis uatem qui nuper deces-
sisset Q. Fabium haud frustra canere solitum grauiorem in
sua terra futurum hostem Hannibalem quam in aliena
3 fuisset. nec Scipioni aut cum Syphace inconditae barbariae
rege, cui Statorius semilixa ducere exercitus solitus sit, aut
cum socero eius Hasdrubale fugacissimo duce rem futuram,
aut ⟨cum⟩ tumultuariis exercitibus ex agrestium semermi
4 turba subito conlectis, sed cum Hannibale, prope nato in
praetorio patris fortissimi ducis, alito atque educato inter
arma, puero quondam milite, uixdum iuuene imperatore,
5 qui senex uincendo factus Hispanias Gallias Italiam ab
Alpibus ad fretum monumentis ingentium rerum complesset.

11 quinquennium *PCB*$V\theta$: quinquennium illud *AN.ald.Frob.*1.2   12 Ludi *C*$A^8V\theta$*ald.Frob.*1.2: liui *PB*: qui *AN*: ludi ii N^4 (*uel* N^5)   dis πN (*cf.* 28. 28. 11): diis $B^2A^xN^1V\theta$

28 1 animos $A^8V\theta$*Frob.*2: animum π(*A? et* A^v)*N.ald.*   dignius *VFrob.*2: dignum $\pi N\theta$*ald.*   transisset (-se *P*) π^2N (-iisset A^8): transmisisset θ: traiecisset *V.ald.Frob.*1.2   3 aut cum (Syphace) $A^8N^4\theta$*ald.Frob.*1.2: aut πN: cum *V*   Statorius πN: statarius $N^2V\theta$ (-ios *ald.Frob.*1.2)   semilixa A^8(-lissa)$N^4V\theta$: ei milix (-ex *C*) a *PC*: ei milex *BA*(-lix)*N*(-les)   ducere *PC*$V\theta$: adducere *B*(adu-)*AN*: docere *Putsche, fort. recte*   sit $N^4V\theta$ *Edd.*: ut *PCB*: *om. AN*   rem futuram $A^8N^4V\theta$: -re (*i.e.* ducere) futura πN ⟨cum⟩ *Riemann*: *ignorant* $\pi NV\theta$ (*sc. ante* tum- *omissum*)   semermi N^4*Frob.*2, *cf.* 27. 1. 15 *adn.*: semiermi $C^5V\theta$*ald.*: semeruit *PCB*: enerui *A?N*: inermi A^x conlectis (*sed* coll-) $A^8V\theta$*Edd.*: coniectis (-tus *AN*) *PCB*N^4: conflatis A^x 4 educato $\pi N\theta$*ald.*: educto *VFrob.*2 (*cf.* 27. 19. 9 *adn.*)   5 Hispanias Gallias] -as -as π*N.ald.Frob.*1.2 (*cf. e.g. c.* 30. 13): -am -am $V\theta$

ducere exercitum aequalem stipendiis suis, duratum omnium rerum patientia quas uix fides fiat homines passos, perfusum miliens cruore Romano, exuuias non militum tantum sed
etiam imperatorum portantem. multos occursuros Scipioni 6
in acie qui praetores, qui imperatores, qui consules Romanos sua manu occidissent, muralibus uallaribusque insignes coronis, peruagatos capta castra captas urbes Romanas.
non esse hodie tot fasces magistratibus populi Romani quot 7
captos ex caede imperatorum prae se ferre posset Hannibal.

Has formidines agitando animis ipsi curas et metus auge- 8
bant, etiam quod, cum adsuessent per aliquot annos bellum ante oculos aliis atque aliis in Italiae partibus lenta spe in nullum propinquum debellandi finem gerere, erexerant omnium animos Scipio et Hannibal uelut ad supremum
certamen comparati duces. Iis quoque quibus erat ingens 9
in Scipione fiducia et uictoriae spes quo magis in propinquam eam imminebant animis eo curae intentiores erant.
Haud dispar habitus animorum Carthaginiensibus erat quos 10
modo petisse pacem, intuentes Hannibalem ac rerum
gestarum eius magnitudinem, paenitebat, modo cum respi- 11
cerent bis sese acie uictos, Syphacem captum, pulsos se Hispania, pulsos Italia, atque ea omnia unius uirtute et consilio Scipionis facta, uelut fatalem eum ducem in exitium suum natum horrebant.

5 ducere *πNVθ* : duceret *Gron.* ; ducente *Alan*; *hi ambo post* complesset *non interpungunt, sed* H–em *subaudire orationi satis congruit* quas uix *A^v?Edd.* : qua uix *N^4V* : quamuis (-ix *J*) *$A^8θ$* : qua fix *P* : qua *$π^2N$* tantum *PCBVθ* : modo *AN ald.Frob.*1.2 6 qui imperatores *πN.ald.* : *om. VθFrob.*2 sua manu *π N.ald.Frob.*1.2 : manu sua *Vθ* (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) uallaribusque *$A^8N^4Vθ$ Edd.* : -que *πN*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*b*) 7 se *$N^4Vθ$ Edd.* : *om. πN* 8 debellandi *πN Edd.* : bellandi *Vθ* 9 Iis (*uel* eis) *Lov.* 5 : his *V* : ei *πN* : hii *N^4J* : hi *K* : ii *A^8 et sic* (*cum* intentioris *inf.*) *ald.Frob.*1.2 eo *πN Edd.* : et *N^4 ut s. l. Vθ* curae intentiores erant *$A^8N^4Vθ$ et* (*sed* -ris) *ald.Frob.*1.2 : curas intentioris *πN* : curas intentiores uoluebant *Weissenb.* (*cum* ei *sup.*) 11 pulsos se (se in *B*) Hispania *$π^1N$ Edd.* : *bis a P scriptum* (*cf.* 29. 1. 23 *adn.*) : *om. Vθ* : *del.* se *N^4*

29 Iam Hadrumetum peruenerat Hannibal; unde, ad reficiendum ex iactatione maritima militem paucis diebus sumptis, excitus pauidis nuntiis omnia circa Carthaginem obtineri armis adferentium magnis itineribus Zamam con-
2 tendit.—Zama quinque dierum iter ab Carthagine abest.—Inde praemissi speculatores cum excepti ab custodibus Romanis deducti ad Scipionem essent, traditos eos tribuno militum, iussosque omisso metu uisere omnia, per castra qua
3 uellent circumduci iussit; percontatusque satin per commodum omnia explorassent, datis qui prosequerentur retro
4 ad Hannibalem dimisit. Hannibal nihil quidem eorum quae nuntiabantur—nam et Masinissam cum sex milibus peditum quattuor equitum uenisse eo ipso forte die adferebant—laeto animo audiuit, maxime hostis fiducia, quae
5 non de nihilo profecto concepta esset, perculsus. Itaque quamquam et ipse causa belli erat et aduentu suo turbauerat et pactas indutias et spem foederum, tamen si integer quam si uictus peteret pacem aequiora impetrari posse ratus,

29 1 Hadrumetum (adr- *K.ald.Frob.*1.2 : hasdr- *AN*) π*NK* : adrumentum $A^{8}VJ$. *Cf. Polyb. e.g.* 15. 5. 3 peruenerat *Vθald. Frob.*1.2 : uenerat π*N* militem *PCBA*$^{8}N^{4}θ$: *om. AN* (*qui om.* omnia *inf.* : *add.* $A^{8}N^{4}$) 2 ab (Cart.) $A^{8}Vθ$ (*cf. c.* 9. 11) : a π*N* ab (cust.) *Vθ* (*u. praec.*) : a π*N* tribuno $A^{8}Vθ$ (*cf. Polyb.* 15. 5. 5) : tribunis π*N.ald.Frob.*1.2 3 percontatusque] -tusque *Frob.*2 : -tosque π*Nθald.* (*cf. de* -os *et* -us *c.* 36. 8 *adn.*), *sed* -cunct- π*N θ*, *cf.* 27. 43. 5 *adn.* satin $A^{8}θ$*ald.Frob.*1.2 : satin si *V* : statim π*N* : statim si N^{4} per commodum π*NV* (como-) : percom-(*uel* -comm-)ode $N^{4}θ$*ald.Frob.*1.2 prosequerentur] pro- *CANVθFrob.* 1.2 : prae- *P* : p- *B.ald.* 4 forte] *hic* π*N.ald.Frob.*1.2 : *post* die *θ* (eo die f. ipso *V*) audiuit *Vθald.Frob.*1.2 : audit π*N* maxime hostis fiducia quae (que *Vθ*) *Vθald.Frob.*1.2, *Gron.* : maxime si (sui A^{x}) hostis fiduciaque π*N* : sed maxime h. fiducia *Alschefski*, ceterum maxime h. fiducia audaciaque *Madv.* (audaciaque *prius Weissenb.*), maxime spiritu h. fiduciaque *Zingerle* (*alia alii*), *omnes* (*sine* esset *inf.*) perculsus (*uel* -cuss-) est *retinentes, sed Gronouii coniecturam* (*u. adn. inf.*) *paene confirmant codd. Vθ* (*et* si *illud Puteani uariis modis oriri potuit*) de nihilo A^{8}(nich-)N^{3} *uel* $N^{4}Vθ$: de di | lo *P* : de nilo P^{2}? : de illo (ilo *B*) CB^{2} : dei (dī *A*). io *AN* : dum eo A^{2}? esset, perculsus *Gron.* : est perculsus *Vθald.Frob.*1.2 : percussus (-culs- $C^{5}A^{8}$) est π*N* 5 ipse *PCA*^{8}?$N^{4}θ$ *Edd.* : ipsa *BAN* pactas π*NK Edd.* : pacatas $N^{4}VJ$ aequiora π*N.ald.* : aequiorem $A^{8}Vθ$*Frob.*2

nuntium ad Scipionem misit ut conloquendi secum potestatem faceret.—Id utrum sua sponte fecerit an publico consilio, 6
neutrum cur adfirmem habeo. Valerius Antias primo 7
proelio uictum eum ab Scipione, quo duodecim milia armatorum in acie sint caesa, mille et septingenti capti, legatum cum aliis decem legatis tradit in castra ad Scipionem uenisse.

Ceterum Scipio cum conloquium haud abnuisset, ambo 8
ex composito duces castra protulerunt ut coire ex propinquo possent. Scipio haud procul Naraggara urbe cum ad cetera 9
loco opportuno tum quod aquatio intra teli coniectum erat consedit. Hannibal tumulum a quattuor milibus inde, 10
tutum commodumque alioqui nisi quod longinquae aquationis erat, cepit. Ibi in medio locus conspectus undique ne quid insidiarum esset delectus.

Summotis pari spatio armatis, cum singulis interpretibus **30**
congressi sunt, non suae modo aetatis maximi duces sed omnis ante se memoriae omnium gentium cuilibet regum imperatorumue pares. Paulisper alter alterius conspectu, 2
admiratione mutua prope attoniti, conticuere; tum Hannibal prior: 'Si hoc ita fato datum erat ut qui primus bellum 3
intuli populo Romano, quique totiens prope in manibus uictoriam habui, is ultro ad pacem petendam uenirem, laetor te mihi sorte potissimum datum a quo peterem. Tibi 4
quoque inter multa egregia non in ultimis laudum hoc fuerit Hannibalem cui tot de Romanis ducibus uictoriam di

7 ab (Scipione) *VK*: a *πNJ* sint *Vθ*: sunt *πN Edd. ante Gron.* 8 coire *N^4Vθald.Frob.*1.2: coiri *AN*: eo ierunt *PCB* 9 Naraggara *πN*: naggara *N^1*: narcara *Vθ*: nadagara *ald. Frob.*1.2 urbe *Vθ Edd.*: urbem *πN* (*cf.* 26. 40. 11 *adn.*) cum *πN*: tum *Med.* 3 *ald.Frob.*1.2: *om. Vθ* aquatio *$C^xA^8N^4V$ θ* (-lio *PCBN*): ag̅ lio (eo *A^x*) *A* 10 alioqui *P.ald.Frob.*1.2: alioquin *CBANVθ* erat *πN Edd.*: erant *A^v uel A^5Vθ* delectus *CANVθ* (dil- *PB*)

30 1 pari *A^vVθald.Frob.*1.2, *cf. e.g. Caes. B. G.* 1. 43. 2: par in *πN* (*cum* spatium *BAN*, *fort. recte*) 3 prope *πN.ald.Frob.*1.2: *om. Vθ* sorte *πN.ald.*: *om. VθFrob.*2 4 tot de *πN.ald.*: de tot *N^x*(*uix N^4*)*VθFrob.*2 di *PC* (*et* dis *P in* § 6), *cf.* 28. 28. 11 *adn.*: dii *AN*: *om. B*

dedissent tibi cessisse, teque huic bello uestris prius quam
5 nostris cladibus insigni finem imposuisse. Hoc quoque
ludibrium casus ediderit fortuna ut cum patre tuo consule
ceperim arma, cum eodem primum Romano imperatore
signa contulerim, ad filium eius inermis ad pacem petendam
6 ueniam. Optimum quidem fuerat eam patribus nostris
mentem datam ab dis esse ut et uos Italiae et nos Africae
7 imperio contenti essemus; neque enim ne uobis quidem
Sicilia ac Sardinia satis digna pretia sunt pro tot classibus,
tot exercitibus, tot tam egregiis amissis ducibus; sed prae-
8 terita magis reprehendi possunt quam corrigi. Ita aliena
appetiuimus ut de nostris dimicaremus nec in Italia solum
nobis bellum, uobis in Africa esset; sed et uos in portis
uestris prope ac moenibus signa armaque hostium uidistis
et nos ab Carthagine fremitum castrorum Romanorum
9 exaudimus. Quod igitur nos maxime abominaremur, uos
ante omnia optaretis, in meliore uestra fortuna de pace
agitur. Agimus ii quorum et maxime interest pacem esse,
et qui quodcumque egerimus ratum ciuitates nostrae habi-
turae sunt: animo tantum nobis opus est non abhorrente
a quietis consiliis.

4 prius *Vθ Frob.2*: plus *πN.ald.*: potius *H. J. Mueller, frustra* 5 casus ediderit (ederit *B*) fortuna *PCB*: fortunae casus ediderit A^8N^4*VθFrob.2* (*cf.* 29. 12. 5 *adn.*): casus dederit an fortuna *AN*: fortuna an casus ediderit *ald.* consule *Vθald.Frob.*1.2: *om.* *πN* 6 et uos *πN Edd.*: uos *Vθ* Italiae π^2*Nθ* (*sed* -lia P^2 *C*): itahacetnos | itahac *P* et nos *πN Edd.*: nos *Vθ* 7 tam egregiis *CANθ* (iam eg- *J*): tamē graegiis (egraegiis P^2B) *PB*: tamque egregiis *ald.Frob.*1.2, *fort. recte* praeterita (-tā P^2) magis π^2*Nθ*: praeteritā | agris *P* 8 appetiuimus (*uel* adp-) *Vθ* *ald.Frob.*1.2: adpetimus *πN* nec in Italia *PCB*A^8N^4 *ut s. l. Vθ*: nec (ne *N*) italie *AN* nobis bellum, uobis *Elsperger*: uobis bellum nobis A^8*NVθ*(*sed* u. fuit b. n. *K*)*ald.Frob.*1.2: uobis *PCAN*: nobis *B* esset *πN*: est N^4*Vθ* (*de* est *pro* esset *cf. fort. c.* 29. 4) 9 abominaremur A^8N^6 *in ras. Vθ*: ab-(au- *P*)ominamur *PCB*: auob' minamur *AN?* uos *PCθFrob.2*: uos autem *BAN* optaretis *πN*: optare debetis *Madv. olim* (*Em. p.* 433) quorum et A^8*Vθ Edd.*: quorum *πN* esse et A^8N^6*Vθ*: esset *PC*B^2: *om. B*

'Quod ad me attinet, iam aetas senem in patriam reuer- 10
tentem unde puer profectus sum, iam secundae, iam aduersae
res ita erudierunt ut rationem sequi quam fortunam malim:
tuam et adulescentiam et perpetuam felicitatem, ferociora 11
utraque quam quietis opus est consiliis, metuo. Non temere
incerta casuum reputat quem fortuna nunquam decepit.
Quod ego fui ad Trasumennum, ad Cannas, id tu hodie es. 12
Vixdum militari aetate imperio accepto omnia audacissime
incipientem nusquam fefellit fortuna. Patris et patrui per- 13
secutus mortem ex calamitate uestrae domus decus insigne
uirtutis pietatisque eximiae cepisti; amissas Hispanias re-
ciperasti quattuor inde Punicis exercitibus pulsis; consul 14
creatus, cum ceteris ad tutandam Italiam parum animi
esset, transgressus in Africam duobus hic exercitibus caesis,
binis eadem hora captis simul incensisque castris, Syphace
potentissimo rege capto, tot urbibus regni eius, tot nostri
imperii ereptis, me sextum decimum iam annum haerentem
in possessione Italiae detraxisti. Potest uictoriam malle 15
quam pacem animus. Noui spiritus magnos magis quam

11 tuam] *hic* πN*.ald.Frob.*1.2 : *post* adulescentiam $A^8V\theta$: *post* et (*ante* ad.) N^6 : *del.* A^xN^x Non πNJ *Edd.* : nam J^1 *ut s. l.* K : iam V reputat A^8N^6 *in ras.* (*ubi* N^4 *nescioquid scripserat*) $V\theta$: repugnat PC : repugnet BAN (*an* -gat*?*) decepit $A^8N^6V\theta$*ald. Frob.*1.2 : decipit πN 12 ad (a P) Trasumennum πN (-enum), *cf. c.* 20. 9 : ad transimenum V (-nsm-) θ ad (Cannas) πN*.ald. Frob.*1.2 : et ad $V\theta$. *Ab uocibus* ad Cannas *rursus nunc exstat* D (*u. c.* 21. 4) es $A^8N^6V\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om.* πN, *fort. recte* nusquam πN *Edd.* : nunquam N^3 *uel* $N^4V\theta$ fortuna $P^4CDA^8N^6$(*fort. antea* N^4)$V\theta$: sua fortuna P (*mire, nisi ex insiticia uoce* tua *corruptum*) : sunt fortuna BAN 13 patrui $P^4CDA^8V\theta$: patribi P : patruibi P^2 *ut uid.* : patrui ibi BAN ex (calam.) $A^8N^4V\theta$*ald.Frob.*1.2 : ad πN (*unde* ab *Gron.*) : a D reciperasti P (-cup- $\pi^2NV\theta$), *cf.* 29. 30. 7 14 creatus cum] *post has uoces periit* P *usque ad* domitos (*c.* 37. 3) hic $BDANV\theta$ *Edd.* : *om.* C simul incensisque CDA^4N^3 *uel* $N^4\theta$: simolim censisque (incensisque AN) BAN (incensis captisque V, simul *omisso*) nostri $AN\theta$: nostrum CBD (imperium C : -riu B : -rii D) ereptis B^1 *uel* $B^2A^8V\theta$ (-tus $CBAN$) 15 malle CDV*Frob.*2 : mallem B : inquam malle $AN\theta$*ald.* magnos magis CB*Frob.*2 : magnus magis $DV\theta$: magis magnos AN*.ald.* (*cf.* 29. 3. 10 *adn.*)

16 utiles; et mihi talis aliquando fortuna adfulsit. Quod si in secundis rebus bonam quoque mentem darent di, non ea solum quae euenissent sed etiam ea quae euenire possent reputaremus. Vt omnium obliuiscaris aliorum, satis ego
17 documenti in omnes casus sum quem modo castris inter Anienem atque urbem uestram positis signa inferentem ac iam prope scandentem moenia Romana uideris, hic cernas duobus fratribus, fortissimis uiris, clarissimis imperatoribus orbatum ante moenia prope obsessae patriae quibus terrui uestram urbem ea pro mea deprecantem.

18 'Maximae cuique fortunae minime credendum est. In bonis tuis rebus, nostris dubiis, tibi ampla ac speciosa danti est pax, nobis petentibus magis necessaria quam honesta.
19 Melior tutiorque est certa pax quam sperata uictoria; haec in tua, illa in deorum manu est. Ne tot annorum felicita-
20 tem in unius horae dederis discrimen. Cum tuas uires tum uim fortunae Martemque belli communem propone animo; utrimque ferrum, utrimque corpora humana erunt; nusquam
21 minus quam in bello euentus respondent. Non tantum ad

15 utiles (-lis $V\theta$); et $A^{8}N^{4}V\theta$*ald.Frob.*1.2: utiles *CAN* (-lis *D*: -le *B*), *cf.* 28. 2. 7 *adn.* 16 di, *cf.* 28. 28. 11: dei *CBDAN*: dii $A^{v}V\theta$ 17 quem $CDA^{8}N^{4}V\theta$: quae *B*: qui *AN* signa inferentem *CBD*: signa inferentem ad *AN.ald.*: *om.* $V\theta$*Frob.*2 (*cf.* 28. 2. 16 *adn.*), *u. adn. sq.* ac iam (acie $A^{8}\theta$) prope scandentem $A^{8}V\theta$*Frob.*2: *om. CBDAN.ald.* (*cf.* 26. 51. 8 *adn.*); *duarum linearum* (*quarum una fort. primo perdita mox in marg. archetypi addita erat*) *alteram Sp, alteram P omisit* (*de dittographiae falsa suspicione cf.* 29. 7. 7 *adn.*) uideris *scripsi*: uideras $A^{8}N^{6}\theta$*ald.Frob.*1.2 (*fort.* -as *antiquitus ex* cernas *praesumpto*): *om. CBDANV*, *quos cum Madv.* 1886 *sequi malit Johnson, uoces* modo . . . hic . . . *pro* ut modo scandebam . . . ita hic . . . *interpretatus, et* uideras *additum esse ratus postquam post* casus sum *interpunxit aliquis* hic cernas (hi *BDN*) $CBDA^{8}NVJ$ *ald.*: hunc cernas *K*: hic cernis *Frob.*2: *in A erasum* orbatum $A^{8}N^{2}V\theta$ (orn-*CBDAN*) ea (eam *J*) pro mea $BA^{8}N^{2}\theta$: ea (eam *D*) pro me (mei *V*) *DANV*: me *C* 18 In bonis $N^{4}V\theta$*ald. Frob.*1.2: omnibus *CBDAN* tibi ampla $A^{8}N^{6}$ *in ras.* $V\theta$ *Edd.*: iam apta *CBDAN?* honesta $DA^{8}V\theta$: hosta *C ut uid.*: hosti C^{x}: hostia *BA?N* 19 certa pax $A^{8}N^{2}$ *uel* N^{4} *rescriptis punctis* $V\theta$: certare $CBDA^{1}$(-res *A*)*N*, *mire* Ne *CBDAN.ald.Frob.*1.2: nec A^{8} *ut s. l.* $N^{4}V\theta$ 20 ferrum, utrimque CA^{8}: ferrum $N^{4}V\theta$*ald.Frob.*1.2: *om. BDAN*

id quod data pace iam habere potes, si proelio uinces, gloriae adieceris, quantum ⟨dempseris⟩, si quid aduersi eueniat. Simul parta ac sperata decora unius horae fortuna euertere potest. Omnia in pace iungenda tuae potestatis 22
sunt, P. Corneli: tunc ea habenda fortuna erit quam di dederint. Inter pauca felicitatis uirtutisque exempla M. 23
Atilius quondam in hac eadem terra fuisset, si uictor pacem petentibus dedisset patribus nostris; sed non statuendo felicitati modum nec cohibendo efferentem se fortunam quanto altius elatus erat, eo foedius corruit.

'Est quidem eius qui dat, non qui petit, condiciones dicere 24
pacis; sed forsitan non indigni simus qui nobismet ipsi multam inrogemus. Non recusamus quin omnia propter 25
quae ad bellum itum est uestra sint, Sicilia Sardinia Hispania quidquid insularum toto inter Africam Italiamque continetur mari; Carthaginienses inclusi Africae litoribus 26
uos, quando ita dis placuit, externa etiam terra marique uideamus regentes imperio. Haud negauerim propter non 27
nimis sincere petitam aut exspectatam nuper pacem sus-

21 uinces *D*: uincens *CBA*: uincis $A^{8}N^{4}V\theta$: uincas *ald.Frob.*1.2: uinceris *N*: uiceris *Lov.* 2, *fort. recte* dempseris *Madv.*: ademeris *ald.Frob.*1.2: demeris (*!*) *Woelfflin*: *nesciunt* $CBDANV\theta$; *aut hic aut post* eueniat *patet aliquid ex codd. excidisse; fort. ut linea expleatur* (*cf.* 26. 6. 16 *adn.*) *conicias* inde ipse ademeris 22 potestatis] -tis $DA^{1}NV\theta$: -tes *BA*: -ti *C* di *B* (*cf.* 28. 28. 11): dii $CANV\theta$ (*sed in* § 26 dis *CBDN*) 23 Inter pauca $A^{8}N^{4}VJ$ *Edd.*: inter *K*: in tanta *C*: intenta *BAN*: inter cetera DA^{5} *ut s. l.* Atilius *BK* (*ut P in* 28. 42. 1): attilius $CDA^{8}NVJ$: amplius *A* fuisset, si $DV\theta$*Frob.*2: fuisse et si (si ui *B*) CB^{1}: fuisse fertur qui sic (si *AN*) *AN.ald.* dedisset patribus nostris $CBDA^{8}N^{4}V\theta$ (p. n. dedisset *K*) *Frob.*2: abnuit *AN*: patribus nostris abnuit *ald.* sed non statuendo $N^{4}V\theta$: non statuendo *CBD*: non statuendo tamen *AN*: sed non statuendo tandem *ald.Frob.*1.2 efferentem se fortunam $A^{8}V\theta$ *Edd.*: efferente se (-tes e *C*) fortuna *CBDAN* 24 indigni simus (sumus *VJ*) CA^{v} *uel* $A^{5}N^{4}V\theta$: in-(in in- *DAN*)dignissimis *BDAN* ipsi *CBD*: ipsis $ANV\theta$*ald.Frob.*1.2 multam $N^{2}J$: mulctam A^{v}?*V*: multa *CBDANK* 25 Non $V\theta$ *Frob.*2: qui non *CBDAN.ald.* ad bellum itum $N^{4}V\theta$: ea bellum itum *CBD*: bellum initum *AN.ald.Frob.*1.2 26 uos $DANV\theta$: suos *CB* imperio *Madv.*, *optime*: imperia $CBDANV\theta$

pectam esse uobis Punicam fidem: multum per quos
28 petita sit ad fidem tuendae pacis pertinet, Scipio—uestri
quoque, ut audio, patres nonnihil etiam ob hoc quia parum
29 dignitatis in legatione erat negauerunt pacem—; Hannibal
peto pacem qui neque peterem, nisi utilem crederem, et
propter eandem utilitatem tuebor eam propter quam petii;
30 et quemadmodum quia a me bellum coeptum est ne quem
eius paeniteret quoad ipsi inuidere di praestiti, ita adnitar
ne quem pacis per me partae paeniteat.'

31 Aduersus haec imperator Romanus in hanc fere senten-
tiam respondit: 'Non me fallebat, Hannibal, aduentus tui
spe Carthaginienses et praesentem indutiarum fidem et
2 spem pacis turbasse; neque tu id sane dissimulas qui de
condicionibus superioribus pacis omnia subtrahas praeter
3 ea quae iam pridem in nostra potestate sunt. Ceterum ut
tibi curae est sentire ciues tuos quanto per te onere leuentur,
sic mihi laborandum est ne quae tum pepigerunt hodie
subtracta ex condicionibus pacis praemia perfidiae habeant.

27 fidem (*prius*) *CBDAN.ald.Frob.*1.2 : fidem tuende pacis $A^8N^4V\theta$ (*cf.* 29. 12. 5 *adn.*) multum $A^8N^4V\theta$ *Edd.* : multos *CBDAN* petita *CBDAN Edd.* (rep- $A^8N^4V\theta$) 29 petii DA^xN^3K : peti *CBANVJ* 30 ne quem *BANV*θ : neque me *C* : neque *D* eius *CBDAN Edd.* : *om. V*θ quoad ipsi *DV*θ*Frob.*2 : quoad (quod ad *B*) id ipsi *CBAN* : quoad ipsi non *ald.*

31 1 aduentus tui spe $A^8N^5V\theta$*ald.Frob.*1.2 : ab aduentus tui spe *Alschefski. fort. ab* N^4 *confirmatus, fort. recte* (*cf. e.g.* 27. 17. 5) : auere (habere *CDAN*) aduentus tui spem *CBDAN*, *unde* aura aduentus tui (*om.* spe) *coniecerat olim Madv. Em. p.* 756, *sed aut uox* habere *in Puteani fontibus uidetur addita esse ubi* spe *in* spem *corruptum est, aut* (*quod magis credibile est*) *postquam* auere *ex* aduen- *bis scripto ortum est*, spe *in* spem *mutatum* 2 superioribus *CBDAN.ald.Frob.* 1.2 : superioris $N^4V\theta$, *quod ipse fort. rectum esse suspicor, nam inf.* § 3 *Scipio uoce* pepigerunt *utitur de suarum condicionum a Carth. acceptione; et personae Scip. sane consentaneum est sic de se loqui* (*de* -ib. *pro* -is *cf.* 27. 2. 8 *adn.*) 3 ut *CBDV*θ : sicut *AN.ald.Frob.* 1.2 sentire $CBDN^4V\theta$*ald.Frob.*1.2 : *om. AN* est (ne) *BDAN V.ald.Frob.*1.2 : *om. C, non male* ne *ald.Frob.*1.2 : ne si *CBD ANV*θ (si *ab* sic *orto, nisi fort. fuit dittogr. ex coniectura alicuius* si *uel* si quae *pro* quae *substituere cupientis* (*nam prima specie* pepigerunt *cum c.* 16. 13 *et* 14 *uix quadrat*)) tum *CBDAN*, *cf.* 24. 45. 9 *adn.* : tunc N^2 *uel* $N^5V\theta$*ald.Frob.*1.2

Indigni quibus eadem pateat condicio, etiam ut prosit uobis 4
fraus petitis. Neque patres nostri priores de Sicilia neque nos de Hispania fecimus bellum; et tunc Mamertinorum sociorum periculum et nunc Sagunti excidium nobis pia ac
iusta induerunt arma. Vos lacessisse et tu ipse fateris et 5
di testes sunt qui et illius belli exitum secundum ius fasque dederunt et huius dant et dabunt.

'Quod ad me attinet, et humanae infirmitatis memini et 6
uim fortunae reputo et omnia quaecumque agimus subiecta
esse mille casibus scio; ceterum quemadmodum superbe et 7
uiolenter me faterer facere si priusquam in Africam traiecissem te tua uoluntate cedentem Italia et imposito in naues exercitu ipsum uenientem ad pacem petendam aspernarer,
sic nunc cum prope manu conserta restitantem ac tergiuer- 8
santem in Africam attraxerim nulla sum tibi uerecundia
obstrictus. Proinde si quid ad ea in quae tum pax conuen- 9
tura uidebatur, quasi multa nauium cum commeatu per

4 petitis *CBDAN.ald.Frob.*1.2 : petis *N*^{4} *ut s. l.* : petistis *Vθ* (*non* *N*^{4}) priores *CBDAN*^{4}*Vθ* : prius *Leo, infeliciter* fecimus *A*^{8}*N*^{4}*Vθald.Frob.*1.2 : facimus *CBDAN* et tunc *N*^{4}*VθFrob.*2 : et tum *CBDAN.ald.* 5 lacessisse *Vθ*(-cesi- *J*)*ald.Frob.*1.2 : lacessere *CBDAN* (-ssixe *N*^{6}) di] dei *BDAN* : de in *C* : dii *A*^{8} *Vθ* (*cf.* 28. 28. 11 *adn.*) sunt *A*^{8}*N*^{5}*Vθald.Frob.*1.2 : ut *CBAN* : sunt ut *D* ius fasque *CA*^{8}*N*^{4}*Vθald.Frob.*1.2 : iustasq: *BD* : ius meritum *AN* 6 quaecumque *CB*(quec-)*DAN.ald.Frob.*1.2 : que *Vθ* esse *CBDN*^{4}*Vθald.Frob.*1.2 : *om. AN* 7 faterer facere *N*^{4}*VθFrob.*2 : facere faterer *ald.* : fatere *C*(fate)*BN uel N*^{1} : facere *?A*^{7}*N* te] *hic CBDAN.ald.Frob.*1.2 : *post* ipsum *Vθ* Italia *B*^{1} *uel B*^{2}*D*(yt-)*A*^{4}*?VK.ald.Frob.*1.2 : italiae *CBA?N* : italiam *J* 8 nunc cum *BDANVθald.Frob.*1.2 : nunc eum *C* conserta *ed. Mog.* 1518 : consertum *CBDANVθ*, *quod ut supinum defendit Weissenb. citando Gell.* 20. 10. 1–9, *sed* manum (*non* manu) consertum uocare *formula antiqua iuris fuit* restitantem *CB*(-tum)*DA*^{8}*?* *N*^{x}*V.θald.Frob.*1.2 : resistentem *N*^{4} : resitantem *A?N*^{1} *ut s. l.* (-tent- *N*) attraxerim (*uel* adt-) *CBDAN.ald.Frob.*1 : traduxerim *N*^{4}*V* *θFrob.*2 9 in quae *A*^{8}*VJ.ald.Frob.*1.2 : quae *CBDANK* : quibus *A*^{4} quasi *A*^{5} *Gron.* (*adn.*) *Douiatius* : quae si *CBA?* : que si *A?N* (que simultas *N* : que simulta *N*^{2} : que multa *N*^{4}) : si *D* : que sunt *A*^{8}*Vθ* : quae sunt nosti (*in parenthesi*) *ald.Frob.*1.2 *et* (*sed* sint) *Gron. in contextu, qui omnes* mulctae *praebent* : quae sit *Alschefski, non male* cum commeatu *CDAN.ald.Frob.*1.2 : cummeatu *B* : commeatus (*uel* comme-) *Vθ*

indutias expugnatarum legatorumque uiolatorum, adicitur,
est quod referam ad consilium: sin illa quoque grauia
uidentur, bellum parate quoniam pacem pati non potuistis.'
10 Ita infecta pace ex conloquio ad suos cum se recepissent,
frustra uerba temptata renuntiant: armis decernendum esse
32 habendamque eam fortunam quam di dedissent. In castra
ut est uentum, pronuntiant ambo arma expedirent milites
animosque ad supremum certamen, non in unum diem sed
2 in perpetuum, si felicitas adesset, uictores. Roma an Car-
thago iura gentibus daret ante crastinam noctem scituros;
neque enim Africam aut Italiam sed orbem terrarum uic-
toriae praemium fore; par periculum praemio quibus ad-
3 uersa pugnae fortuna fuisset. Nam neque Romanis effugium
ullum patebat in aliena ignotaque terra, et Carthagini,
supremo auxilio effuso, adesse uidebatur praesens excidium.
4 Ad hoc discrimen procedunt postero die duorum opu-
lentissimorum populorum duo longe clarissimi duces, duo
fortissimi exercitus, multa ante parta decora aut cumulaturi
5 eo die aut euersuri. Anceps igitur spes et metus miscebant
animos; contemplantibusque modo suam, modo hostium
aciem, cum oculis magis quam ratione pensarent uires,

9 expugnatarum *BDA et* *A*^{v}?*N.ald.Frob.*1.2: expugnarum *C*: op- (*uel* ob-)pugnatarum *A*^{8}*V*θ sin *CBDAN*(*sed* si nulla *N*: si illa *N*^{4})*ald.Frob.*1.2: si nihil *A*^{8}*V*: si *N*$^{4}\theta$ uidentur *DA*^{8}*N*^{4}*V*θ*ald.Frob.*1.2: uiderunt *CBAN* 10 infecta pace *BDANV*θ: in (*del.* in *C*^{1}) pace infecta *C* temptata *Haverkampianus* (uerbis tentatam rem *Sigonius*): p̄cata *CN?*: praecata *BD* (prec-): pcata *A*: pacata *A*^{8}*N*^{4}*V*θ*ald.Frob.*1.2: iactata *Gron.*, *optime, sed sic corruptela minus facile explicatur*: facta *Weissenb.*: *alia alii* *post* renuntiant *om.* armis . . . pronuntiant (*c.* 32. 1) *D* di] *u.* § 5: dei *CBN*: dii *AV*θ

32 1 uictores *CBDA et A*^{x}*NV.ald.Frob.*1.2: uicturos *A*$^{8}\theta$ 2 daret *A*^{8}*N*$^{6}\theta$ *Edd.*: darent *CBDANV* fore *CANV*θ *Edd.*: fere *BD* par *CA*^{8}*N*^{4}*V*θ *Edd.*: per *BDAN* aduersa *K*, *J. Perizonium confirmans*: aduersae *CB*(-se)*DANVJ.ald.Frob.*1.2 3 ignotaque terra, et (*om.* et *K*) Carthagini (-giñ *N*^{4}: -ginensibus *V*), supremo (supp- *N*^{4}) *A*^{8}*N*^{4}*V*θ *Edd.*: ignota *CBDAN*, *fort. ii lineis* (*xxviii litt., si, ut saepe,* quae *pro* que *in exemplari stabat*) *in P omissis, cf.* 26. 51. 8 *adn.* 5 spes et *A*^{8}*N*^{4}*V*θ*ald.Frob.*1.2: spes *BDAN* (metusque *D*): *om. C* cum *CDANV*θ*ald.Frob.*1.2: cui *B*: cum non *Weissenb., Madv. Em. p.* 436, *frustra*

simul laeta, simul tristia obuersabantur: quae ipsis sua sponte non succurrebant, ea duces admonendo atque hortando subiciebant. Poenus sedecim annorum in terra Italia 6
res gestas, tot duces Romanos, tot exercitus occidione occisos et sua cuique decora ubi ad insignem alicuius pugnae memoria militem uenerat referebat: Scipio Hispanias et 7
recentia in Africa proelia et confessionem hostium quod neque non petere pacem propter metum neque manere in ea prae insita animis perfidia potuissent. Ad hoc conlo- 8
quium Hannibalis in secreto habitum ac liberum fingenti qua uolt flectit. Ominatur, quibus quondam auspiciis patres 9
eorum ad Aegates pugnauerint insulas, ea illis exeuntibus in aciem portendisse deos. adesse finem belli ac laboris; 10
in manibus esse praedam Carthaginis, reditum domum in patriam ad parentes liberos coniuges penatesque deos. Celsus haec corpore uoltuque ita laeto ut uicisse iam cre- 11
deres dicebat.

Instruit deinde primos hastatos, post eos principes; triariis postremam aciem clausit. Non confertas autem cohortes 33
ante sua quamque signa instruebat sed manipulos aliquantum

5 tristia obuersabantur *CDANVθ*: tristitia (tristia B^1 *uel* B^2) obseruabantur *B* ipsis *BD*(*sed* sub ipsis)$A^v N^4 V\theta$ *Edd.*: ipsi *CA N*, *cf.* 27. 3. 2 *adn.* hortando $CDA^8 N^4 V$ *Edd.*: horrendo B^1 (*om.* atque . . . do *B*)A^5: horrebant *N* (*et fort. A*) subiciebant $N^4 V\theta$ (-iici- *K*): subiciunt *AN.ald.Frob.*1.2, *non male*: subicient *B D*: subitiant *C* 6 in terra Italia *CBDVθald.Frob.*1.2, *cf.* 25. 7. 4; 29. 10. 5 *al.*: intra italiam *AN* occidione *BDANVJ Edd.*: *om. K*: occisione *C* sua *BDANVθ Edd.*: sui *C* 7 Hispanias et $CA^8 N^6$ *uel* N^5(*fort. praeeunte* N^4)*Vθald.Frob.*1.2: hispaniae sed (*uel* set) *BDA?N* prae insita $A^8 N^4$ *Vθald.Frob.*1.2: insita N^5: prescita *C*: praesita *BD?A* (-sci- B^1 *uel* B^2): p̄sit *N* 8 ac *BDANVθald.Frob.*1.2: et *C* qua $A^8 N^4$*Vθald.Frob.*1.2: quae *C BDAN* flectit *C*(*sed sq.* minatur)*BDANθ*: flecti *V.ald.Frob.*1.2 9 portendisse deos $CA^8 N^4$*Vθald.Frob.*1.2: portendisset eos *BDAN* 10 finem B^1 *uel* $B^2 DA^v ?N^4$*θald.Frob.*1.2: fidem *CBA N* parentes *CBDAN.ald.Frob.*1.2: patres (*non, ut ait Luchs*, penates) N^4 (*del.* N^x): penates *Vθ* coniuges penatesque deos *CBDAN*: coniuges penatesque deos; adeo A^8(*sed om.* deos)N^4*ald. Frob.*1.2: coniugesque adeo *VJ*: et coniuges adeo *K*: coniuges penatesque A^x 11 ita laeto *BDAN*(leto)*Vθald.Frob.*1.2: laeto ita *C* post eos *BDANVθald.Frob.*1.2: postea *C*
33 1 aliquantum *CBDAN.ald.Frob.*1.2 (-to *Vθ*)

inter se distantes ut esset spatium qua elephanti hostium
2 acti nihil ordines turbarent. Laelium, cuius ante legati, eo anno quaestoris extra sortem ex senatus consulto opera utebatur, cum Italico equitatu ab sinistro cornu, Masinissam
3 Numidasque ab dextro opposuit. Vias patentes inter manipulos antesignanorum uelitibus—ea tunc leuis armatura erat—compleuit, dato praecepto ut ad impetum elephantorum aut post directos refugerent ordines aut in dextram laeuamque discursu applicantes se antesignanis uiam qua inruerent in ancipitia tela beluis darent.

4 Hannibal ad terrorem primos elephantos—octoginta autem erant, quot nulla unquam in acie ante habuerat—
5 instruxit, deinde auxilia Ligurum Gallorumque, Baliaribus Maurisque admixtis : in secunda acie Carthaginienses Afros-
6 que et Macedonum legionem : modico deinde interuallo relicto subsidiariam aciem Italicorum militum—Bruttii plerique erant, ui ac necessitate plures quam sua uoluntate

1 ut] *hic* A^v *uel* $A^6N^4V\theta$*ald.Frob.*1.2 : *ante* aliquantum *AN* (*del.* A^x N^4) : *om. CBD* acti *CBDAN* (*cf. e.g.* § 14) : capti N^4 *ut s. l.* : rapti *V*: accepti θ*ald.Frob.*1.2 3 antesignanorum] -gnan- BA^v *uel* A^6N^4 *Edd.* : -gnat- *CD* : -gn- *AN* : -gnari- *V*θ ea tunc *A* N^5(*in ras. ubi nescioquid scripserat* N^4)θ *Edd.* : eat uno *C* (*sed siglo ambiguo* (ο) *utitur*, *cf.* 1. 7. 5 ; 10. 20. 5 ; 22. 39. 18 *adnn.*) : ea tu no *BD* (*sed* nolebis *pro* -nc leuis, *et mox* complebit *BD*) directos *Alschefski* (*cf.* 2. 49. 11 *et* 27. 48. 4 *adnn.*) : in rectos *CBDANV*θ : rectos A^8 *ut uid. ald.Frob.*1.2 : remos A^6 refugerent B^1 *uel* B^2 *ANV*θ : refugerunt *C*(-ēr)*BD*(eff-), *cf.* 27. 42. 10 *adn.* applicantes A^8N^r *et* $N^4V\theta$: applicante *CBDAN.* Applic- *praebet P in* 23. 27. 7 *al.* : adplic- *in* 27. 2. 5 se antesignanis uiam A^8(-siganis) $N^4V\theta$ (-signariis *K*) *Edd.* (*sed* -signa nisu iam N^4 : -signa nisu *V*) : signis uiam *CBDAN* qua $A^xV\theta$*ald.Frob.*1.2 : quam *CBDAN*, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* in ancipitia A^8(-cia)θ*ald.Frob.*1.2 : in ancipia *CBD*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* : mancipia *AN* : in atiem *V* 4 primos *CBD* : primum *ANV*θ*ald.Frob.*1.2, *fort. recte* (*cf.* 27. 30. 12 *adn.*) quot nulla $A^8\theta$*ald.Frob.*1.2 : quod nullam *CBDAN* (*sed* nulla *AN*) : quot nulla ul *V* in acie (at- *C*) ante *CB*(-iae)*DANV.ald.Frob.*1.2 : ante in acie θ, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* 5 auxilia Ligurum *BD*(legurium)*AN*θ(auxilī *J*)*ald.Frob.*1.2 : auxilii aligurum *C* Baliaribus *BD*(ual- *hi*)*AN* (*cf.* 27. 18. 7 *adn*) : ualearibus *C* : balearibus $A^8V\theta$*ald.Frob.*1.2 Maurisque *BDAN*θ*ald.Frob.*1.2 : mauris *C*, *cf.* § 10 *adn.* 6 subsidiariam *BDAN*θ, *quibuscum consentit C qui* -r- '*longicaudatam*' *scripsit ubi Luchs perperam* -m- *pro* -ri- *citat*

decedentem ex Italia secuti—instruxit. Equitatum et ipse 7
circumdedit cornibus; dextrum Carthaginienses, sinistrum Numidae tenuerunt. Varia adhortatio erat in exercitu inter 8
tot homines quibus non lingua, non mos, non lex, non arma, non uestitus habitusque, non causa militandi eadem esset. Auxiliaribus et praesens et multiplicata ex praeda 9
merces ostentatur: Galli proprio atque insito in Romanos odio accenduntur: Liguribus campi uberes Italiae deductis ex asperrimis montibus in spem uictoriae ostentantur: Mauros Numidasque Masinissae impotenti futuro dominatu 10
terret: aliis aliae spes ac metus iactantur. Carthaginiensi- 11
bus moenia patriae, di penates, sepulcra maiorum, liberi cum parentibus coniugesque pauidae, aut excidium seruitiumque aut imperium orbis terrarum, nihil aut in metum aut in spem medium, ostentatur.

Cum maxime haec imperator apud Carthaginienses, duces 12
suarum gentium inter populares, pleraque per interpretes inter immixtos alienigenis agerent, tubae cornuaque ab Romanis cecinerunt, tantusque clamor ortus ut elephanti in 13
suos, sinistrum maxime cornu, uerterentur, Mauros ac

7 ipse *CBDA*^{8}*N*: ipsum *?N*^{4}*Vθald.Frob.*1.2: *quidquid uoluit N*^{4} *del. N*^{5} 8 inter tot *BDAN.ald.Frob.*1.2: inter *Vθ*: *om. C* non lex *CBAN.ald.Frob.*1.2: nō|ollet *D*: *om. Vθ* 9 et (multiplicata) *CBDAN.ald.Frob.*1.2: *om. Vθ* merces] *hic CBDVθ*: *ante* ex praeda *AN.ald.Frob.*1.2, *cf.* 29. 3. 10 *adn.* ostentatur (: Galli) *BDANVθ Edd.*: ostentabatur *C.* (*De uocibus* ostentatur, ostentantur, ostentatur (§ 11) *repetitis cf. c.* 12. 3 *adn.*) asperrimis *CANθ* (*sed* -eri- *CJ*) *Edd.*: asperum his *BD*: appenini *V* 10 Numidasque (-daq. *N*^{2}) *BDANθald.Frob.*1.2: numidas *C* Masinissae] *hic CBDAN.ald.*: *post* impotenti *VθFrob.*2 (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) futuro *NVFrob.*2: futuros *CBDAN*^{1}*θald.*, *cf.* 26. 40. 14 *adn.* terret *A*^{1}*?Vθ Edd.* (-ent *CBDAN*, *cf.* 27. 17. 4 *adn.*) aliis (alii *BD*) aliae *BDANVθ*: aliae alii *C* 12 suarum *CBDANVθ*: *coniec.* uariarum *Freinsheim*, aliarum *Harant, ambo frustra* pleraque *CBDANVθ*: plerique *Freinsheim, locutionem Liuianam deprauans* inter immixtos *CB*^{1} *uel B*^{2}(-istos *B*)*DANV* (interim mixtos *DAN*): intermixtos *θald.Frob.*1.2 alienigenis *CBDANV.ald.Frob.*1.2: alienigeneris *θ*: alienigenas *Freinsheim, alii, sed et facilior et concinnior est Datiuus* agerent *K*, *Freinsheimium confirmans*: ageret *CBDANVJald.Frob.*1.2 13 sinistrum *Luchs* (*cf.* § 16): sinistris *CBD* (*cf.* 27. 17. 1 *adn.*): sinistro *ANVθald.Frob.*1.2 uerterentur *CBDAN*: conuerterentur *V*(cor-)*θald.*: uerterent *Frob.*2

Numidas. Addidit facile Masinissa perculsis terrorem
14 nudauitque ab ea parte aciem equestri auxilio. Paucae tamen bestiarum intrepidae in hostem actae inter uelitum ordines cum multis suis uolneribus ingentem stragem ede-
15 bant. Resilientes enim ad manipulos uelites cum uiam elephantis ne obtererentur fecissent, in ancipites ad ictum utrimque coniciebant hastas, nec pila ab antesignanis cessa-
16 bant donec undique incidentibus telis exacti ex Romana acie hi quoque in suo dextro cornu ipsos Carthaginiensium equites in fugam uerterunt. Laelius, ut turbatos uidit hostes, addidit perculsis terrorem.

34 Vtrimque nudata equite erat Punica acies cum pedes concurrit, nec spe nec uiribus iam par. Ad hoc dictu parua sed magna eadem in re gerenda momenta: congruens clamor ab Romanis eoque maior et terribilior, dissonae illis,
2 ut gentium multarum discrepantibus linguis, uoces; pugna Romana stabilis et suo et armorum pondere incumbentium in hostem, concursatio et uelocitas illinc maior quam uis.

13 facile *CBDAN Edd.*: facili N^{2}(*non* N^{4})$V\theta$ nudauitque *C* B^{1} *uel* B^{2}*ANV*θ *Edd.*: nudauit *BD* 14 intrepidae *CBDAN Frob.*2: trepide $V\theta$: intrepide *ald.* actae *CAN*θ*ald.Frob.*1.2: hacte *B*: hastae *D*: uecte *V* 15 hastas, nec pila ab antesignanis $A^{8}N^{4}V\theta$ (-nariis *VK*) *Edd.*: tesignanis *CBD*(*sed om.* te *D*, *scribit* antesignanis B^{1})*AN*, *linea xvii litt. in P fort. ob* -bant: -b an(t) *perdita*, *cf.* 26. 51. 8 *adn.* 16 quoque *BDANV*θ *Edd.*: *om. C* suo dextro (dextero *BDAN*) *CBDAN.ald.Frob.*1.2: suos dextrum *V*(*om.* cornu)θ Carthaginiensium *BDANV*θ *Edd.* (-ses *C*) in (fugam) *ANV*θ*ald.Frob.*1.2: *om. CBD*

34 1 concurrit *BDANV*θ *Edd.*: cucurrit *C* spe *AN*(ut spe *pro* nec spe *N*)$V\theta$ *Edd.*: spem *CBD*, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* Ad hoc (hec θ) dictu *CBDAN*θ *Edd.*: ad (*i.e.* at *ut uid. uoluit*) occiditur N^{4} (*et* parua *addens*, *quamquam* parua *insequens in init. lineae proximae oblitus est delere*), *quem sequuntur V Med.* 3 (*sed* at *pro* ad) magna . . . momenta *CBDANV*, *cf. e.g.* 27. 45. 5: magni . . . momenti res *K.ald.Frob.*1.2, *non male*: magna . . . momenta res A^{8} *J*: magni . . . momenti *Madv.* 1872 in re gerenda A^{v} *et fort.* A^{8}(re *ab* A^{x} *eraso*)*K Edd.*: in rege reddam *CBD*: in regenda *A?NV J* ab (Romanis) $V\theta$, *cf.* 28. 36. 5 *adn.*: a *CBDAN.ald.Frob.* 1.2 eoque *ANV*θ*ald.Frob.*1.2: eaque *CBD* illis *CBD AN*θ *Edd.*: illius $N^{4}V$ 2 et (uelocitas) *BDANV*θ*ald.Frob.* 1.2: ac *C*

Igitur primo impetu extemplo mouere loco hostium aciem 3
Romani. Ala deinde et umbonibus pulsantes in summotos
gradu inlato aliquantum spatii uelut nullo resistente inces-
sere, urgentibus et nouissimis primos ut semel motam 4
aciem sensere, quod ipsum uim magnam ad pellendum
hostem addebat. Apud hostes auxiliares cedentes secunda 5
acies, Afri et Carthaginienses, adeo non sustinebant ut
contra etiam, ne resistentes pertinaciter primos caedendo
ad se perueniret hostis, pedem referrent. Igitur auxiliares 6
terga dant repente et in suos uersi partim refugere in se-
cundam aciem, partim non recipientes caedere, ut et paulo
ante non adiuti et tunc exclusi; et prope duo iam permixta 7
proelia erant, cum Carthaginienses simul cum hostibus
simul cum suis cogerentur manus conserere. Non tamen 8
ita perculsos iratosque in aciem accepere sed densatis ordi-
nibus in cornua uacuumque circa campum extra proelium
eiecere, ne pauido fuga uolneribusque milite sinceram et
integram aciem miscerent.

Ceterum tanta strages hominum armorumque locum in 9
quo steterant paulo ante auxiliares compleuerat ut prope

3 mouere *BDANVθ* : *om. C* umbonibus *A^{8}Vθald.Frob.*1.2, *cf.* 9. 41. 19 : umboni *CBDA* (-ne *A^{6}*) inlato *BDAN* : illato *Vθ* : in loco *C* 4 ad pellendum *B^{1} uel B^{2}A*(ad imp- *A^{6}*)*NVθ Edd.* : appellandum *CB*(ape-)*D* 5 auxiliares (-ris) *DA*(-ribus *A^{6}*)*NVθ* : auxiliariis *CB* acies *CBDAN* : acie *A^{x}Vθ* primos *A^{8}Vθald.Frob.*1.2 : primo *CBDAN* 6 uersi *CAVθald. Frob.*1.2 : reuersi *BDN* (re- *ex* refug- *praesumpto*, *cf.* 29. 5. 6 *adn.*) refugere *CBDAN.ald.Frob.*1.2 : refugerunt *Vθ* ut et *CB* : uti *DAN.ald.Frob.*1.2 : uti et *θ* : et *V* 7 duo iam *BBANVθald. Frob.*1.2 : iam duo *C* 8 in aciem *$A^{8}N^{4}$Vθald.Frob.*1.2 : aciem *C BD*, *cf.* 26. 13. 7 *adn.* : *om. AN* accepere *CANθald.Frob.*1.2 : accipere *BDV* densatis *$A^{5}N^{4}$Vθald.Frob.*1.2 : datis *CBDAN*, *cf.* 27. 1. 11 *adn.* eiecere *N^{4}Vθald.Frob.*1.2 : eicere *CBDAN*, *uix recte* ne *CBDAN Edd.* : *om. N^{2}Vθ* pauido *CBD* : pauidos *ANVθald.Frob.*1.2 (*cum* milites *infra*) uolneribusque (*sed* uul-) *N.ald.Frob.*1.2 : uulneribus *CBDA*, *cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) (et uuln- *Vθ*) milite sinceram (-tes in ce- *D*) et *CBD* : milites in ceteram *AN* (*add.* et *N^{4}*) : milites in (milites ne *Vθ*) certam et *V θald.Frob.*1.2 9 strages *N^{2} uel N^{4} ut s. l. VθFrob.*2 : strage *C BDAN.ald.* compleuerat *BDVθFrob.*2 (-rant *CAN.ald.*, *cf.* 27. 17. 4 *adn.*)

difficilior transitus esset quam per confertos hostes fuerat.
10 Itaque qui primi erant, hastati, per cumulos corporum armorumque et tabem sanguinis qua quisque poterat sequentes hostem et signa et ordines confuderunt. Principum quoque signa fluctuari coeperant uagam ante se cernendo aciem.
11 Quod Scipio ubi uidit receptui propere canere hastatis iussit et sauciis in postremam aciem subductis principes triariosque in cornua inducit quo tutior firmiorque media hasta-
12 torum acies esset. Ita nouum de integro proelium ortum est; quippe ad ueros hostes peruentum erat, et armorum genere et usu militiae et fama rerum gestarum et magnitu-
13 dine uel spei uel periculi pares; sed et numero superior Romanus erat et animo quod iam equites, iam elephantos
35 fuderat, iam prima acie pulsa in secundam pugnabat. In tempore Laelius ac Masinissa pulsos per aliquantum spatii secuti equites, reuertentes in auersam hostium aciem incur-
2 rere. Is demum equitum impetus perculit hostem. Multi circumuenti in acie caesi, ⟨multi⟩ per patentem circa campum fuga sparsi tenente omnia equitatu passim interierunt.
3 Carthaginiensium sociorumque caesa eo die supra uiginti milia: par ferme numerus captus cum signis militaribus

9 confertos CBD^1 *in ras.* $V\theta$*Frob.*2: confertissimos *AN.ald.* 10 tabem *ald.*: tabe *C*: tabes *BDAN*, *cf.* 27. 17. 1 *adn.*: labem $A^8\theta$ *Frob.*2: luem *V* 11 canere] *hic CBDAN Edd.*: *post* hastatis *V* θ (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) iussit et $ANV\theta$ *Edd.*: iussit *C*: iussisset *BD* aciem subductis *CBDAN Edd.*: sub-(de- *V*)ductis aciem *V* θ, *cf. supra* (canere) inducit $BDA^1NV\theta$ *Edd.*: ducit *CA* 12 de (integro) $BDANV\theta$: *om. C* pares $CBDA^xN^6$*ald.Frob.*1.2: dispares *AN* (*add.* non A^6)
35 1 pulsos *CBDAN.ald.Frob.*1.2: fusos $A^8N^4V\theta$, *pari iure* equites $CBDA^5N^4V\theta$*ald.Frob.*1.2: milites *AN* auersam *BDA N.ald.Frob.*1.2: aduersam $CV\theta$ 2 perculit $A^8N^4\theta$*Frob.*2: pertulit *V*: fudit *CBDAN.ald.* *post* Multi *om.* circumuenti . . . multi $V\theta$ in acie CB^1 *uel* B^2*Frob.*2: in a . . ie *B*: -i naue *D* (*sed* circumuentu naue): unaue *AN.ald.* multi (*post* caesi) *Frob.*2: *om. CBDAN.ald.* (*et* $V\theta$, *u. sup.*) interierunt *CBDAN Edd.* (-iere $V\theta$, *cf.* § 3) 3 xx milia *VD* ($\bar{x}\bar{x}$): milia xx (*uel* uiginti) $CBAN\theta$*ald.Frob.*1.2

centum triginta duobus, elephantis undecim: uictores ad mille et quingenti cecidere.

Hannibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus 4
Hadrumetum perfugit, omnia et ante aciem et in proelio priusquam excederet pugna expertus, et confessione etiam 5
Scipionis omniumque peritorum militiae illam laudem adeptus singulari arte aciem eo die instruxisse: elephantos in 6
prima fronte quorum fortuitus impetus atque intolerabilis uis signa sequi et seruare ordines, in quo plurimum spei ponerent, Romanos prohiberent; deinde auxiliares ante 7
Carthaginiensium aciem ne homines mixti ex conluuione omnium gentium, quos non fides teneret sed merces, liberum receptum fugae haberent, simul primum ardorem atque 8
impetum hostium excipientes fatigarent ac, si nihil aliud, uolneribus suis ferrum hostile hebetarent; tum, ubi omnis 9
spes esset, milites Carthaginienses Afrosque ut omnibus

3 cxxxii *CBDAN*: cxxxiii *ald.Frob.*1.2: xxxii *Vθ* (duobus xxx *V*: *plene θ*) elephantis (*uel* elef-) *VK Edd.*: elephanti (*uel* elef-) *CAN* (-tes *BJ*: -te *D*) mille et quingenti *C* (∞ et d), *cf. Polyb.* 15. 14. 9: x et *BD*: x B^1?*AN*: decem milia *θald.Frob.*1.2: mille et c *V* cecidere *CBDAN.ald.Frob.*1.2 (-runt *Vθ, cf.* § 2) 4 Hadrumetum *BD*(hasdr-)*A?N* (*et sic cum C in* § 10), *cf. c.* 29. 1: adrumetum (-ent- A^8VJ) $CA^8V\theta$ et ante aciem et in proelio *Dukero praeeunte Drak.* (*quamquam non ausus est in contextum recipere*), *optime*: et in proelio et (*om. hoc* et *BDAN*: *add.* N^4) ante aciem *CBDANVθ*. *Scil. uoces* et ante aciem *in marginem antiquitus exciderunt et in locum non suum restitutae sunt* (*cf.* 27. 2. 6 *adn.*). *Seclusit* et ante aciem *Madv.*, *sed neque glossema redolet uariatio illa accurata* acies, proelium, pugna (*immo Liuiana est; cf. e.g.* 31. 43. 2) *et duo tempora* ('*ante proelium et in proelio*') *memorat Orosius* 4. 19. 3 5 omniumque *CBDAN Edd.*: omnium *Vθ* peritorum *CBD*(pret-)A^6 *ut s. l.* N^4 *ut uid.* *Vθ*: p̄teritorum AN^2: pteritorum *N* militiae $CBDA^6N^4V\theta$ *Edd.*: militum et *AN* *ante* illam *add. CBDAN* omnem (*sc.* omnium *iterum scribi a P coeptum*): *del.* A^8 N^4 *et ignorant Vθald.Frob.*1.2: hominum *Koch, frustra* 6 seruare *BDANVθ Edd.*: stare seruareq. *C*, *uix recte* 7 ex A^v?N^4 *Vθald.*: et *CBDAN*: *om. Frob.*2 8 atque impetum *CBDAN ald.*: *om. VθFrob.*2 ac si nihil aliud CB^2A^8?N^4(nichil)*VθFrob.*2: asinic. il (asinisis hil *D*) aliud *BD*: alii missilibus alii *AN*: ac si nihil aliud alii missilibus alii *ald.* (*sed cf. Polyb.* 15. 16. 3) hostile *Vθ Frob.*2 (*cf. e.g.* 1. 29. 2 *ubi idem color*): hostium *CBDAN.ald.*, *fort. recte quamquam minus bene* 9 ubi $CDA^xN^4\theta$: ub *B*: *om. AN*: ibi *V* esset $A^8\theta$*ald.Frob.*1.2: essent N^4: *om. CBDAN*, *sed praue*: erat *V*

rebus aliis pares eo quod integri cum fessis ac sauciis pugnarent superiores essent; Italicos incertos socii an hostes essent in postremam aciem summotos, interuallo quoque di-
10 remptos. Hoc edito uelut ultimo uirtutis opere, Hannibal cum Hadrumetum refugisset accitusque inde Carthaginem sexto ac tricensimo post anno quam puer inde profectus
11 erat redisset, fassus in curia est non proelio modo se sed bello uictum, nec spem salutis alibi quam in pace impetranda esse.

36 Scipio confestim a proelio expugnatis hostium castris direptisque cum ingenti praeda ad mare ac naues rediit,
2 nuntio allato P. Lentulum cum quinquaginta rostratis centum onerariis cum omni genere commeatus ad Vticam
3 accessisse. Admouendum igitur undique terrorem perculsae Carthagini ratus, misso Laelio Romam cum uictoriae nuntio, Cn. Octauium terrestri itinere ducere legiones Carthaginem

9 rebus aliis *CBDAN Edd.* : aliis rebus *Vθ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* pugnarent] *hic* N^4(*siglis transmutandi ab* N^6 *deletis*)*Vθ Edd.* : *post* sup. essent *CBDAN et* N^6 (*cf.* 28. 2. 15 *adn.*) socii an *C* $A^x N^2 V θ$*ald.Frob.*1.2 : socii (-ios B^2) in *B* : socia in *DAN* interuallo quoque diremptos] *has uoces om. CBDAN* (*cf.* 26. 51. 8 *adn.*) *quos seq. Madv.* 1872, *sed cf. Polyb.* 15. 11. 2 *et* 15. 16. 4 (ἐν ἀποστάσει) : *praebent ante* incertos $A^8 ? N^4 V θ$*ald.Frob.*1.2 : *huc* (*post* summotos) *transposuimus*, *cf.* § 4 *et* 27. 2. 6 *adnn.* (*post* hostes essent *ponebat Harant*) 10 Hadrumetum] *u.* § 4 refugisset *CBDAN Frob.*2 : fugisset *Vθ* : perfugisset *ald.* accitusque *CANVθ Edd.* : accinctusque B^1(-int- *B*)*D* 11 modo se sed *Vθ*(si *pro* se *J*)*Frob.*2 : modo sese .d. *C* : modo ×se ×se *B* (modos esse *B*, *secundum Luchsium*) : modos esse *D* : modo se esse sed (set *N*) *AN ald.* impetranda $CBA^8 N^4$*V.ald.* : impetrande (*uel* -dę) $B^2 DA$ *N* : impetrata *θFrob.*2 esse (*post* imp.) *CVθald.Frob.*1.2 : (*ante* imp.) *AN*, *cf.* 29. 3. 10 *adn.* : *om. BD*

36 1 expugnatis] *hic CBDVθFrob.*2 : *ante* a pr. *AN.ald.*, *cf.* 29. 3. 10 *adn.* castris *ANVθ Edd.* : agris *C* : atris *BD* ad mare ac (hac *AN* : ad A^8 : ac N^6) *BDANVθ Edd.* : ad *C* 2 onerariis cum *CBDAN* : onerariis nauibus A^8*θald.* (*sed ret.* cum A^8*ald.*) : onerariis *VFrob.*2 ad (Vticam) *CBDAN Edd.* : *om. Vθ* 3 terrorem $BDAN^n Vθ$: terrore *N* : terroremque *C* (*sc.* -que *ex* undiq. *repetito*) perculsae A^8(*uix* A^7)$N^4 Vθ$: perculsus (-os *A?N*) *CB* *D*(-uss-) cum *CBDANVθald.Frob.*1.2 : *secl. Iac. Gron.*, *uix recte*, *cf. e.g.* 34. 30. 4 *et* (*de uoce* nuntius) *e.g.* 4. 41. 12 Cn. *V.ald.Frob.*1.2 : C. $A^8 θ$: *om. CBDAN* : consulis N^r Carthaginem $A^8 N^r Vθ$*Edd.* (-ne *CBDAN*, *cf.* 26. 41. 12 *adn.*)

iubet: ipse ad suam ueterem noua Lentuli classe adiuncta profectus ab Vtica portum Carthaginis petit. Haud procul 4
aberat cum uelata infulis ramisque oleae Carthaginiensium occurrit nauis. Decem legati erant principes ciuitatis auctore Hannibale missi ad petendam pacem. Qui cum ad 5
puppim praetoriae nauis accessissent uelamenta supplicum porrigentes, orantes implorantesque fidem ac misericordiam Scipionis, nullum iis aliud responsum datum quam ut 6
Tynetem uenirent: eo se moturum castra. Ipse ad contemplandum Carthaginis situm ⟨prouectus in portum⟩ non tam noscendi in praesentia quam deprimendi hostis causa, Vticam eodem et Octauio reuocato rediit.

Inde procedentibus ad Tynetem nuntius allatus Vermi- 7
nam Syphacis filium cum equitibus pluribus quam peditibus uenire Carthaginiensibus auxilio. Pars exercitus cum omni 8
equitatu missa, Saturnalibus primis agmen adgressa, Numidas leui certamine fudit. Exitu quoque fugae intercluso

3 petit *CθFrob.*2 : petiit *BDAN.ald.*, *cf.* 27. 5. 9 *adn.* 6 iis aliud *CBDAN*(*sed* his *omnes*)*ald.Frob.*1.2 : aliud iis (hiis *J* : his *V K*) *Vθ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* Tynetem *C* (*et sic in* §§ 7 *et* 9), *cf. c.* 16. 1 *adn.* : tinc tem (-ctm B^x) *hic B* (*u. etiam infra*) : tinetam *D AN* (tyn- *hic N* : tin- *in* §§ 7 *et* 9) *et sic in* § 7 *AN* (*ubi* attinentem *D* : attinetem *B pro* ad Tyn-) *sed in* § 9 tinetem (*cum B*) *DAN* : tunetem (*hic et in* §§ 7 *et* 9) *V.ald.Frob.*1.2 : finectem (*hic et inf.*) A^8(-en ? *hic*)*θ* ⟨prouectus in portum⟩ *Johnson* (prouectus *post* causa *add. Alschefski*), *lineam xvii litt. ob* -tum | -tum *omissam esse ratus* (*cf.* 26. 6. 16 *adn.*) : *ignorant CBDANVθald.Frob.*1.2 *sed sensum expedierant Frob.*1.2 ab contemplato (-ando *Gron.*) situ *scribendo* deprimendi CB^1 *uel* B^2(-praem- *B*)*D*(-prem-)*AN*, *scil. 'uilioris faciendi' ut in e.g.* 3. 65 11; 37. 53. 6 : terrendi A^8 *ut s. l. Vθ*(tere- *J*)*ald.Frob.*1. 2 (*per coniecturam ut uid.*) : deterrendi *Lov.* 3. 4 7 Tynetem] *u.* § 6 allatus *ANVθ Edd.* : altus *BD* (*cf.* 27. 1. 11 *adn.*) : alius *C* pluribus *BDANVθ Edd.* : plurimis *C* 8 missa A^8N^4V *θald.Frob.*1.2 : *ignorant CBDAN*, *uix recte* Saturnalibus *CBD ANVθ* : turmalibus *ald.Frob.*1.2 : *lectionem codicum reprehendit Madv.*, maturantibus *audacter scribens* (*cf. Em. p.* 437) : *quod si cui mirum uidetur diei mentionem tantulae rei* (*cf. tamen c.* 40. 3) *a Liuio additam, conferat* (*cum Gron.*) *e.g.* 44. 20. 1 *et Auct. Bell. Hisp.* 31. 8; *de Saturnalibus illius temporis disserunt Symmachi amici ap. Macrob. Sat.* 1. 10. 1 *sq.* agmen . . . Numidas $A^8θ$: in agmine . . . numidas *VFrob.*2 : agmen . . . Numidarum *CBDAN.ald.*

a parte omni circumdatis equitibus quindecim milia homi-
num caesa, mille et ducenti uiui capti, et equi Numidici mille
et quingenti, signa militaria duo et septuaginta ; regulus ipse
9 inter tumultum cum paucis effugit. Tum ad Tynetem
eodem quo antea loco castra posita, legatique triginta ab
Carthagine ad Scipionem uenerunt.

Et illi quidem multo miserabilius quam ante quo magis
cogebat fortuna egerunt ; sed aliquanto minore cum miseri-
10 cordia ab recenti memoria perfidiae auditi sunt. In consilio
quamquam iusta ira omnes ad delendam stimulabat Cartha-
ginem, tamen cum et quanta res esset et quam longi tem-
poris obsidio tam munitae et tam ualidae urbis reputarent,
11 et ipsum Scipionem exspectatio successoris uenturi ad para-
tum uictoriae fructum, alterius labore ac periculo finiti belli
famam, sollicitaret, ad pacem omnium animi uersi sunt.

8 a parte omni $A^8N^4V\theta$(apte *J*)*Frob.*2 : parte omni *CBDAN.ald.* : ab omni parte *Luchs, ordine certe usitatiore* mille et cc $CA^5?V\theta$ *Edd.* : x et cc *BD* : et cc *AN* : et m. cc *uoluit ut uid.* N^r capti *CAVθald.Frob.*1.2 : captis *BD* : capti sunt *N* (*sed ueri similius est* -s *in P additum* (*cf.* 26. 40. 14 *adn.*) *et a C expulsum esse*) mille et quingenti *C*(∞ et d)A^8(*om.* et)$N^4V\theta$: x et *BDAN* (*cf.* 29. 28. 10 *adn.*) regulus *CA? et* $A^8N\theta$: regulos *BDA?*. *De* -os *et* -us *in P confusis cf. e.g. cc.* 4. 11 ; 23. 7 ; 28. 2. 5 ; 28. 19. 10 ; 28. 27. 16 ; 28. 34. 9 ; 28. 36. 4 ; 29. 18. 6 9 Tynetem] *u.* § 6 antea (loco) *Vθald.Frob.*1.2 : ante *CBDAN*, *ut saepe* ab (Carth.) *V* (*cf. c.* 9. 11 *adn.*) : a $N^4\theta$: *om. CBDAN.ald.Frob.*1.2 uene-runt *BDANVθ* (-rant *C*, *cf.* 27. 6. 2 *si errorem Puteano tribuas*) ante *BDANVθald.Frob.*1.2 : antea *C* quo $N^4V\theta$*Frob.*2 : quam $BDA^8?N$: *om. C* : qm *A* : quia *ald.* cum (misericordia) $N^4V\theta$ *Edd.* : cum eum *BDN* : cum ei (eis A^x) *A* : cum *C* (*sed* cum mis. eum) ab recenti *CBDANVθFrob.*2 : ob recentem *ald.* (*cum* memoriam) 10 consilio *CBDANFrob.*2 (conc- *Vθ*, *cf.* 27. 35. 4) : *om.* (*cum* in) *ald.* et quanta *CBDANθ* : equata N^xV et (quam) N^4V *θald.Frob.*1.2 : *om. CBDAN* et tam *A.ald.* : et iam *CBDN* : et *VθFrob.*2 urbis *CVθ Edd.* : urbi *BDAN* 11 ad paratum *N*(*et* N^4)*V* (app-) : ad paratam *CBD*(app-)*Aθald.Frob.*1.2 uictoriae fructum *scripsi* (*cf.* 27. 45. 5 gloriae ex re bene gesta partae fructum) *et sic primo credebam scripsisse* N^4 *ubi* mouē *pro* uictie *interpretabar ; loco tamen pluriens inspecto credo* N^4 mouere fructum, *quod dant VF, uoluisse* (*fort. infin. ex uoce* paratum *aliquo modo pendere ratus*) *; igitur coniectura niti coactus, phrasim, quantum iudicare possum, uere Liuianam xvi litterarum per hom. excidentium, Liuio restituere ausim. Certe iniuria omiserunt totum CBDANθald. Frob.*1.2 periculo $CA^8N^4V\theta$ (-li *BDAN*)

Postero die reuocatis legatis et cum multa castigatione per- 37
fidiae monitis ut tot cladibus edocti tandem deos et ius
iurandum esse crederent, condiciones pacis dictae ut liberi
legibus suis uiuerent: quas urbes quosque agros quibusque 2
finibus ante bellum tenuissent tenerent, populandique finem
eo die Romanus faceret: perfugas fugitiuosque et captiuos 3
omnes redderent Romanis, et naues rostratas praeter decem
triremes traderent elephantosque quos haberent domitos,
neque domarent alios: bellum neue in Africa neue extra 4
Africam iniussu populi Romani gererent: Masinissae res
redderent foedusque cum eo facerent: frumentum stipen- 5
diumque auxiliis donec ab Roma legati redissent praestarent:
decem milia talentum argenti discripta pensionibus aequis
in annos quinquaginta soluerent: obsides centum arbitratu 6
Scipionis darent ne minores quattuordecim annis neu tri-
ginta maiores. indutias ita daturum, si per priores indutias
naues onerariae captae quaeque fuissent in nauibus resti-
tuerentur; aliter nec indutias nec spem pacis ullam esse.

Has condiciones legati cum domum referre iussi in con- 7
tione ederent et Gisgo ad dissuadendam pacem processisset

37 1 legatis *$A^8N^4V\theta$ald.Frob.*1.2: *om. CBDAN* monitis ut *BD*(mun-)*$ANV\theta$ Edd.*: moniti sunt *C* deos *$BANV\theta$*: *om. CD* crederent] *hic CBDAN.ald.Frob.*1.2: *post* tandem *V*(*sed* credentes)θ, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* uiuerent *$ANV\theta$ Edd.*: uenerunt *CBD* 2 quas *$A^8N^xV\theta$ald.Frob.*1.2: qua *CBDAN* (*cf.* 27. 17. 12 *adn.*) quosque *$A^8N^xV\theta$ald.Frob.*1.2: quoque *CBDAN* (*sed* quoque parte *AN*: quoque *A^x*) 3 redderent Romanis *CBDAN.ald.*: *om. $V\theta$Frob.*2 (*xvi litt. post* omnis *in Sp perdita, cf.* 28. 2. 16 *adn.*) neque domarent *$ANV\theta$ Edd.*: neque domaret π (*cf.* § 6). *His uerbis rursus inc. P* (*u. c.* 30. 14 *adn.*) 5 ab Roma *A^xN^6* (*per ras. fort. N^4 secutus*)*$V\theta$*: ab (ac *D*) romanis π*N* discripta *Buecheler, recte, cf. c.* 26. 6: descripta (-bta *P*) π*$NV\theta$* (*cf. e.g.* 1. 19. 6) quinquaginta (*uel* l) *PCD*(*post* soluerent)*$A^8N^1V\theta$ Edd.*: *om. BAN* 6 daturum] se daturum *$PBDANV\theta$ald.Frob.*1.2: daturum se *C*: se *deleuimus* (*cf.* 27. 34. 3 *adn., et de infin. fut. sine* se *cf.* 27. 38. 5 *adn.*) fuissent *$ANV\theta$ Edd.*: fuisset *PCBD* (*cf.* § 3) 7 referre π*NFrob.*1 (-ri *Ald.* 1521 *errore typogr.*): ferre *$V\theta$Frob.*2 iussi *$P^1CANV\theta$*: iussit *PBD* dissuadendam] -am *$PCN^2\theta$Frob.*2: -um *BDANV.ald.* processisset (-sseisset *P*) *P^1 uel P^2CBDA^1*(-cessit *A*)*N^4 et N^6*(-cessit *N*)*V^x*(-ent *V*)θ

8 audireturque a multitudine inquieta eadem et imbelli, indig-
natus Hannibal dici ea in tali tempore audirique arreptum
Gisgonem manu sua ex superiore loco detraxit. Quae in-
sueta liberae ciuitati species cum fremitum populi mouisset,
9 perturbatus militaris uir urbana libertate 'Nouem' inquit
'annorum a uobis profectus post sextum et tricesimum
annum redii. Militares artes, quas me a puero fortuna nunc
priuata nunc publica docuit, probe uideor scire: urbis ac
10 fori iura, leges, mores uos me oportet doceatis.' Excusata
imprudentia de pace multis uerbis disseruit quam nec iniqua
11 et necessaria esset. Id omnium maxime difficile erat quod
ex nauibus per indutias captis nihil praeter ipsas comparebat
naues, nec inquisitio erat facilis aduersantibus paci qui
12 arguerentur. Placuit naues reddi et homines utique inquiri:
cetera quae abessent aestimanda Scipioni permitti atque ita
13 pecunia luere Carthaginienses. — Sunt qui Hannibalem ex
acie ad mare peruenisse, inde praeparata naue ad regem
Antiochum extemplo profectum tradant, postulantique ante
omnia Scipioni ut Hannibal sibi traderetur responsum esse
Hannibalem in Africa non esse.

38 Postquam redierunt ad Scipionem legati, quae publica in
nauibus fuerant ex publicis descripta rationibus quaestores,
2 quae priuata, profiteri domini iussi; pro ea summa pecuniae
uiginti quinque milia pondo argenti praesentia exacta;

7 eadem *PCBD*A^8N^2 (*ab* N^4 *confirmatus*) *Vθ Frob*.2 : *om. AN.ald.* 8 tempore A^8N^6(*praeeunte fort.* N^4)*Vθ Edd.* : temere *πN* mouisset A^x*Vθ Edd.* : mouisset -et *πN* (*sc.* -et *duplicato*) 10 de pace multis uerbis A^8N^6(*in marg. in ras., praeeunte fort.* N^4)*Vθ Edd.* : *om. πN, linea xviii litt. perdita, cf.* 26. 51. 8 *adn.* 11 comparebat A^5?N^6 *in ras. Vθ* : comparabat *PC* : compara *BD* (*inter hoc et* naues *spat. v litt. rel. D, inter hoc et* -es *spat. ix litt. B*) : comparatas *A et fort. N* (*ubi iv fere litt. post* compara *ab* N^6 *erasae sunt*) aduersantibus paci qui *πN*(*sed om.* qui *DAN*) : cum (*del.* cum A^x) aduersantes paci A^8*Vθ ald.Frob.*1.2 : aduersantes paci qui N^4 *ut s. l.* (*sed* qui *nunc in marg. detritum est*) arguerentur A^8N^4*Vθ* : argueretur *PC* : *om. BD*(*spat. relicto hi*)*AN* 12 pecunia A^x*Vθ* : pecuniam *πN, cf.* 26. 40. 11 *adn.* Antiochum] ant- *D Edd.* : anth- *πNVθ*
38 1 quaestores (*uel* quest-) *πNVθ* : quaestor *Forchhammer, fort. recte* xxv *πN Edd.* : xv *Vθ*

indutiaeque Carthaginiensibus datae in tres menses. Addi- 3
tum ne per indutiarum tempus alio usquam quam Romam mitterent legatos et quicumque legati Carthaginem uenissent ne ante dimitterent eos quam Romanum imperatorem qui et quae petentes uenissent certiorem facerent. Cum legatis 4
Carthaginiensibus Romam missi L. Veturius Philo et M. Marcius Ralla et L. Scipio imperatoris frater. Per eos 5
dies commeatus ex Sicilia Sardiniaque tantam uilitatem annonae fecerunt ut pro uectura frumentum nautis mercator relinqueret.

Romae ad nuntium primum rebellionis Carthaginiensium 6
trepidatum fuerat iussusque erat Ti. Claudius mature classem in Siciliam ducere atque inde in Africam traicere, et alter consul M. Seruilius ad urbem morari donec quo statu res in Africa essent sciretur. Segniter omnia in comparanda de- 7
ducendaque classe ab Ti. Claudio consule facta erant quod patres de pace Scipionis potius arbitrium esse quibus legibus daretur quam consulis censuerant. Prodigia quoque nuntiata 8
sub ipsam famam rebellionis attulerant terrorem: Cumis

2 indutiaeque B^1 *uel* $B^2ANV\theta$ (-cieque *K*): indutiae quae *PCBD* (-ciequę) Carthaginiensibus] *post* Carthagi- *prorsus periit P* 3 alio *AVθ Edd.*: alios *CBDN*, *cf.* 26. 40. 14 *adn.* dimitterent C^x(-ittent *C*)*BDANVθ* quam (Romanum) $CBDN^4$ *Vθ Edd.*: quam ad *AN* qui et quae (*uel* que) $A^8N^4V\theta$ *Edd.*: qui ita *CBDAN* 4 Ralla et L. CA^8N^4(*sed* rala A^8N^4)*ald.Frob.* 1.2 (*cf.* 29. 11. 11): rallaeti *BDAN* (-ecti *AN*): raia et l. *VK*: rala et liuius *J* 5 fecerunt *CBDAN.ald.*: effecerunt *VθFrob.2*, *fort. recte* frumentum $CA^xN^4V\theta$*ald.Frob.*1.2: mentum *B*(*puncto ante posito*)*AN* (*hic* uetura: uectura N^4): uentium *D*, *unde* mercem *coniec. Iac. Gron.* nautis mercator *CDAN*: nautis *B* (*add. supra lineam* mercator B^1 *uel* B^2): mercator nautis *VθFrob.2*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.*: nautis mercatores (*cum* relinquerent) *ald.* 6 fuerat iussusque *CBDAN.ald.Frob.*1.2: *om. Vθ* (*sed add.* iussus *post* traicere *θ*) Ti. *Sigonius*, *cf. c.* 27. 1: t. *CBDANVθald.Frob.*1.2 7 Ti. *CBDAN*: t. *Vθald.Frob.*1.2, *ut supra* Scipionis *CBDAN ald.Frob.*1.2: p. scipionis $A^8V\theta$, *uix recte, nam senatus consultum commemoratur tantum, non repraesentatur* quam $A^8N^2V\theta$ *Edd.*: *om. BDAN* (*spat. a BDN relicto*) 8 ipsam famam CN^2*ald.Frob.* 1.2, *cf.* 28. 10. 5 *et* 12 *adnn.*: ipsa fama $A^5V\theta$: ipsam *BDAN*, *spatio xiv fere litt. a B relicto, vi ab D, xvii fere ab N* (rebellionem *pro* -nis *praebet A*) attulerant terrorem *CB*(adt-)*θ*: terrorem attulerant *DANV.ald.Frob.*1.2 Cumis C^7A^6N(cum is)*V.ald.Frob.* 1.2: cum his $CBDAN^2$: currus *θ*

solis orbis minui uisus et pluit lapideo imbri, et in Veliterno agro terra ingentibus cauernis consedit arboresque in pro-
9 fundum haustae; Ariciae forum et circa tabernae, Frusinone murus aliquot locis et porta de caelo tacta; et in Palatio lapidibus pluit. Id prodigium more patrio nouendiali sacro,
10 cetera hostiis maioribus expiata. Inter quae etiam aquarum insolita magnitudo in religionem uersa; nam ita abundauit Tiberis ut ludi Apollinares circo inundato extra portam
11 Collinam ad aedem Erycinae Veneris parati sint. Ceterum ludorum ipso die subita serenitate orta pompa duci coepta ad portam Collinam reuocata deductaque in circum est cum
12 decessisse inde aquam nuntiatum esset; laetitiamque populo et ludis celebritatem addidit sedes sua sollemni spectaculo reddita.

39 Claudium consulem profectum tandem ab urbe inter portus Cosanum Loretanumque atrox uis tempestatis adorta

8 minui uisus *C*$A^8$$N^2$*Vθ Edd.*: *om. BDAN spatio xviii fere litt. a B relicto, xi ab D, circa xxxv ab N* pluit *CBDANVKFrob.*2, *cf.* 7. 28. 7 *adn. et e.g.* 23. 31. 15 (*P*) (*u. Neue-Wagener III pp.* 407–8): pluuit *J.ald., cf. e.g.* 25. 7. 7 (*P*): plutum *V* haustae *CB*(-the)*D*A^8*Vθ ald.Frob.*1.2: austre *A?N* (*sed* -r- *postea ab* N^1 *in spatio uacuo primum relicto credo insertum esse*): auste N^4*? puncto usus quod nunc paene euanuit* 9 tabernae *BDNVθald.Frob.*1.2: tebernae *C*: tauerne *AN* (-ę) de caelo *CANVθ* (celo) *Edd.*: deleto *BD* pluit *CB DAVK* (*cf.* § 8): pluuit *NJ* nouendiali *CBDANVFrob.*1.2, *cf.* 23. 31. 15 *adn.*: nouēdiali *θald.* 10 ludi *C*B^1 *uel* $B^2$$A^8$$N^4$*Vθ*: lidi *B DAN* Erycinae] -ruc- *CBDAN*: -ric- $A^8$$N^x$ *per ras. Vθ* (*in B supra* -u- *non* -y- *sed* -v- *scripta est, fort. ab* B^1 *ipso*); *cf.* 22. 9. 10 (*ubi* -ryc- *P*) 11 subita serenitate *CBDAN*: serenitate subita *Vθ ald.Frob.*1.2, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* deductaque A^8*Vθald.Frob.*1.2: ductaque (-quę *D*) *CBDAN* decessisse $A^8$$N^4$(*an* N^2*?*)*Vθald. Frob.*1.2: cessisse *CDAN*: cecississe *B* (sec- B^1 *uel* B^2): recessisse *Madv., non necess.* inde *CBDAN.ald.Frob.*1.2: *om. Vθ* (*cf.* 27. 39. 12 *adn.*) 12 populo *C*A^6 *uel* $A^8$$N^4$*Vθ*: populum *BDAN* sua A^x*Vθald.Frob.*1.2: suas *CBDAN* reddita *BDANVθ Edd.*: *om. C* (*cf. adn. sq.*)

39 1 Claudium *BDANVθald.Frob.*1.2: *om. C, sc. linea xv litt.* (*cf. adn. praec.*) *Puteani deperdita, cf. in c.* 42. 17 *lacunam* consulem A^8 *Vθald.Frob.*1.2: procōs *CBDAN, sc.* pro- *ex uoce sq. praesumpto, cf.* 29. 5. 6 *adn.* Cosanum A^8*θ, cf.* 22. 11. 6: cusanum *C*(*sed* cas-) *BDAN*: cossanum *ald.Frob.*1.2 (*nomen* Loretanus *non alibi confirmatur*)

in metum ingentem adduxit. Populonium inde cum per- 2
uenisset stetissetque ibi dum reliquum tempestatis exsaeuiret,
Iluam insulam et ab Ilua Corsicam, a Corsica in Sardiniam
traiecit. Ibi superantem Insanos montes multo et saeuior
et infestioribus locis tempestas adorta disiecit classem.
Multae quassatae armamentisque spoliatae naues, quaedam 3
fractae; ita uexata ac lacerata classis Carales tenuit. Vbi
dum subductae reficiuntur naues, hiemps oppressit circum-
actumque anni tempus, et nullo prorogante imperium priua-
tus Ti. Claudius classem Romam reduxit. M. Seruilius, ne 4
comitiorum causa ad urbem reuocaretur dictatore dicto
C. Seruilio Gemino, in prouinciam est profectus; dictator
magistrum equitum P. Aelium Paetum dixit. Saepe comitia 5
indicta perfici tempestates prohibuerunt; itaque cum pridie
idus Martias ueteres magistratus abissent, noui suffecti non
essent, res publica sine curulibus magistratibus erat.

T. Manlius Torquatus pontifex eo anno mortuus; in 6

1 in metum ingentem *CBDAN.ald.Frob.*1.2 : ingentem in metum *V θ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* 2 Populonium A^{5}? *Alschefski*, *cf. It. D. p.* 390 *et e.g. Plin.* 3. 50 : populonios $A^{8}N^{4}V\theta$*ald.Frob.*1.2 : populonio C^{5}(-loni | nde *C* : -lonio | inde C^{5})*BDA*(-pol-)*N* tempestatis *C* A^{8} *in ras.* $N^{4}V\theta$: tis *BDA?N* exsae-(*uel* exe- *uel* exse-)uiret C^{7}?BDA^{7} *et* $A^{8}N^{4}$ (ex se uir et *DN*) *Edd.* : eam saeuiret *C* : eseuire *V* : exemeret *θ* : *om. A* Iluam . . . Ilua $A^{8}N^{1}$ *uel* $N^{2}V\theta$ (yl- *K*) *Edd.* : siluam . . . silua (*sed* ab ilua *BD*) *CBDAN* et (saeuior) $CBDA^{7}$ *uel* $A^{8}V\theta$*Frob.*2 : *om. AN.ald.* 3 armamentisque] -que *CBDAN.ald.Frob.*1.2 : *om. θ* (*om.* arm. -que spoliatae *V*) hiemps *BD*(hy-)*AN*, *cf.* 10. 25. 10; 22. 22. 21; 28. 4. 3; 29. 35. 13 : hiems *Cθ* Ti. *C*, *cf. c.* 38. 6 *et* 7 : t. *BDANVθald.Frob.*1.2 4 dicto] *hic CBDAN.ald.Frob.*1.2 : *post* Gemino *Vθ*, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* 4 magistrum equitum CA^{8} *ab* A^{x} *confirmatus* $N^{4}V\theta$*ald.Frob.* 1.2 (*sed* mag̅ (*sic*) *C*, mag A^{8}(*add. sup.* rm̄ A^{x})N^{4}(-que *non deleto et puncto sub* -e- *in* magne *ab* N^{x} *maiore facto*) : magnae-(*uel* -gne-)que *BDAN* P. Aelium (*sed* pael- *uel* pel-)*BDA?NK.ald.Frob.*1.2, *cf.* 29. 38. 4 : pactum *C* (*qui* peltum *pro* paetum *mox praebet*) : p. emilium A^{8} *in ras. VJ* 5 indicta $N^{4}V\theta$*ald.Frob.*1.2 : intecta CB^{1} (inct- *B*)*D*(intr-)*AN* : incepta A^{7} *uel* A^{x} pridie A^{v} *in marg.*, *Sigonius* : pr (*uel* p̅r̅) *CBDA?N* : preter (*uel* prae-) A^{8} *ut s. l.* *θFrob.* 1.2 : pretores *V* : prope (*uel* propere) A^{x} ueteres *BDANθald. Frob.*1.2 : *om. CV* abissent *CBDANθald.Frob.*1.2 : abessent $N^{2}V$ 6 T. (Manlius) *CAVθ*, *cf.* 27. 33. 6 *et* 25. 5. 3 : l. *BDN ald. Frob.*1.2 eo *BDANVθald.Frob.*1.2 : et eo *C*

locum eius suffectus C. Sulpicius Galba. Ab L. Licinio Lucullo et Q. Fuluio aedilibus curulibus ludi Romani ter
7 toti instaurati. Pecuniam ex aerario scribae uiatoresque aedilicii clam egessisse per indicem damnati sunt, non sine
8 infamia Luculli aedilis. P. Aelius Tubero et L. Laetorius aediles plebis uitio creati magistratu se abdicauerunt cum ludos ludorumque causa epulum Ioui fecissent et signa tria ex multaticio argento facta in Capitolio posuissent. Cerialia ludos dictator et magister equitum ex senatus consulto fecerunt.

40 Legati ex Africa Romani simul Carthaginiensesque cum uenissent Romam, senatus ad aedem Bellonae habitus est.
2 Vbi cum L. Veturius Philo pugnatum cum Hannibale esse suprema Carthaginiensibus pugna finemque tandem lugubri
3 bello impositum ingenti laetitia patrum exposuisset, adiecit Verminam etiam Syphacis filium, quae parua bene gestae rei accessio erat, deuictum. In contionem inde prodire

6 C. (Sulpicius) *CA^8θFrob.2, cf.* 32. 7. 15 *unde duos de eadem familia pontifices fuisse apparet*: Cn. *N^4V*: *om. BDAN.ald.* (*spat. a BDN relicto, cf. c.* 38. 8) ter toti *CBDAN.ald., cf. c.* 26. 11: tertio *A^8 N^xVθFrob.2* 7 aedilicii clam *CBAN et N^6 restituens θald.Frob.* 1.2: ediliciam *N^xV* (-iti-): edili. cur. clam *D* *post* indicem *add.* comperti *ed. Ascens.* 1513 (*ald.Frob.*1.2): *ignorant CBDANVθ rectissime, cf. Cic. Verr. Act. II.* 3. 10. 25 '*aut dabis aut contra edictum fecisse damnabere*' (*cf. etiam Sil. It.* 10. 655): *necnon structuram adiuuant uoces* per indicem *quasi* '*indicis testimonio egessisse conuicti et damnati*' Laetorius (*uel* let-) *CDθ* (lect- *BANV.ald.Frob.*1.2) abdicauerunt *CBDAN.ald.* (-carunt *VθFrob.2*) Ioui *CB D$A^8$$N^4$ Edd.*: -io ui *A*(*an* -id ui ?)*N*: iouis *Vθ* signa tria *A^6 ald.Frob.*1.2: signaria *BDAN*: signa aerea *C*: signa militaria *A^8θ*: signata *N^4 ut s. l.* (*fort. pro* nummos signatos *interpretatus*): signataria *V* Cerialia *CBDN^4* (cedril- *N*): cerealia *AVFrob.2* (-les *θald.*). *Cf. Thes. Ling. Lat. ubi* -re- *saepius in libris,* -ri- *in titulis inueniri demonstratur*

40 1 Carthaginiensesque] -que *Vθald.Frob.*1.2: *om.* -que *CBDAN, cf.* 26. 11. 12 *adn.* (*c*) est] *hic CBD$A^8$$N^4$VθFrob.2*: *post* aedem *ald.*: *om. AN* (*ubi* habit *N*: habitus *N^4*) 2 Vbi *CBDAN.ald. Frob.*1.2: ibi *Vθ, cf. c.* 35. 9 *et* 27. 5. 2 *adn.* esse *BDANVθ ald.Frob.*1.2: *om. C* *post* suprema *add.* cum *AN.ald., sed cf. Tac. Hist.* 1. 11 reip. (*Datiu.*) supremum: *nesciunt CBDVθ Frob.2* 3 parua *CA^7?VθF.ald.Frob.*1.2: parue *BDA?N* (bene *om. AN*: *add. $A^8$$N^4$*) inde *$A^8$$N^4$Vθald.Frob.*1.2: *om. CBDAN*

 3

iussus gaudiumque id populo impertire. Tum patefacta 4 gratulationi omnia in urbe templa supplicationesque in triduum decretae. Legatis Carthaginiensium et Philippi regis—nam hi quoque uenerant—petentibus ut senatus sibi daretur responsum iussu patrum ab dictatore est consules nouos iis senatum daturos esse.

Comitia inde habita. Creati consules Cn. Cornelius Lentu- 5 lus P. Aelius Paetus, praetores M. Iunius Pennus, cui sors urbana euenit—M. Valerius Falto Bruttios, M. Fabius Buteo Sardiniam, P. Aelius Tubero Siciliam est sortitus. De pro- 6 uinciis consulum nihil ante placebat agi quam legati Philippi regis et Carthaginiensium auditi essent; belli finem alterius, alterius principium prospiciebant animis.

Cn. Lentulus consul cupiditate flagrabat prouinciae 7 Africae, seu bellum foret facilem uictoriam, seu iam finiretur finiti tanti belli se consule gloriam petens. Negare 8 itaque prius quicquam agi passurum quam sibi prouincia Africa decreta esset, concedente collega, moderato uiro et

4 patefacta $C^7B^1A^8$ *ut uid.* $N^4V\theta$*Frob.*2 : paterfacta *CBD* : patuere facta *AN.ald. Drak.* : patuere faciendae *Gron.*, *u. adn. sq.* gratulationi *Gron. Alschefski* : gratulatione $CBDANV\theta$ (*scil.* -ni *in* -ne *mutato ut cum* facta *congrueret*) hi *BANV* : hii CDA^7J : ii *K ald.Frob.*1.2 iis *ald.* : eis $V\theta$*Frob.*2 : his *CBDAN* 5 Cn.] *u.* § 9 Paetus $V\theta$(pet- *K*)*ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 39. 4 : *om. CBD AN* Pennus *CBDANVJ*, *cf.* 29. 11. 13 : poenus *K*(pen-)*ald. Frob.*1.2, *cf.* 4. 20. 8 *et* 6. 42. 4 *adn.* (*apud Quinctios*) Falto *CB DAN* (*cf.* 29. 11. 3 *adn.*) : falco $A^8V\theta$ Bruttios *CBAN* : brutios $DV\theta$ (-ci- *K*) Buteo $BANV\theta$ (*u. c.* 26. 6) : buto *CD* Tubero $V\theta$ *Edd.* (*cf. c.* 39. 8) : tuuero *CBD* (tu ů) : *om. AN*, *qui* tum uero *post* sortitus *addunt* (*et sic ald.*, *sed non Frob.*2) 6 alterius, alterius principium *Alschefski* (*a B confirmatus*) : alterius principium (-cipum *CB*) alterius (-ris *A*) $CBDANV\theta$*ald.Frob.*1.2 (*sed* f. belli *pro* belli f. *C* : f. alterius alterius p. alterius *B*) prospiciebant] *sic* $BDANV\theta$: -bat *C* 7 Cn.] *u.* § 9 cupiditate $CBDA^8N^4V\theta$: *om. AN* facilem $CBDN^4V\theta$ *Edd.* : facile *AN* uictoriam $N^4V\theta$*Frob.*2 : uictoriam fore *CBDAN.ald.*, *praue* se $CBDANV\theta$*ald.Frob.*1.2 : a se *J. Perizonius*, *perperam*, *cf. e.g.* 8. 15. 2 *adn.* 8 itaque $A^8N^4V\theta$ *Edd.* : ita *CBDAN* prouincia $A^8N^4V\theta$: prouinciam *C* (*cf.* 26. 40. 11) : *om. BD*(*spat. xv litt. relicto hi*) *AN.ald.Frob.*1.2, *uix recte* collega CB^1(conl-)$ANV\theta$: conlegam *BD* (coll-)

prudenti, qui gloriae eius certamen cum Scipione, praeter-
quam quod iniquum esset, etiam impar futurum cernebat.
9 Q. Minucius Thermus et M'. Acilius Glabrio tribuni plebis
rem priore anno nequiquam temptatam ab Ti. Claudio con-
10 sule Cn. Cornelium temptare aiebant: ex auctoritate patrum
latum ad populum esse cuius uellent imperium in Africa
esse; omnes quinque et triginta tribus P. Scipioni id im-
11 perium decreuisse. Multis contentionibus et in senatu et ad
populum acta res postremo eo deducta est ut senatui per-
12 mitterent. Patres igitur iurati—ita enim conuenerat—cen-
suerunt uti consules prouincias inter se compararent sorti-
renturue uter Italiam, uter classem nauium quinquaginta
13 haberet; cui classis obuenisset in Siciliam nauigaret; si pax
cum Carthaginiensibus componi nequisset, in Africam tra-
iceret; consul mari, Scipio eodem quo adhuc iure imperii
14 terra rem gereret; si condiciones conuenirent pacis, tribuni
plebis populum rogarent utrum consulem an P. Scipionem
iuberent pacem dare et quem, si deportandus exercitus

8 iniquum *B et* $B^xANV\theta$ *Edd.*: cum iniquum *C*: cum initium *D* 9 Thermus *F.ald.Frob.*1.2, *cf.* 32. 27. 8: termus $A^8V\theta$: Hermus *C*: ermus *BDAN*: teritius A^x M'. *Sigonius ex Fast. Cap. a. u. c.* 563 (*C.I.L.* I^2. 1, *p.* 142): m (*uel* marcus) $CBDANV\theta$ Acilius *CBD* (-io) *ANF* (at-) *Frob.*2 (*cf. adn. praec.*): attilius *V.ald.*: agilis θ: agilius A^6? priore anno $A^8N^4V\theta F.ald.Frob.$1.2: anno *C*: *om.* *BDAN* Ti. *AN* (*cf. c.* 38. 6): t. (*uel* tito) *CB* $DV\theta ald$ *Frob.*1.2 Cn. (*hic et cum C in* §§ 5, 7) *BDANV*, *cf.* *C.I.L.* I^2. 1, *p.* 142 (*a. u. c.* 553): cō *C*: consulem θ (*i.e.* consule consulem) *sed* C. *in* §§ 5, 7 10 in Africa esse *CBDAN.ald.* *Frob.*1.2: esse in Africa $V\theta$ (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) decreuisse CB^1 *uel* B^2DA^5 *Edd.*: decresse $BAN\theta$: decretum N^4 11 ad *CBDAN* *Edd.*: apud $V\theta$ 12 iurati—ita enim $A^8\theta$: iura uita enim *C*: iurauit enim *BD*: qui *N* (*silet* N^4) *et sic fort. A* (*ubi nunc inter* igitur *et* conu. *una litt. erasa et spat. unius litt. relictum est*): iurati—ita *ald.Frob.*1.2 conuenerat $A^8\theta$ *Edd.*: conuenerant *CBDANV* (*cf.* 27. 17. 4 *adn.*) sortirenturue uter *BDANVK Edd.*: sortirentur neuter *CJ* 13 imperii $A^8\theta ald.Frob.$1.2: imperio *CBDANV* terra rem $A^8N^4V\theta$ *Edd.*: terram *CBDAN* (*ubi punctum sub* -m *ab* N^4 *factum erasit* N^x), *cf.* 27. 1. 11 *adn.* 14 consulem an $V\theta$ *Edd.*: consulem (*uel* cons̄.) *CBDAN* (*ubi nescioquid ante* consulem *inserere uolebat* N^4 *siglo suo* / *usus*): consules an N^6 (*longe alia manu*) *in ras.* pacem dare *CBDAN.ald.Frob.*1.2: dare pacem $V\theta$ (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) de-(ad- *C*)portandus $CBDANV\theta$ (-um *J*)

uictor ex Africa esset, deportare. si pacem per P. Scipio- 15
nem dari atque ab eodem exercitum deportari iussissent, ne
consul ex Sicilia in Africam traiceret. alter consul cui 16
Italia euenisset duas legiones a M. Sextio praetore acciperet.

P. Scipioni cum exercitibus quos haberet in prouincia **41**
Africa prorogatum imperium. Praetoribus M. Valerio Fal-
toni duae legiones in Bruttiis quibus C. Liuius priore anno
praefuerat decretae—P. Aelius [praetor] duas legiones in 2
Sicilia ab Cn. Tremelio acciperet, legio una M. Fabio in
Sardiniam quam P. Lentulus pro praetore habuisset decerni-
tur. M. Seruilio prioris anni consuli cum suis duabus item 3
legionibus in Etruria prorogatum imperium est. Quod ad 4
Hispanias attineret, aliquot annos iam ibi L. Cornelium
Lentulum et L. Manlium Acidinum esse; uti consules cum
tribunis agerent ut si iis uideretur plebem rogarent cui iube-
rent in Hispania imperium esse; is ex duobus exercitibus 5

15 dari *θald.Frob.*1.2: *om. CBDANV* (*mera Puteani neglegentia*) 16 a M. $A^8V\theta$ (*cf. c.* 26. 11): a *AN.ald.Frob.*1.2: *om. CB D* Sextio *CBDANK* (*cf. ibid.*): sextilio A^8VJ

41 1 Praetoribus *BDANV*: praetorio *C*: praetori $A^8\theta$*ald.Frob.*1.2, *anacolouthon euitantes quod tamen in huiusmodi locis haud rarum est, cf. e.g. c.* 40. 5 Faltoni *C*(phal-)*BDAN*(-nni N^x)*V*(-cioni)*θ* (-coni), *cf. c.* 40. 5 2 *post* Aelius *add.* praetor (*uel* p̄r) *CBDAN Vθald.Frob.*1.2 (petus *V male*); *aut gloss. antiquum aut a Liuio ideo additum ut P. Aelius* (*Tubero*) *praetor ab P. Aelio* (*Paeto*) *consule distingueretur; illud ueri similius, nam post* praetoribus (§ 1) *haud ambiguum* Tremelio] *u.* 29. 11. 3 *adn.* 3 consuli] *inter* cōs *et* cum *spatium xi fere litt. in med. linea reliquit B sed nihil omisit* Etruria *BDANV et* (*sed* Hetr-) *ald.Frob.*1.2: etria *C*: etruriam *θ*. *Post hanc uocem desinit D* prorogatum imperium CBA^8 *in ras.* N^6 *in ras.* $V\theta$ (*sed post* -gatum *rel. B spat. vii litt.*): pro *A?N* 4 annos iam ibi $CA^8V\theta$: iam annos ibi *F.ald.Frob.*1.2: *om. B*(*spat. xvi litt. relicto*)*AN*: annos N^4 (aliquod *N*: aliquot N^4) et L. *CANVθ* (lelium *K*): et l. et *B* Acidinum . . . consules *praebent* A^8N^6 (*u. inf.*), *sed prius quidquid scripserat A et N* (*et fort.* N^4) *totum erasum erat* Acidinum CA^8N^6V*Frob.*2 (*ut P in c.* 2. 7): accidinum *θald.*: acc *B*, *post quod spat. xix fere litt. ante* consule (*sic*) *reliquit* uti *C*: ut *K*: ut hii A^8N^6V(hi)*J*: ut ii *Z ald.Frob.*1.2 agerent A^8N^6VJ*.ald.Frob.*1.2: essent *K*: *om. CB AN* ut] *post* agerent *CBAN*: *post* uideretur A^8 *in ras.* N^6 *in ras.* *Vθald.Frob.*1.2 (*sed* ut *post* agerent *non delent* A^8N^6) plebem . . . iuberent *praebent* CA^8 *in ras.* N^6 *in ras.* $V\theta$: pleb. . . . berent *B spat. sic xiii litt. relicto* 5 ex duobus exercitibus CA^8N^6 *in ras.* *Vθ Edd.*: *om. BA, spat. xvi fere litt. ab utroque relicto; quod N scripsit erasum est*

in unam legionem conscriberet Romanos milites et in quin-
decim cohortes socios Latini nominis, quibus prouinciam
obtineret; ueteres milites L. Cornelius et L. Manlius in
6 Italiam deportarent. Consuli quinquaginta nauium classis
ex duabus classibus, Cn. Octaui quae in Africa esset, et P.
Villi quae Siciliae oram tuebatur, decreta, ut quas uellet
7 naues deligeret. P. Scipio quadraginta naues longas quas
habuisset haberet; quibus si Cn. Octauium, sicut praefuis-
set, praeesse uellet, Octauio pro praetore in eum annum
8 imperium esset; si Laelium praeficeret, Octauius Romam
decederet reduceretque naues quibus consuli usus non esset.
Et M. Fabio in Sardiniam decem longae naues decretae.
9 Et consules duas urbanas legiones scribere iussi, ut quattuor-
decim legionibus eo anno centum nauibus longis res publica
administraretur.

42 Tum de legatis Philippi et Carthaginiensium actum.
2 Priores Macedonas introduci placuit; quorum uaria oratio
fuit, partim purgantium quae questi erant missi ad regem

5 et in *CBAN Edd.*: et *V*θ socios CB^1 *uel* B^2AN: sotius *B*: et socios *V*θ 6 Consuli quinquaginta (*uel* l) *CAN*θ *Edd.*: consuli *B*: cn. lelio *V* classibus] *hinc usque ad finem libri deficiunt AN*: *supplent* A^zN^z Cn. *CBV.ald.Frob.*1.2, *cf. c.* 24. 6: c. θ: consuli A^zN^z: consulis A^8 Octaui BA^z: octauii $A^8\theta$*ald. Frob.*1.2: octauio CN^{z1}(-uo N^z)*V* esset et *C Med.* 2: esset *B* $A^zN^zV\theta$*ald.Frob.*1.2, *fort. recte* Villi quae (que A^zN^z) CBA^zN^z: uillii quae A^8J*Frob.*2: iulii quae *K.ald.*: uillio qui *V*
7 quadraginta (*uel* xxxx *uel* xl) $BA^zN^zV\theta$: xxx *C*: l *ald.Frob.*1.2 haberet] *hic CB*: *ante* quas habuisset $A^zN^zV\theta$*ald.Frob.*1.2 Cn. Octauium *CB Edd.*: cn. octauius *V*: c. octauius $A^x\theta$: consul octauius A^zN^z praefuisset *CB*θ *Edd.*: prae- (pre- A^z) defuisset A^zN^z (-de fu-)*V* praeesse *C*θ *Edd.*: praeesset *B*: prede esse A^zN^zV 8 Octauius $CA^zN^zV\theta$: *om. B* (*spat. viii litt. relicto*) consuli *Edd. ante Ald.*: cons̄. *C*: cos *B*: consulibus $A^zN^zV\theta$: consul N^x: proconsuli *Aldus Frob.*1.2 non $CA^zN^zV\theta$: *om. B*, *spat. viii litt. relicto* 9 legiones] *hic CB*: *ante* urbanas $A^zN^zV\theta$*ald.Frob.*1.2, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* legionibus $BA^zN^zV\theta$ *Edd.*: legiones *C* res publica $CBA^8V\theta$: rei publice $A^z?N^z$ (pupl-)

42 2 quae questi erant $A^zN^zV\theta$ *Edd.*: quaequae (-que *B*) petierant *CB*, *sc. errorem ab* P^2 *ortum*, *cf.* 28. 8. 4 *adn.* ad regem ab (a A^zJ *Edd.*) Roma $A^zN^zV\theta$ *Edd.*: ab rege ad romam *C*: ab regem ab roma *B* (*cf. de* ab *et* ad 27. 25. 12 *adn.*)

ab Roma legati de populatione sociorum, partim ultro accu-
santium quidem et socios populi Romani sed multo infestius
M. Aurelium, quem ex tribus ad se missis legatis dilectu 3
habito substitisse et se bello lacessisse contra foedus et
saepe cum praefectis suis signis conlatis pugnasse, ⟨partim⟩ 4
postulantium ut Macedones duxque eorum Sopater, qui apud
Hannibalem mercede militassent, tum capti in uinclis es-
sent, sibi restituerentur. Aduersus ea M. Furius, missus 5
ad id ipsum ab Aurelio ex Macedonia, disseruit Aurelium
relictum ne socii populi Romani fessi populationibus ui
atque iniuria ad regem deficerent; finibus sociorum non
excessisse; dedisse operam ne impune in agros eorum 6
populatores transcenderent. Sopatrum ex purpuratis et
propinquis regis esse; eum cum quattuor milibus Mace-
donum et pecunia missum nuper in Africam esse Hannibali
et Carthaginiensibus auxilio. De his rebus interrogati 7
Macedones cum perplexe responderent, neq⟨uaquam⟩ ipsi
mite responsum tulerunt: bellum quaerere regem et si pergat
propediem inuenturum; dupliciter ab eo foedus uiolatum 8

3 dilectu *CBA*^{z}: dilecto *N*^{z} (*fort. ex* de-): delectu *A*^{8}*Vθald.Frob.* 1.2 (*cf.* 29. 4. 2 *adn.*) substitisse et *BA*^{z}*N*^{z}*Vθ*: substitisset *C* (*om.* suis *infra*) 4 partim *Frob.*1.2: *ignorant CBA*^{z}*N*^{z}*Vθald.*, *sed lineam fort. uelut* ⟨partim denique id⟩ *excidisse conicit Johnson* (*cf.* 26. 6. 16 *adn.*) tum capti *CB*: capti *A*^{z}*N*^{z}*VJ*: captique *K ald.Frob.*1.2 uinclis *B*, *cf.* § 9 *et* 29. 9. 8 *adn.*: uinculis *CA*^{z}*N*^{z} *Vθ* sibi *BA*^{z}*N*^{z}*Vθ*: ibi *C* 5 ea M. *A*^{z}*N*^{z}(marcus)*Vθ Edd.*: eam *CB* populi Romani *CBA*^{8}*Vθ Edd.*: publicae rei *A*^{z}*N*^{z} (pup-) ui *CB*: *om. A*^{z}*N*^{z}*Vθald.Frob.*1.2 6 ne impune in *CA*^{z}*N*^{z}*Vθ Edd.*: *om. B*, *spat. xviii fere litt. relicto* populatores] *hic CB*: *post* transcenderent *A*^{z}*N*^{z}*Vθald.Frob.*1.2, *cf.* 27. 37. 5 *adn.* ex purpuratis *CA*^{z}*N*^{z}*Vθ*: *om. B*, *spat. relicto* quattuor milibus *CA*^{z}*N*^{z1}*?*(militibus *N*^{z})*Vθ Edd.*: XL *B* et pecunia (-am *C*) missum *CA*^{z}*N*^{z}*Vθ* (*om.* et *K*): *om. B*, *spat. relicto* et (Carth.) *CB*: *om. A*^{z}*N*^{z}*Vθald.Frob.*1.2, *sed* C–busque *dant* (-sibus . . . rebus § 7 *om. B*, *spat. relicto*) 7 nequaquam ipsi mite *scripsimus* (*iam* ipsi nequaquam m. *Zingerle*), *Puteanum* nequam *pro* nequaquam *posuisse rati* (*et* -uam *fort. a P*^{2} *deletam*): neq. ipsi mite *C*: *om.* (*cum* -derent) *B*, *ante* responsum *spat. xx litt. relicto* (*quod coniecturam de lectione Puteani confirmat*): ipsi ante *A*^{z}*N*^{z}*Vθald.Frob.*1.2 (*scil. postquam* mite *in* ante *corruptum est uocis* nequaquam *omissio sensum expedierat*): ipsi anceps *Gron.*: ipsi haud anceps *Madv.*: *alia alii* et si . . . propediem *praebent CA*^{z}*N*^{z}*Vθ*: *om. B*, *spat. relicto*

et quod sociis populi Romani iniurias fecerit ac bello armisque lacessiuerit, et quod hostes auxiliis et pecunia iuuerit.
9 et P. Scipionem recte atque ordine fecisse uideri et facere quod eos qui arma contra populum Romanum ferentes
10 capti sint hostium numero in uinclis habeat, et M. Aurelium e re publica facere gratumque id senatui esse quod socios populi Romani, quando iure foederis non possit, armis tueatur.

11 Cum hoc tam tristi responso dimissis Macedonibus, legati Carthaginienses uocati. Quorum aetatibus dignitatibusque conspectis—nam longe primi ciuitatis erant—tum pro se
12 quisque dicere uere de pace agi. Insignis tamen inter ceteros Hasdrubal erat—Haedum populares cognomine appellabant—, pacis semper auctor aduersusque factioni Bar-
13 cinae. Eo tum plus illi auctoritatis fuit belli culpam in
14 paucorum cupiditatem ab re publica transferenti. Qui cum uaria oratione usus esset, nunc purgando crimina, nunc quaedam fatendo ne impudenter certa negantibus difficilior uenia esset, nunc monendo etiam patres conscriptos ut
15 rebus secundis modeste ac moderate uterentur—si se atque Hannonem audissent Carthaginienses et tempore uti uoluissent, daturos fuisse pacis condiciones quas tunc peterent; raro simul hominibus bonam fortunam bonamque mentem

8 quod sociis $A^zN^zV\theta$ *Edd.* : quo socii *CB* (sot-) ac (bello) *CB* : *om.* $A^zN^zV\theta$*ald.Frob.*1.2, *fort. recte* 9 fecisse uideri *CB* : uideri fecisse A^z(*sed* uidere)$N^zV\theta$*ald.Frob.*1.2 (*cf.* 27. 37. 5 *adn.*) sint *B* : sunt $CA^zN^zV\theta$*ald.Frob.*1.2 uinclis *CB* (*u.* § 4) : uinculis $A^zN^zV\theta$ 10 possit CB^1K, *cf.* 27. 17. 14 *adn.* : posset A^zN^zVJ*.ald.Frob.*1.2 : posita *B* 12 Insignis $CA^zN^zV\theta$: signis *B* (*et* agi *praec. omisso et spat. relicto*) Haedum (*uel* hed-) A^zN^z *Edd.* : haeduum *CB* : edum *V* factioni $A^8\theta$ *Edd.* : factionib' A^zN^zV : *om. CB* Barcinae, *cf.* 21. 2. 4 *adn.* : barchinae (brach- *BK*) CB^1A^8 (arch- A^zN^z) : barchinis *V* 14 ne $A^zN^zV\theta$ *Edd.* : *om. CB* difficilior *C*(-ill- C^2)*BFrob.*2 : difficilis $A^zN^zV\theta$*ald.* patres conscriptos *CB.ald.Frob.*1.2 : patres A^6VK, *quod oratoris uoces minus repraesentat* : proconsules A^zN^z(-sule)*J* ut (rebus) $CBA^6N^z\theta$*ald.Frob.*1.2 : in A^z, *cf.* 27. 8. 7 *adn.* 15 atque $CBA^8N^zV\theta$: atque atque A^z

dari; populum Romanum eo inuictum esse quod in secun- 16
dis rebus sapere et consulere meminerit; et hercule miran-
dum fuisse si aliter faceret; ex insolentia quibus noua bona 17
fortuna sit impotentes laetitiae insanire: populo Romano
usitata ac prope iam obsoleta ex uictoria gaudia esse ac
plus paene parcendo uictis quam uincendo imperium auxisse
—ceterorum miserabilior oratio fuit, commemorantium ex 18
quantis opibus quo reccidissent Carthaginiensium res:
nihil iis qui modo orbem prope terrarum obtinuerint armis
superesse praeter Carthaginis moenia; his inclusos, non 19
terra non mari quicquam sui iuris cernere; urbem quoque
ipsam ac penates ita habituros si non in ea quoque, quo
nihil ulterius sit, saeuire populus Romanus uelit. Cum 20
flecti misericordia patres appareret, senatorum unum in-
festum perfidiae Carthaginiensium succlamasse ferunt per 21
quos deos foedus icturi essent cum eos per quos ante ictum
esset fefellissent. 'Per eosdem', inquit Hasdrubal 'quoniam
tam infesti sunt foedera uiolantibus.'

16 inuictum (-ctam *B*) esse CB^1 *uel* $B^2A^zN^z$ (*sed* inuinct-)*V*: inuictum *K* rebus $CA^zN^zV\theta$ *Edd.*: *om. B* sapere *CB.ald. Frob.*1.2: facere sapere A^zN^x(-ceret sap- N^z)$V\theta$ mirandum fuisse A^z(*sed* -dus)$N^zV\theta$ *Edd.*: mirandus (*cf.* 27. 17. 1 *adn.*) fuisses *C B* faceret *CB.ald.*: facerent $A^zN^zV\theta$*Frob.*1.2 (*sed clarior per singularem est antithesis inter* hominibus (§ 15) *et* p. R.) 17 noua bona $CBA^6\theta$ *Edd.*: noua A^zN^z: *om. V* obsoleta A^8(ops- A^z)N^z(ops-)$V\theta$ (ads- *K*): ex ipsa (opso- *B*) laeta *BC* (ex *in P praesumpto*, *cf.* 29. 5. 6 *adn.*): exoleta C^x uictis quam uincendo $BA^zN^zV\theta$: *om. C* (*ultro fort. Puteani lineam neglegens*, *cf. c.* 39. 1 *adn.*) 18 commemorantium $A^zN^zV\theta$ *Edd.*: commemoratio *CB* reccidissent *CBV* (reci- *codd.*) *Edd.*: reccidisset A^zN^z (reci-): retro isset θ iis (*sed* eis) $A^zN^zV\theta$ *Edd.*: his *CB* obtinuerint *C*(opt-)*B*(*sed* -runt), *cf. de temp. var.* 27. 17. 14 *adn.*: obtinuissent A^zN^z(opt-)$V\theta$*ald. Frob.*1.2 18. 19 moenia: his CBA^6K (men-): menia iis N^zJ (hiis): moenia A^zV: meniis N^{z2} 19 sui iuris CB^1 *uel* $B^2A^zV\theta$ *Edd.*: scii N^z (*pro* sancti?): sui uiris *B?* habituros *CBK.ald. Frob.*1.2: habitaturos A^zN^zVJ non CBA^7 *uel* A^8*J.ald.Frob.*1.2: modo *K*: *om.* A^zV (*cf.* 27. 28. 6 *adn.*) ea $BA^zN^zV\theta$*Frob.*2: ea moenia CA^6 *uel* A^5(men-)*ald.* (*sed* ea quoque moenia *ald.*) quoque quo BA^zN^zV*.ald.*(*sed u. adn. praec.*)*Frob.*2: quoque $C\theta$: quoque quibus A^6 *uel* A^5: cum C^x *ut s. l.* sit CBA^6*ald.Frob.*1.2: *om.* $A^zN^zV\theta$ uelit $A^zN^zV\theta$*ald.Frob.*1.2, *cf.* §§ 10 *et* 18 *et* 27. 17. 14 *adn.*: uellet *CB* 20 senatorum CBA^6*ald.Frob.*1.2: senatorem $A^zN^zV\theta$

43 Inclinatis omnium ad pacem animis Cn. Lentulus consul,
2 cui classis prouincia erat, senatus consulto intercessit. Tum
M'. Acilius et Q. Minucius tribuni plebis ad populum tule-
runt uellent iuberentne senatum decernere ut cum Cartha-
giniensibus pax fieret; et quem eam pacem dare quemque
3 ex Africa exercitum deportare iuberent. De pace 'Vti
rogas' omnes tribus iusserunt; pacem dare P. Scipionem,
4 eundem exercitum deportare. Ex hac rogatione senatus
decreuit ut P. Scipio ex decem legatorum sententia pacem
cum populo Carthaginiensi quibus legibus ei uideretur face-
5 ret. Gratias deinde patribus egere Carthaginienses, et
petierunt ut sibi in urbem introire et conloqui cum ciuibus
6 suis liceret qui capti in publica custodia essent: esse in iis
partim propinquos amicosque suos, nobiles homines, partim
7 ad quos mandata a propinquis haberent. Quibus con-
uentis cum rursus peterent ut sibi quos uellent ex iis redi-
mendi potestas fieret, iussi nomina edere; et cum ducenta
8 ferme ederent, senatus consultum factum est ut legati
Romani ducentos ex captiuis quos Carthaginienses uellent
ad P. Cornelium in Africam deportarent, nuntiarentque ei

43 1 Cn. *BV.ald.Frob.*1.2 (*u. c.* 40. 9 *adn.*): c. $CA^{8}\theta$: consul $A^{z}N^{z}$ senatus consulto A^{8}?: s. c. *C*: *del.* C^{x}: senatui consulto $BA^{z}N^{z}\theta$ (-ltum *V*) 2 M'. Acilius *Sigonius, cf. c.* 40. 9 *adn.*: m. atilius (*uel* att-) $CBA^{8}V\theta$*ald.Frob.*1.2 (miles at- $A^{z}N^{z}$) exercitum CBA^{z1}(A^{z}?)N^{x} *per ras. VK.ald.*: exercitus A^{z}?N^{z}*JFrob.*2, *minus recte, cf.* § 3 *et c.* 40. 14, 15 (*et de* -s *pro* -m 27. 17. 1 *adn.*) 3 De pace . . . deportare *praebent* CBA^{5} *Edd.* (*u. adn. sq.*): *om.* $A^{z}N^{z}V\theta$ rogas *C*, *Sigonium confirmans* (*cf. e.g.* 6. 38. 5; 33. 25. 7): rogatae erant *BFrob.*2 (*sed* erant *post* tribus *Frob.*2): rogassent A^{5}(-set)*ald.*: rogant C^{5}? exercitum CA^{5}*ald.*: exercitus *BFrob.*2 (*cf.* § 2) 4 Ex hac $BA^{z}N^{z}V\theta$ *Edd.*: in hac *C* 5 egere $CBA^{8}N^{z}V\theta$ *Edd.* (*sed* patr. eg. C. *Frob.*2: C. eg. patr. *ald.*): esse egere A^{z} et petierunt $BA^{z}N^{z}V\theta$: petierunt *C*: petieruntque *ald.Frob.*1.2 6 esse $BA^{z}N^{z}V\theta$ *Edd.*: *om. C* in iis *B.ald.Frob.*1.2: in his (hiis $A^{z}J$) $CA^{z}N^{z}V\theta$ *et* his *in* § 7 *iidem* 7 conuentis $BA^{z}N^{z}V\theta$ *Edd.*: coniectis C^{x} (*an* C^{1}?): concessis A^{5}: *quid habuerit C incertum est* ducenta *Hertz*: ·cc· $CBA^{z}N^{z}$(*spat. v litt. post* cc *rel. hic*)*VFrob.*2: ducentos θ*ald.* 8 *post* ducentos (cc) *et ante* ex *spat. iv litt. reliquit* N^{z}, *qui et post* P. (*sc. ut pro siglo nomen plene insereretur*) *spat. iv litt. reliquit, cf.* §§ 9 *et* 11 Cornelium $CBA^{z}N^{z}V$: cornelium scipionem $A^{8}\theta$*ald.Frob.*1.2, *cf.* 28. 39. 9. *adn.*

 8

ut, si pax conuenisset, sine pretio eos Carthaginiensibus redderet. Fetiales cum in Africam ad foedus feriundum ire 9
iuberentur, ipsis postulantibus senatus consultum in haec uerba factum est ut priuos lapides silices priuasque uerbenas secum ferrent ut, ubi praetor Romanus imperaret ut foedus ferirent, illi praetorem sagmina poscerent.—Herbae id genus ex arce sumptum fetialibus dari solet.

Ita dimissi ab Roma Carthaginienses cum in Africam 10
uenissent ad Scipionem, quibus ante dictum est legibus pacem fecerunt. Naues longas elephantos perfugas fugitiuos 11
captiuorum quattuor milia tradiderunt, inter quos Q. Terentius Culleo senator fuit. Naues prouectas in altum incendi 12
iussit; quingentas fuisse omnis generis quae remis agerentur quidam tradunt; quarum conspectum repente incendium tam lugubre fuisse Poenis quam si ipsa Carthago arderet. De perfugis grauius †quam de fugitiuis† consultum: 13

9 feriundum A^zN^z : feriendum $CBA^8V\theta$(faciendum *K*)*ald.Frob.*1.2, *sed aptior hic forma antiqua* *post* s̄. c̄. *reliquit* N^z *spat. iv litt.* priuos A^zJ *Edd.* : primos A^6N^zVK *et ut s. l.* J^1 : prius *C uel* C^1(piis *C ?*)*B* silices $BA^zV\theta$ *Edd.* : siliquos CN^z(-icos)A^x priuasque *Med.* 3 *ald.Frob.*1.2 : primasque $CBA^zN^z\theta$, *cf. supra* : primas *V* ut ubi *Madvig, optime*: et uti *C* : uti A^zN^zB(*sed inter* -t- *et* -i *lineam aliquam crassam praebet B*)*V.ald.Frob.*1.2 : ubi θ *ut uid.* praetor Romanus $BA^zN^zV\theta$: praetor (populus *C*) romanus his *C.ald.Frob.*1.2 sagmina $C\theta$*ald.Frob.*1.2 : sagminam BA^zN^z (-gn- *hic*) *V*: sanguinia J^1 *ut s. l.* dari] *hic* $BA^zN^zV\theta$: *ante* fetialibus *C.ald.Frob.*1.2 10 est $BA^zN^zV\theta$ *Edd.* : et *C*
11 Q. $BA^zN^zV\theta$ *Edd.* (*u. c.* 45. 5 *adn.*) : *om. C* : *reliquit post* q. *spat. v litt.* N^z 12 agerentur $CA^6\theta$ *Edd.* : regerentur BA^zN^zV si C^1 *ut uid. et* $C^5BA^zN^zV\theta$*Frob.*2 : si tum *C Lov.* 1 *ald.*
13 †quam de fugitiuis† $CBA^zN^zV\theta$*ald.Frob.*1.2. *Hunc locum corruptum esse primus admonuit U. Koehler citando Val. Max.* 2. 7. 12 (*ubi fertur Romanos 'tamquam patriae fugitiuos' crucibus adfixos et in eos grauius 'quam in Latinos transfugas' animaduersum esse*) *et coniciendo hic* de perfugis ⟨grauiter ac de Romanis quidem⟩ grauius ⟨tam⟩quam de fugitiuis *uel sim.* : *Kohlerii uestigiis insistens et lineam unam supplens* (*cf.* 26. 6. 16 *adn.*) *uolebat Walters* de ⟨R.⟩ perfugis grauius quam de ⟨Latinis tamquam de⟩ fugitiuis (*ubi* et *ante* tamquam *utique desideraturus erat Johnson*) ; *hoc cum clausula sq.* nominis L. . . . sublati *coniunctum Johnsonio displicet, qui malit nihil nisi* tam- *ante* quam *addere*, grauius ⟨tam⟩quam de fugitiuis *scribendo*, *praecipue de Romanis perfugis Liuium hoc scripsisse ratus, tum addidisse in Latinos minus seruiliter animaduersum esse*

nominis Latini qui erant securi percussi, Romani in crucem
sublati.

44 Annis ante quadraginta pax cum Carthaginiensibus po-
2 stremo facta erat, Q. Lutatio A. Manlio consulibus. Bellum
initum annis post tribus et uiginti, P. Cornelio Ti. Sem-
pronio consulibus, finitum est septimo decimo anno, Cn.
3 Cornelio P. Aelio consulibus. Saepe postea ferunt Scipio-
nem dixisse Ti. Claudi primum cupiditatem, deinde Cn.
Corneli fuisse in mora quo minus id bellum exitio Cartha-
ginis finiret.

4 Carthagini cum prima conlatio pecuniae diutino bello
exhaustis difficilis uideretur, maestitiaque et fletus in curia
5 esset, ridentem Hannibalem ferunt conspectum. Cuius cum
Hasdrubal Haedus risum increparet in publico fletu cum
6 ipse lacrimarum causa esset, 'Si, quemadmodum oris habitus
cernitur oculis', inquit 'sic et animus intus cerni posset,
facile uobis appareret non laeti sed prope amentis malis
cordis hunc quem increpatis risum esse; qui tamen nequa-
quam adeo est intempestiuus quam uestrae istae absurdae
7 atque abhorrentes lacrimae sunt. Tunc flesse decuit cum

44 1 Lutatio CBA^zN^zJ: luctatio *VK.ald.Frob.*1.2; *cf.* 21. 18. 8 *adn.* A. Manlio BA^zK*Frob.*2, *cf. C.I.L.* I². 1. *p.* 138 (*a.u.c.* 513): cum alio *C*: cn̄ manlio C^5: a man-(*uel* mann-)ilio N^zJ: a. posthumio *ald.*: m. manlio *V* 2 Ti. *B* (*cf. e.g.* 21. 6. 3): t. CA^zN^zVK *ald.Frob.*1.2: tito *J* Cn. Cornelio *C*?(*sed* cn. *nunc non potest legi*)$A^8V\theta$ (*cf. c.* 40. 9): consule cornelio A^zN^z: cn. *B* Aelio *CK*(el-)*ald.*: Aelio Paeto *Frob.*2, *sed cum hic alia desunt cognomina tum ab praetore illo P. Aelio non erat cur hic consul distingueretur* (*cf. c.* 41. 2): clio peto *V*: emilio peto (paeto) BA^zN^zJ 3 Ti. *C* (*cf. c.* 38. 6): t. *ald.Frob.*1.2 *et* (*cum* claudium, *u. sq.*) $A^6\theta$: et BA^zN^z *V* cupiditatem, deinde Cn. Corneli (*uel* -ii: -ium *V*) *CV.ald.Frob.*1.2: cupiditate dein (*sed* deinde N^zK) cn. (*sed* consul N^z: consul' A^z: c. A^x) cornelium (-lii BA^zN^z: -lium A^6N^{z2})$BA^zN^z\theta$ finiret CA^zN^zVJ*Frob.*2: finiretur BN^{z2} *K.ald.* 4 Carthagini] -ni BA^zN^z, *cf.* 28. 26. 1 *adn.*: -ne *C*: -niensibus $A^6V\theta$(-nens- *K*)*ald.Frob.*1.2 prima CBA^zV: primo $N^z\theta$ Haedus] *u. c.* 42. 12 6 posset *CBVFrob.*2: potuisset $A^zN^z\theta$*ald.* amentis *B* $A^zN^zV\theta$: amantis *C* increpatis *C.ald.Frob.*1.2: increpitas $BA^zN^zV\theta$ intempestiuus] -uus $CBA^8\theta$ *Edd.*: -ue A^zV: -uis N^z quam $BA^8N^zV\theta$*ald.Frob.*1.2: inquam A^z: *om. C*

ademptа sunt nobis arma, incensae naues, interdictum externis bellis; illo enim uolnere concidimus. Nec est cur
uos otio uestro consultum ab Romanis credatis. Nulla 8
magna ciuitas diu quiescere potest; si foris hostem non habet, domi inuenit, ut praeualida corpora ab externis
causis tuta uidentur, suis ipsa uiribus onerantur. Sed tan- 9
tum nimirum ex publicis malis sentimus quantum ad priuatas res pertinet, nec in iis quicquam acrius quam pecuniae
damnum stimulat. Itaque cum spolia uictae Carthagini 10
detrahebantur, cum inermem iam ac nudam destitui inter
tot armatas gentes Africae cerneretis, nemo ingemuit: nunc 11
quia tributum ex priuato conferendum est, tamquam in publico funere comploratis. Quam uereor ne propediem sentiatis leuissimo in malo uos hodie lacrimasse!' Haec Hannibal apud Carthaginienses.

Scipio contione aduocata Masinissam ad regnum pater- 12
num Cirta oppido et ceteris urbibus agrisque quae ex regno Syphacis in populi Romani potestatem uenissent adiectis
donauit. Cn. Octauium classem in Siciliam ductam Cn. 13

7 Nec est cur *Madv. Em. p.* 440 (nec est causa cur *Weissenb.*): necesse est ne *CB*: necesse in B^1 *uel* $B^2A^zN^zV\theta$ *et* (*sed* nec esse in) *ald.Frob.*1.2; *scil. postquam uoces* nec est *per errorem 'architectonicum'* (*cf.* 27. 20. 8 *adn.*) *in* necesse est *corruptae sunt*, cur *in* ne *correctum est; alia alii* otio *C*: odio $BA^zN^zV\theta$*ald.Frob.*1.2 8 diu *C Lov.* 1 *ald.Frob.*1.2 ('*abest ab Edd.*' *Drak. per errorem*): *om.* $BA^zN^zV\theta$ quiescere $CA^zV\theta$ *Edd.*: quae sciri *B*: sciri N^x *per ras.*: ēsciri N^z, *praecedente spat. ii litt. ubi aliquid erasum est* si $CBA^zN^zV\theta$ *Edd.*: q̌ (=quia?) si N^{z2} ab $BA^6?N^zV\theta$ *Edd.*: cum ab *C* suis ipsa uiribus onerantur (*praeposito* sed) $BA^zN^zV\theta$ (*sed om.* ipsa $V\theta$): *om. C* (sed *cum sqq. coniuncto*) 9 Sed] *huc reposui uestigiis Colbertini insistens* (*u. adn. praec.*): *praebent* sed *ante* suis (§ 8) $BA^zN^zV\theta$ *Edd.*, *quo tamen in loco Asyndeton Aduersatiuum uidetur paene necesse esse*: *malit* sed *delere Johnson* quam $CA^8N^{z2}?\theta$ *Edd.*: *om.* BA^zN^zV 10 uictae *CFrob.*1.2: uictoriae BA^zN^z(-ie)θ*ald.*: uirtute *V* iam $BA^zN^zV\theta$*ald.Frob.*1.2: *om. C* cerneretis $BA^8N^zV\theta$: cernetis A^z (*non* -entis): cernatis *C*: cernebatis *Schenkl*, *sed uoces* cum . . . detrahebantur, cum . . . iam . . . cerneretis *optima rhetoris arte plenae sunt* 11 hodie $BA^zN^zV\theta$ *Edd.*: *om. C* (*cf.* § 10 iam) Hannibal] *hic* $BA^zN^zV\theta$ *Edd.*: *post* Cart. *C*
12 Cirta $CBA^zV\theta$ (cyr- θ): circa N^z (*cf. c.* 12. 3) 13 Cn. (*bis*) *recte CB*: *uariant ceteri ut sup.* §§ 2, 3

Cornelio consuli tradere iussit, legatos Carthaginiensium
Romam proficisci ut quae ab se ex decem legatorum sen-
tentia acta essent ea patrum auctoritate populique iussu
45 confirmarentur. Pace terra marique parta, exercitu in naues
2 imposito in Siciliam Lilybaeum traiecit. Inde magna parte
militum nauibus missa ipse per laetam pace non minus
quam uictoria Italiam effusis non urbibus modo ad habendos
honores sed agrestium etiam turba obsidente uias Romam
peruenit triumphoque omnium clarissimo urbem est in-
3 uectus. Argenti tulit in aerarium pondo centum uiginti tria
milia. Militibus ex praeda quadringenos aeris diuisit. Morte
4 subtractus spectaculo magis hominum quam triumphantis
gloriae Syphax est, Tiburi haud ita multo ante mortuus,
quo ab Alba traductus fuerat. Conspecta tamen mors eius
5 fuit quia publico funere est elatus.—Hunc regem in triumpho
ductum Polybius, haudquaquam spernendus auctor, tradit.—
Secutus Scipionem triumphantem est pilleo capiti imposito
Q. Terentius Culleo, omnique deinde uita, ut dignum erat,
6 libertatis auctorem coluit. Africani cognomen militaris
prius fauor an popularis aura celebrauerit an, sicuti Felicis
Sullae Magnique Pompeii patrum memoria, coeptum ab

13 ab se *K.ald.Frob.*1.2 (*cf.* 27. 2. 9 *adn.*): ab *C*: a se BA^zN^zJ: ad se *V*

45 1 parta $CBA^zV\theta$: pacta N^z Lilybaeum BA^zK.*ald.Frob.* 1.2, *cf.* 25. 31. 12 *et* 14 (*Put.*) : lilibeum CN^zJ 2 militum . . . ipse per *praebent* $BA^zN^zV\theta$ (*et u. sq.*) : *om. C* nauibus *B* : in nauibus A^zN^zVJ.*ald.Frob.*1.2 : in naues *K* pace $C^xBA^zN^xV\theta$ *Edd.* : pacē CN^z, *cf.* 26. 40. 11 *adn.* ad habendos $BA^zN^zV\theta$ (adhib- *C*) 3 pondo $CA^8V\theta$ *Edd.* : pondera A^zN^z : *om. B* c̄xxiii *B* : cxxxiii milia *C* : c. milia xxiii (*uel plene uel siglis*) $A^zN^zV\theta$ *ald.Frob.*1.2 quadringenos *CV* (*hic* -ige-) : quadragenos $BA^zN^z\theta$*ald.Frob.*1.2 4 Tiburi *C* (*cf. c.* 44. 4 *et* 28. 26. 1 *adn.*) : tybure $A^8?V\theta$: tibur *B*(*membrana post* -r *detrita*)N^z : tybur A^z haud ita $CA^6?V\theta$ *Edd.* : haud | dita *B* : audita A^zN^z quo ab $CBA^6?V\theta$: quib A^zN^z (*sed* q balba N^z) tamen mors CN^z : mors tamen $BA^zV\theta$*ald.Frob.*1.2 quia $CBA^zV\theta$: quā N^z 5 Polybius *B* (*ut Bamb. in* 33. 10. 10) : polibius $CA^zN^z\theta$ im- (*uel* in-)posito $BA^zN^zV\theta$: impositoq. *C* 6 aura *CZ.ald.Frob.* 1.2 : aurae (*uel* -re) $BA^zN^z\theta$: ante *V* Sullae (*sed* syll-) *CBV* *J* : sille A^zK : ille N^z

adsentatione familiari sit parum compertum habeo; primus 7
certe hic imperator nomine uictae ab se gentis est nobilitatus; exemplo deinde huius nequaquam uictoria pares insignes imaginum titulos claraque cognomina familiarum fecerunt.

6 adsentatione (*uel* as-) CB^1(-senati- BA^z)$A^6\theta$: se natione N^z: assentatore *V* 7 ab se *C* (*cf. c.* 44. 13): a se $BA^zN^zV\theta$ uictoria $B^1A^zN^zV\theta$: uictoriae *CB?* pares $BA^zN^zV\theta$: patres *C* familiarum $CA^z?$: familiae (*uel* -ie) $BA^{z1}?N^zV\theta$*ald.Frob.* 1.2 fecerunt *C*: fecere $A^{z1}\theta$*ald.Frob.*1.2: liquerunt *B*: *om.* A^z N^z: sunt *V*: ceperunt *Madv. Em. p.* 441: *alia alii, non necess.*

Subscriptiones: titi liuii ab urbe condita liber xxx explicit feliciter *CB* (*add.* amen *C*): *nullae ab* A^zN^z *scriptae*

3 1197 00430 5329